



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



3/5

8403 cc 16

FUNDAMENTA
JURISPRUDENTIAE
NATURALIS

A

FRIDERICO GUILIELMO PESTEL.

DELINEATA

IN USUM AUDITORUM.

EDITIO QUARTA.

RECOGNITA ET AUCTA.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAM. ET JOH. LUCHTMANS,

M D C C L X X X V I I I

А Т І Г І А С К У І

І М А І С Т О Р І Й С Т

Е Л І В І Й А І

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

І М А І С Т О Р І Й С Т

L. S.

HUGONIS GROTI de Jure Belli & Pacis libros tres, insigni rerum egregiarum ubertate commendatissimos, annuis recitationibus absolvere solitus, tantum temporis argumentis gravissimis & diligentiori explicatu dignis subduci bucusque dolui, quantum aurei illius operis prolegomenis & primo capiti exponendis impendi aportuit. Cui incommodo ut mederi possim: ea legum naturalium initia hoc libro tradere consti-tui, quorum pleniori noritia instructos ac praeparatos esse velim, qui me in jure pu-blico excolendo ducem sequuntur.

Atque eadem, qua commotus bas li-neas duxi, causa nunc impulsus volui de-nuo edendas prodire nisi retractatores, crebrisque locis inculcatas & refectas, ut mibi quidem juvenes fidei meae commissos viva voce plura docendi, viris autem acutioribus, a quibus discere velim, me e-studiendi, locus amplior pateret. Caeterum bunc laborem, quod sit inornatus & ab omni eruditionis splendore alienus, censi inglo-rium, facile patiar, dum iis profut, quo-rum mibi contingit civilis scientiae institu-tione formare ingenia & nobili sensu redi-imbuere animos. Vale.

SERIES SECTIONUM.

SCHEM. { PARTS. I. V. II. III. IV. V. VI. VII.
CURIOSA VITA & CIVILIS HABITUS. ET. VIRTUTES &
CURSUM VITÆ FELICIS PROSEQUITUR.

- SECTIO I. Felicitas.
II. Via ad felicitatem, ejusque certa cognitio.
III. Studium hominis in se ipso respectu
fontis felicitatis.
IV. Crescens singulorum felicitas societas
humana auxilio.
V. Quantum inter se hominis homini prodesto.
VI. Naturale religionis & felicitatis huma-
nae coniubium.
VII. Virtus.

PARTS. VI.

Notionem legum naturalium, & modum eas ad
certam facta applicandi, exponit.

- SECTIO. I. Obligationis & legum naturalium defi-
nitio, origo, perfectio, partitiones.
II. Ethicae Philosophicae definitio, per-
fectio.
III. Consentius universorum hominum officien-
tum.
IV. De officiis adversus societatem, de que
votis & qualibus duplex eorum genus in-
fernosciuntur.
V. Justitia.
VI. Aequitas.
VII. Actiones meritorum quæcumquedam impa-
tentur.
VIII. Tuis Naturae, ejusque partes.
IX. Jurisprudentia naturalis, & ejus per-
fectio.

ADDITIONUM de usu principiorum jurispru-
dentiae naturalis recte cognitorum in reliquis juris-
prudentiae partibus & in disciplina prudentiae civilis.

FUNDAMENTA
JURISPRUDENTIAE
NATURALIS.

P A R S I

CURSUM VITAE FELICIS PROSEQUITUR.

*Nunquam aliud natura, aliud sapientia,
dicit.*

JUVENALIS.

S E C T I O I.

Felicitas.

§. I. **A**d intelligendum & ad agendum homo natus est. Actionum vero hominis duo sunt genera: alterum earum, quibus ad statum suum mutandum vi sua, sine eligendi facultate, connitur, quae *naturales* appellantur; earum alterum, quas in potestate sua positas pro lubitu suscipit. Haec, in quarum naturam nos inquire oportet, a libertate, (late dicta §. 50. arbitrio) seu a facultate eligendi & efficiendi, quod

A plac-

placet, profectae latiori significatu dicuntur liberae. Qua se praeditum esse libertate, unusquisque sibi est conscious.

§. II. Actio quæque libera ex tribus constat partibus, momento, decreto, executione.

Primum in quavis actione libera inest ratio electionis inter duo proposita, quae mentem clare aut obscure subit, cum aliquid agere decernit. Haec ratio electionis menti praesens, eamque ad aliquid decernendum & agendum spectans, generatim dicitur *momentum*.

Ab hoc pendet impulsus mentis, seu *decretum*, hoc est, electio ejus, quod expetendum aut declinandum menti videtur, & conatus illo potiundi, hoc vivandi, aut depellendi.

Decretum sequitur *executio*, sive contentio viuum animi corporisque necessiarum, qua efficiatur, ut existat id, ad quod consequendum se contenti mens sentit.

Executionem semper excipiunt *effectus* quidam, (*consecaria, sequelas, vocare solent*) sive mutatio-nes status vel in homine, qui egit, ipso, vel extra eum, non exiturae, nisi illud agendi consilium ce-pisset & cogitata perfecisset.

§. III. Momentum ultimum, quod in singulis actionibus liberis vim habet mentis decretum efficiendi, (sive mentem inclinandi, ut inter duo proposita alterum velit, &c, quod ei est contrarium, nolit,) spes *voluptatis* est, aut metus *doloris*. Differentiae momentorum, a quibus, velut a fonte, variae actiones liberae manant, non sunt nisi diversa genera voluntatis, quam quis expetit, & doloris, quem fugit.

§. IV.

PARS I. De Vita Felice. SECTIO I.

§. IV. Voluptas est sensus vel cogitatio status praesentis aut futuri, qui placet seu est sensatio menti grata, sive sensatio, ad cuius adeptionem aut continuationem mens nititur, & cuius impretratae cessationem non desiderat.

Alia voluptas est posita in motu jucundo, quem ex praesenti suo aut corporis sui statu ortum sentit animus, alia profluit ex spe status futuri, quem concupiscit.

Doloris contraria est ratio. Quem dum sentit animus, finiri cupit, dum metuit, ne existat, pro cognito ejus gradu aversatur, nisi majoris voluptatis genitorem fore speret.

Alia voluptas corporis ministerio in animo existit, alia in hujus quasi suhdo nascitur aut excitatur sine nervorum corporis affectione, cajus sibi sit conscious. Quamobrem alia *mentis* voluptas esse dicitur, alia *corporis*. Quantopere fallantur, qui nullum sensum jucundum in animo nasci posse, nisi per corpus, contentunt, ea, quae in se ipso eveniunt, observantem suus quemque sensus docet. Similiter duplex est origo doloris, qui voluptatem praecedit aut sequitur.

§. V. Voluptas, quam sentimus, est vel *pura* vel *mixta dolore*. Hujusmodi *sensu mixto* maxima pars hujus vitae degitur. A dolore ad voluptatem solet natura progredi. Is animum fodicans, majorem ejus movendi vim habere solet, quam spes voluptatis futurae aut praesentis sensus.

Perceptio voluptatis praesentis labefactatur aut finitur nova voluptate, laßitudine, tedium, poenitentia, dolore ex diversis causis oratio inque ejus locutum succidente. Voluptatis speratae appetentiam labefactat aut tollit diuinatio speci, vivida cogitatio doloris eam son-

secuturi & ejus praesensio, agitatio mentis sive aliarum rerum meditatione distractae, sive voluptatum ab ea, quae speratur, diversarum concursu commotae.

§. VI. Status animae aliquid appetentis aut aversantis inter voluptatis spem, & metum doloris, medius non datur. Quod dolore caret, id in voluptate est. *Indolentia*, vacuitas doloris, quam nonnulli rerum expetibiliam primam esse censuerunt, est sensus tenuissimus voluptatis, nulla nova quasi titillatione superveniente aliquamdiu continuatae, cujus mutationem se desiderare, anima sibi haud est conscientia...

§. VII. Voluptates, quas sentimus aut speramus, gradu differunt. Earum aestimatio ad quatuor capita revocari potest. Primum consideranda est earum *fecunditas*, dum perceptae fiunt causae plurium aut pauciorum novarum consequentium. Deinde magnitudinis seu *intensionis* earum ratio habenda est. Haec est quantitas motus, quem in anima voluptas quaedam excitat, plus minusve resistens sensui doloris interventionis, vel cuiusvis suavitatis ab ea discrepantibus perceptioni & futurae desiderio. Porro attendenda est *diuturnitas perceptionis*, sive motus jucundi, quo animus afficitur. Denique observari debet *firma persuationis*, dolori ex voluptate percepta nascenti, aut poenitentiæ, non fore locum. Sic qui in diem vivunt, impensis & securius gaudent, quam quorum bene præparatum pectus alteram sortem metuit.

Intensio voluptratis, seu magnitudo motus jucundi animo impressi, varia est pro variis causis, ex-

qui-

quibus nascitur, & pro vario corporis vel animae statu praesente, cum haec suaviter afficitur.

Sic dolor praecedens, quo premitur animus, pro magnitudine sua, proque exiguitate spei, futurum, ut elevetur aut tollatur, intendit vim voluptatis inopinatae subsequentis. Idem de dolore observatur, qui succedit voluptati.

§. VIII. Igitur mens, quae voluptatem sibi allatura putat, ea appetit, quae dolorem, ea declinat, quae neutrum, ea non curat. Cum appetit, statum suum praesentem confert cum futuro, ac sentit conatum status praesentis aut continuandi aut mutandi. Hic, quem sentire facilius est, quam definire, nisus ad perceptionem (sensationem) gratam futuram suis aut alienis viribus parabilem dicitur appetitus. Motus animi se dolorem quendam fugere sentientis vocatur declinatus (aversatio).

De celeritate, qua appetitus aut declinatus in mente gignuntur, & de vi majori aut debiliori, qua aut quid appetitus aut aversamus, observandum est, utramque non semper respondere magnitudini voluptatis, quae expetitur, aut doloris, qui declinatur.

Ac primo quidem voluntas ad ea appetenda ait rejicienda, sine longa deliberatione, paratus inclinatur, quibus delectari, aut moleste affici, consuevit. Ab adsuetis reflecti, saepenumero metu difficile est (§. 80).

Deinde vehementiam impulsoris, quae a spe voluptatis metuere doloris majoris nascitur, multae causae gignunt & frangunt. Sic consuetudo dolendi labefactat metum doloris futuri, nisi sit novum doloris genus, quod instat, vel incertum, qualis ille quantusque sit futurus. Quo sit e. c., ut quandoque metus poenae arbitriae vehementius frangat nocendi propositum, quam poenae lege definitae

Auget vero impulsam mentis ad agendum brevitas temporis, quo voluptatis, quam appetit, aut doloris, quem fugit, magnitudinem, diuturnitatem & propinquitatem ponderat ac metitur. Non solum quo plura mentem velut congregata simul irritant, sed & quo breviori temporis spatio ad eam commovendam concurrunt, eo major exortus appetitus vel declinatus, (§. 77. 78. 81.) perinde ac corporum motus celeritate impulsus augetur. Necesitas consilii ex arena capiendi saepe Martia consilia gignit, cunctatio imbecilla.

§. IX. Appetitus omnes dirigit natura ad perceptionem futurae voluptatis. (§. 8.) Huc tendunt homines. Hac vi impellente ad agendum moveatur, vel ut dolorem pellant & effugiant, vel ut nova suavitate potiantur. (§. 3.) Voluptas autem alia est vera (*salutaris*), cuius quovis tempore examinatae hominem nunquam poenitere potest. Alio huic contraria est fallax, ab errore orta (*noxia*, *opinata*, *imaginaria*), cuius recogitatae & perceptionem praeteritam, & renovationem aversari hominem, physique est necessarium. Fallax voluptas nascitur ex plane neglecta aut parum vivida cogitatione causarum, ex quibus enata est, aut effectuim, quos necessario gignit. Uti vera voluptas habet gradus (§. 7.), ita & falsa. Haec desinit mentem jucunde afficere cognito errore, a quo profluxit, & effectum acerborum sensu, quos peperit.

Poenitentia est cognitio clara voluptatis falsae, quam homo libertate sua abusus speravit, aut sibi comparavit, plena acerbitas. Haec acerbitas est comes approbrii, quo se ipsum cruciat, quod in errorem vitabilem inciderit. Ejus sensus molesti-

gra-

gradus respondet claritati cognitionis virium, quibus vitari is error potuisset, & effectum in jucundorum ex eo prognatorum.

Dolor verus nascitur ex impedita adeptione voluptatis verae majoris, quam qua mens fruitur, aut ex statu corporis & animi naturae contrario.

Dolor fallax habita ratione *causa* & effectus (nam physice consideratus semper est *senitus homini molestus*) is appellatur, quo homo se indigere non inteligit, ut verae voluptatis fiat maneatve particeps.

§. X. Causa efficiens *verae voluptatis* vulgo dicitur *bonum*, huic contraria *malum*. Cumque voluptates habeant gradus: (§. 7.) quid sit bonum *majus* & *minus*, manifestum est.

Bonum (status hominis bonus) si consideretur sine respectu causae, a qua profectum est, num ab usu libertatis an secus, dicitur *bonum physicum*; (e. c. *firma valetudo corporis, ingenium nativum bonum*) si tanquam tale consideretur, quo utens libertate *sua* homo potitur, vocatur *moralis*. (e. c. *eruditio, prudentia, virtus*).

Bonum *moralis*, quod *apparens* vocant, est effectus actionis liberae, quam *spes voluptatis opinatae procreavit*. Est itaque malum verum, (e. c. *voluptas ex maleficio, cui dolor ex puena acerbior succedit* (§. 9.) Boni moralis veri hominem nunquam poenitente potest (§. 9.).

Quodvis subsidium propositi assequendi vulgo vocatur *utile*. Cum voluptas, quam expetit homo, possit esse opinata (§. 9.), quae re vera est malum; sequitur, ut non id omne sit bonum verum, quod sibi quisque utile esse judicat, quoniam ejus ope ad metam sibi propositam pervenit. Vere homini *utile* est, id agere, id non facere, id pati, quod *vera* eum volu-

ptate impertit. Igitur verum bonum morale, & id, quod vere utile dici potest, (quatenus hoc ab actione cuiusque libera profectum est) non differunt. (§. 30.)

§. XI. Innatum est homini studium, esse ut cupiat. Acerba est cogitatio interitus. Hanc natura quaेकue fugit. Praeterea videt quisque, in voluptate esse posse neminem, qui non fuerit in dolore, & perpetuas esse in vita humana suavitatis & acerbitatis successiones (§. 5). Unusquisque occulta quadam vi naturae se trahi sentit, ut, dum sit, eam sibi vitam obtinere cupiat, in qua voluptates aliae aliis succedentes dominantur illis doloribus, quorum interventus vita non possit. Abhorret mens ab imagine & desiderio ejus conditionis, quae cum perpetuis coniuncta angoribus nullum spei uticunque probabili relinquit locum, fore unquam levius, aut melius.

§. XII. Status hominis, qui certus esse potest de perpetua possessione verarum voluptatum doloribus haud evitandis praeponderantium, dicitur securitas. Felicitatis interitus est miseria (vita misera). Insitum itaque est homini desiderium felicitatis. (§. 11.) Ad hoc, tanquam ad fontem communem, universae hominum appetitiones confluunt.

§. XIII. Ex definitione data apparent, 1) felicitatem non absoluvi sola vacuitate doloris, (catalepticos, dum nihil sentiunt, quis dixerit beatos?) 2) nec qualicunque dolore tolli. (§. 59.) Concludimus ex eadem definitione, non qualibet voluptate, neq; quavis voluptatum aliarum aliis suc-

cedentium serie, augeri felicitatem (§. 9.) 4) neque hanc in opinione hominum fluxa & varia esse positam, sed ejus notionem aliquid stabile & solidum complecti, cui innitatur persuasio nostra, esse nobis in praesens bene, & in posterum fore.

§. XIV. Felicitas est quasi series quaedam punctorum temporis vere jucundorum injucunda superantium: Pro horum ratione crescente aut decrescente dari felicitatis progressum & diminutionem, hujus notio (§. 12. 7.) & experientia, evincit. In qua aestimatione facienda a) venit in computationem magnitudo voluptatum verarum, quarum continuatio aut adeptio speratur. (§. 7.) b) Ponderanda est dolorum, si qui intervetiant, levitas, aut vis ad illorum quae placent, suavitatem magis sentiendam. c) Haud oportet negligi firmitatem fundamentorum, quibus hititur spes nostra, perpetuam fore vitae jucundae possessionem, ac progressionem tum in bonis augendis & retinendis, tum in malis vitandis, leniendis, tollendis.

Inimus felicitatis gradus est possessio tenuissima voluptatis, quae ex aliqua spe status melioris meum in maximis doloribus subit. Haec licet sit in confinio desperationis posita, ut cumque tamen sufficit, ut adhuc esse, quam non esse, malis.

§. XV. Supimus hic, quod a Psychologis evinci solet, atque ex sapientia divina & praestantia animae iuandise recte colligitur, hanc a corpore suo, cuius ministerio hucusque ad agendum usus erat, seclusam vivere, hoc est, vim cogitandi & agendi retinere. Qui de moriendo necessitate statique suo, post depositas corporis sui exuvias cogitat, is trahi se sentit des-

A f

de-

debet. ut ex suis servis, sed ut per opes
sui fragit Litteram.

C. XVI. Enīdā animae immortalitate, patet.
animam non solum semper eandem, sed & &
quod dilatet ab aliis rebus, sibi conscient, statimque
sui præteriti jocundi aut acerbi memorem, sed
& novarum idearum adipiscendarum, profunde &
novarem veloptatum, vel notorum dilectum, capa-
cēam fore.

C. XVII. Ex quo consipietur, ut animae
humanae, corpori suo superfluis, vita sit con-
ducendo viae praedita. In definitione iusque
felicitatis humanae concedenda non ea sola est con-
sideranda periodus, quæ morte finitur, sed etiam
ut quoniam mors, relin per carnificem, transfix
homo, ut non mortaliter.

C. XVIII. Absentias vices felicis huius
morta fecit, ut & cōspicere? Ecce, quis raptæ
tropæ exortatione dolorum cariae circumfundunt?
Ecce, qui sum fibi ipsius tranquillitatem retro &
Eberni regni auferunt? Nonne redditus conciliatas,
non effudatur generi humano, felicitate sui, quo-
niam non omnes ea fruuntur?

C. XIX. Voluntas & consilia (finis) Dei ex
operibus divinis cognoscantur. (C. 70.) Natu-
rae humanae Deus infert appetitum felicitatis.
(C. 12.) Ergo noluit, ut ejus adeptio eidem na-
turæ repugnaret. Facere simul, ut eo, quod ne-
cessario eriperint homines, necessario illidem ca-
reant, in summam sapientiam & bonitatem hanc
conseruent.

Præ-

Præterea nihil in universa rerum natura est dissonum; concinunt omnia. Ex quo colligitur, providum numen, quod sibi in omnibus, quae facit, consentaneum est; & suum rebus quibusque perfectionis gradum attribuit, hominum quoque generi definitum felicitatis gradum destinasse.

§. XX. Neque his diëtis refragatur *experiensia*. Seu hominem per se, seu ejus naturalem cum ceteris mundi partibus copulationem contempleris, quidquid naturale est, & cum homine connexum, illud ad ejus felicitatem consentit.

§. XXI. A felicitate differt *prosperitas*. Hac est complexus bonorum, (§. 10.) quae acci-
rere aut conservare non est in cujusque viri-
bus usu libetatis positum. Sub hac defini-
tione continentur sors nascendi, valetudo, vires,
statura, forma, opes, favor multitudinis cet.
Habet prosperitas gradus. Q. METELLUS, qui,
ut, refert CICERO, tres filios Consules vidit, e
quibus unum etiam Censem triumphantem, quar-
tum autem Praetorem, eosque salvos reliquit, &
tres filias nuptas, cum ipse Consul, Censor etiam
siugurque fuisset, & triumphasset, certe fortuna-
tior fuit, quam necatus inedia & vigiliis RE-
GULUS.

Prosperitas omnino est pars felicitatis, (§. 14.) sed omnes ejus numeros non absolvit. Totum, quod ex pluribus partibus constat, quibusdam par-
ticulis ab eo avulsi, non disperit.

Igitur aerumnæ & varia incommoda, prospe-
ritati hujus vitae inimica, quibus resisti non po-
test, felicitatem non evertunt. (§. 14. 17.) Eo-
rum magnitudinem brevitas consolatur, longin-
qui-

quitatem nata ex affuefactione lenitas. Denique praeter voluptatum praeteritarum recordationem, praeter animi bona, quae in rebus adversis saepe sunt unica, sed suavitatis tamen plena vitae afflictae condimenta, ac praeter dulcissimam providentiae Divinae cogitationem, aerumnosos praecipue potest erigere spes, si minus alia, certe aeternitatis beatioris. (§. 16.)

§. XXII. Praeter calamitates haud vitabiles, quarum multitudine, series, acerbitas magnam vim habent ad felicitatem huius vitae minuendam, major pars infelicitatis, qua homines premuntur, ex alio fonte oritur. Saepe enim perverso libertatis usu homo sibi ipso in cursu vitae felicis deest, seu germanas verae & fallacis voluptatis notas, & utriusque veram dimensionem, ignoret, seu videat meliora probetque, & deteriora sequatur (§. 174.)

§. XXIII. Quod ne fiat, nullumne providentia Divina homini suppeditavit monitorem interiore, quo &, quid sibi conveniat, dignoscere docetur, & ad id, quod sua vere interest, efficiendum invitetur? Haec cogitantibus non possunt non tres potissimum quaestiones subnasci, ad quas considerandas statim progrediemur:

1) Certumne detur iter felicitatis, quod homines in actionibus suis regendis tuto, & sine aberrandi periculo, ingrediantur? (§. 24-31.)

2) Num certam ejus itineris intelligentiam homini natura impertiverit? (§. 32-47.)

3) Num

3) Num qui infint in anima humana elateres, alii incitatores, alii repressores, quibus vera boni malique cognitio fiat efficax, hoc est mentem, ut decreta illi cognitioni consentanea faciat quanta ad agendum opus est vi impellat? (§. 48-57.)

SECTIO II

De via ad felicitatem, certaque ejus cognitione.

§. XXIV. *R*egulas felicitatis humanae, in quibus inveniendis, & contexendis, natura duce, versabimur, appellamus enuntiata, quae docent viam consequendae felicitatis. Talia enuntiata sunt doctrinæ, quae de modo, quo regendas sint actiones liberae, ut genus humanum divinitus sibi destinatum felicitatis gradum (§. 19.) asequatur.

Easdem regulas vocamus *morales* ab actionibus liberis, sive moralibus, ad quas regendas spectant. Certas dicimus, quibus quae sunt contrariae, illas nunquam ad felicitatem generis humani consentire posse, sed ei semper repugnare, mens humana distincte intelligere potest.

§. XXV. Dantur regulæ certae de felicitate per rectum libertatis usum quaerendae. Si enim nullæ darentur, nulla foret felicitas, tum quia Deum, qui certo ordine descripsit ea, quae effecit, omnia, nolle hominibus consulere, ex eo appareret, quod nullas recte & beate vivendi regulas aut ab aeterno constituisset, aut hominum generi
ape-

aperuisset. Id vero alienum est a natura Dei sapientissima & optima (§. 19.)

Sin illae regulae essent firmae, sed soli Deo cognitae, homini autem tam parum, ut cui filum Ariadneum in hoc vitae labyrintho praebere deberent, ei vere essent & recte dicerentur incertae; *scepticismus moralis* oriaretur *physica necessarius*. Hujus perpetua vertigine agi, miserum foret omnibus, miserrimum solertiaibus. Etiam hoc est alienum a benignissimo Dei consilio in naturis intelligentibus efficiendis, quarum in numero sunt homines. Igitur sumi nequit. (§. 19.) Nullas esse dicas regulas morales, an per se incertas, effectu inspesto, nihil inter-est.

§. XXVI. Idem evincit natura actionum liberatum. Quaevis (perinde atque actiones naturales corporum) gignit effecta. (§. 2.) Haec inter se, & cum ea, ex qua manarunt actione, tanquam cum causa sua, copulantur. Sunt autem posita in ea status mutatione, quae sensum doloris, aut voluptatis, sive confessim sive ex intervallo auctori suo affert. Igitur recte concludi potest; posita actione libera plane eadem, tanquam causa efficiente, eadem poni effecta, quae gignant statum vel consentientem vel pugnantem cum desiderio felicitatis. Quorum illa idcirco dicuntur *bona*, haec *mala* (§. 10.).

Si effectus ex duabus ejusdem generis actionibus profuentes differre videntur: non omnino eadem sunt actiones, quae conferuntur, sed discrepant.

Quocirca ex certa consecutione effectuum, quos fin-

singula actionum liberarum genera proignunt, recte colligitur, certas esse regulas, quae ad felicitatem definita quadam actionum liberarum rectione minuendam aut augendam spectent.

§. XXVII. Non fluxa igitur, aut in opinione singulorum vel complurium hominum sita, non singularum propria, non statui temporis obnoxia, est vis (relatio) actionum liberarum ad felicitatem ejus, qui libertate sua recte utitur, sed communis hominum omnium, stabilis, sempiterna.

A constantia & perpetuitate hujus vinculi inter rectum libertatis usum & felicitatem hominis ea recte utentis, oritur naturalis quidam ordo in dirigendis ad finem ultimum (§. 12.) actionibus, quem ordinem nisi serves, metam propositam praeterveharis. Regula nihil est nisi enuntiatum, quod indicat ordinem agendi, ut *natura quaedam (ens) intelligens* propositum suum assequatur. Cognito itaque illo ordine cognoscuntur regulae, ad quas necesse est conformari actiones liberas, ut feliciter vivatur. Ille ordo cum sit certus, (§. 26) etiam regulas, ordinem illum vere exponentes, certas esse oportet. Repudianda itaque sunt sententiae Scepticorum & Academicorum.

§. XXVIII. Denique si certae non essent regulae, quibus homines in actionibus suis regendis tantur; consequens foret, ut eidem homini nonc hae nunc aliae, & diversis diversae, convenirent. Talis fluctuatio aliena est a sapientia summorum Numinis; non conspirat cum admirabili legum, quibus universa rerum natura regitur, physicarum concordu; neque consentit cum natura humana,

quac

quae nulli in singulis vicissitudini obnoxia, est eadem omnibus, licet viribus alii ab aliis discrepent.

§. XXVIII. Systema, seu disciplina, est contextus regularum (§. 27.) aliarum ab aliis & omnium a communi quodam principio ductarum, atque inter se congruentium. Datur systema certum felicitatis hominum generi non aliter destinatae, quam si libertate sua regulis, quas continet, convenienter utatur. Quod cum sit naturae humanae accommodatum, proinde & cum rerum universarum natura consentiat, (§. 19.) recte dicitur *naturale*. *Divinum* merito appellatur, quoniam divinitus est ordinatum; *bonum*, quandoquidem a patre generis humani nihil, nisi bonum, proficiisci potest.

§. XXX. In convenientia aut pugna cum hoc systemate, inest nota certa & perpetua voluptatis verae & fallacis, (§. 9.) actionum liberarum, siue moralium bonarum & malarum, (§. 10.) iudicii veri & falsi, quod facimus de earum actionum bonitate & perversitate.

§. XXXI. Cum id systema sit divinum; (§. 29.) non potest non esse immutabile, hoc est nulla cuiusquam potentia, nulla vi naturae universae, mutari potest. Solae partes hominis sunt, illud *indagare* & *sequi*.

§. XXXII. Quae quidem indagatio iisque involuta est tenebris, ut non possint non complura vitae pracepta a multis vel ab omnibus ignorari, multique errores investigantibus surrepere? Res patebit, cum primum viderimus, & qua via ad requi-

quirendam praeceptorum vitae cognitionem eatur,
et qua tri debet.

§. XXXIII. Prima aetas *instinctibus naturae* ducitur. Horum vim paulatim excipit *experiens*, qua infans cognoscit singulares vitae regulas, maturiori aetate conjungendas. Experiendi facultatem comitatur *fides* aliorum, quibuscum versatur, auctoritati habita. Videamus distribute de his tribus primis cognoscendarum ac colligendarum vitae regularum fontibus.

Instinctus naturae (*prima naturae*) sunt conatus animae humanae insiti, quibus impelliunt ad cupiendum vel declinandum id, quod cuivis homini expedit, aut nocet.

Horum alii cum brutis animantibus sunt hominibus communes, alii horum proprii. Nam uti naturae hominum & animantium differunt, ita & discrepant stimuli, quibus impelluntur, ut secundum suam genus quodque naturam agat.

Inest in iis vis quedam discernens bonum & malum; sed ob celeritatem ictus, quo ad decernendum aliquid & agendum incitant mentem humanam, huic vix observabilis. (infra §. 49.)

§. XXXIV. Sentit infans, & paulatim ad sensus suos attendere, hoc est, *experiri* incipit. Praecipue infigit menti, quae sibi suavia aut molesta fuisse expertus est. Nondum iis praeditus intelligendi viribus, ut longe in futurum prospiciat, ex sensu grato aut insuavii, quem praesentissimum actionis suae, aut non longe remotum, esse effectum animadvertisit, bona malaque actionis notas concludit. Similis actionis similem exitum in posterum expectat. Quod sibi nocuisse haud sensit, ex quo alios detrimentum accepisse haud vidit, illud

Iud sibi nocere non posso, fidenter concludit, Dumque non cogitat constituere vitae regulas, eas sibi inscius praescribit, Saepe errat, erroremque suum, dum adolescit, ex malis effectibus cognitum corrigit; inveteratum aegre deponit.

§. XXXV. Eadem imbecilla aetas societate hominum indiget & ad vivendum, & cum ue communicatione sermonis, tum ut audiendis illis, qui ratiocinantur, paulatim ad rationis suae usum perveniat. Idcirco fertur impetu ingenerato (§. 33.) ad alios homines, in primis aequales suos, abser vandas & imitandas. Nempe verba eorum, vulatum, facta, observat, & idem, quod ab aliis fieri videt, facere annititur. Sic notitiam veri & boni ab aliis vix cogitantibus traditam celerime assumit.

Praecipue prima idearum consociatio (conjunctio) ex dictis factisque alienis orta plenius infantis in animum penetrat (idem & adultis accidit). In ea aetate perdifficile est, distrahere notiones, quas conjunctim in suo quasi fundo deposita animus, ac magna deinceps assiduitate vique ratiocinii hanc dissociationem vix assequuntur adultiores. Attenderit infans primum, quem videt, pauperem contemni. Statim notiones paupertatis & contemptus ita conjunget, ut procedente aetate eas divellere vix possit.

Ex quibus intelligi potest, quomodo fiat, ut ad eas vitae regulas sensim se conformet, quarum plerique non perpendit, sed colligit ex verbis moribusque hominum, quibuscum versatur, eorum praecipue, quorum experientiae & auctoritati fidei, hoc est, a quibus se in errorem inducere credit.

Haec vitae pracepta, praesertim ea, quae ex pluriorum factis propensioni suae nativae maxime consen-

sentaneis, dicit infans, paulatim in animo radices a-
gunt. Quas cum egerunt, eandem, quam axiomata,
vim nanciscuntur, omnemque dubitationem exstir-
pant. Unde profluxit, nisi ab hoc fonte, vetus illa
& in animis plane infixa haereticos & infideles da-
mnandi & cruciandi proclivitas? unde odium na-
tionum aliarum erga alias vehemens & ex hoc na-
ta infinita malorum publicorum & privatorum co-
pia?

Ita fit quoque, ut exemplo & institutione verae
falsaque vitae regulae ab uno homine ad plures,
ab una domo ad multas, interventientibus nup-
tiis, a pluribus familiis ad maximam partem popu-
li, a populo uno ad complures, bello, peregrina-
tionibus, libris, traducantur, adolescent, mul-
tisque seculis continuis dominentur. Concludi-
mus, fidem aliorum hominum dictis & factisque tribut-
tam saepe esse procreaticem errorum tristium;
cum natura voluerit, esse fontem verae cognitio-
nis eorum, quae fieri oportet, ut felicitatis numeri
augeantur.

§. XXXVI. Adultior demum aetas ratione, hoc
est, facultate sua naturali nexum veritatum distin-
cte perspiciendi, ut incipit. Hujus robur constat
ex rerum, quatum copulationem cernit, multi-
tudine & magnitudine, & ex habitu majori, vir-
culem, quod iliae communie habent, etiam si pri-
ma & extrema maxime distent, distincte intuendi.
Quo firmior est ratio, eo clarius & certius boni ma-
lique discrimina pervidere potest, ac caverre, ne
fallatur.

§. XXXVII. In optimo vitae statu exquiren-
do primas rationis partes esse oportebat, vitae not-
ram recognoscere, quam ex instinctibus suis & ab-

experientia sua ductam sibi fecerat aetas infirma, (§. 35.) aut ab educatoribus vel sodalibus latenter ac paulatim animo insinuatam susceperebat.

Verum via huic contraria plerumque initur. Non dubitatur de inveteratis opinioneibus, nisi mala manifesta & praesentissima afferant. Ratio magnae partis hominum, abjecta veri boni indagatione, in eo unice enitur, ut diu probatis ac familiaribus vitae regulis convenienter de rebus expetendis & fugiendis judicet, atque novas regulas illi, cui adsuevit, normae consentaneas, in novis, quae incident, negotiorum generibus statuat ac sequatur. Hoc modo efficitur, ut vel error errorem gignat, vel mens a veris regulis hucusque probatis, quarum veritatem numquam examinavit, derelinquendis, ad falsas assumendas fraude malisque exemplis facile deducatur. Ex his e. c. intelligitur, qui fiat, ut a superstitione summa ad irrationem religionis facilis sit transitus.

§. XXXVIII. Ratione sua ad praecepta morum investiganda recte usuri aliam viam ingrediuntur. Solos instinctus (§. 33.) esse coecos vitae duces animadverunt. Experientia sua non confidunt usque eo, ut nunquam illi diffidant. Probant conclusionem ex effectu bono vel malo, quem ex singulis actionum liberarum generibus nasci, constans experientia evincit. Sed fallacem conclusionem simul repudiant, cum ex sola suavitate & acerbitate, actionem quandam proxime consequente, certum boni malique discrimen colligitur. (§. 34.) Natura conjuncti sunt effectus actionum proximi & remotiores. Igitur (§. 16.) utrosque contemplatur, ponderat, conjungit, qui sapit. Quia animi intentione id assequitur, ut quae convenient naturae humanae actiones, quaeve repugnant, hoc est, felicitatem au-

augeant vel minuant, ea regulis firmis & omnis
erroris immunibus discernat.

§. XXXIX. Cum ratio in primis ex effectibus intelligat naturam actionis bonaे & malae h. e. bonum aut malum gignentis; (§. 10.) necesse est, ut effectus illos, quorum tanta vis est in regulis moralibus (§. 24.) cognoscendis & demonstrandis, aliquanto enucleatius tractemus. Est vero eorum duplex genus; unum illorum, qui ex actionibus liberis semper existunt; alterum eorum, qui actionem quandam liberam positis quibusdam conditionibus ad eam hanc affixis consequuntur. Illi *necessarii* (essentialis, absoluti, haud vitabiles, certi) dici possunt, hi *adventitiī*, (conditionati, hypothetici, contingentes, incerti). Illi eam in statu *cujusvis* hominis mutationem semper efficiunt, quae vel verae voluptatis verive doloris sensum statim comitem habet, vel multarum mutationum consequentium ferax, verae voluptatis verique doloris in posterum sentiendi germina continet. Venenum lentum aequē est venenum, atque illud, quod mortem confessim affert.

Adventitiī effectus a sola actionis vi non proficiuntur, sed a statu ejus singulari, qui egit, ejusdemque vinculo cum causis efficientibus extra eum positis. (*extraneis*) (§. 197.) Augent quantitatem boni & mali, quod in effectis necessariis actionis inest, vel ejus sensum diminuunt.

Recte distribuuntur in illos, qui secundum *regulas probabilitatis* praevideri possunt, dum in eō sumus, ut agamus, & eos, qui non possunt.

Incipiemus ab effectibus necessariis considerans, ut modum ex illis vitae praecpta colligendi ostendamus.

§. XL. Nulla actio libera est plane sterilis, (§. 26.) sed quaevis est secunda effectuum. (§. 38, 39.) Hos *observare*, & in singulis actionum liberorum generibus *necessarios* ab *adventitiis* accurate distinguere, primum est munus rationis. Id vero quibus viis aggredietur? Tres natura monstravit.

Ratio 1) cognoscit effectus necessarios ex perpetuitate consecutionis. Scilicet cum confirmat experientia, eosdem semper eidem actioni effectus succedere, nullo temporum, locorum, aut personalium agentium, discrimine, ideoque eos certo extituros, affirmari posse, quia praevisi & predicti semper consequantur; recte colligitur, tales effectus esse necessarios, & ab actione avelli haud posse. (conf. §. 129. 132. 138. 156.)

2) Sine subsidio experientiae, (a priori) ex ipsa notione actionis, de qua quaeritur, & ex notione naturae humanae, (*natura agentis* & *natura actionis*) ratio concludit physicam hujus illius *effectus necessitatem*. Sic ipsa mordacis invidiae definitio planum facit, eam non posse non animum hominis, quem urit, dolore acri & fructuum omnium inani torquere.

3) Eidem cognitioni adminiculatur argumentum ab *analogia naturae universae*. Haec enim, quae continentur humana, legibus simplicibus, sed egregie consentientibus, regitur. (§. 19.) Sic, cum tota, quatenus nobis cognita est, natura sui ipsius sit conservatrix, recte concludimus, homines agere contra naturam, qui se ipsum destruant. (conf. §. 59. 61. 99.)

§. XLI. Perspectis effectibus actionis liberorum *necessariis*, secundum rationis munus est, exquirere, utrum illi cum disciplina (systemate), felicitatis humanae (§. 29.) pugnant, an consentiant.

In

In hoc judicio faciendo praeципue cavendi sunt errores, qui in argumentis ex observatione & experientia ducendis saepe hebetioribus, sagacioribus quandoque, surrepunt. (§. 34.) Nimis festinanter judicamus; quosdam nostrarum aut alienarum actionum effectus non animadvertisimus, ergo non existunt: vel ita; quosdam actionum nostrarum aut alienarum consecutiones cernimus, ergo has illis solis esse tribuendas, experientia nos docuit. Non cogitabat, ut hoc utar, Davides, quantum mali & dedecoris inesset in Uriæ interitu, antequam a vate sacro excitatus tristes facinoris admissi effectus suis quasi oculis usurpare inciperet. Attamen tunc extiterunt, cum non observarentur. Similiter saepe tibi non caves a fallacia causæ, dum effectus, qui tibi versantur a oculos, soli actioni alienæ tribuis, qui partim ex tua dimanarunt. Inimico v. c. damnum omne tibi datum adscribis, quanquam hujus pars tuis consiliis minus prudenter suscepitis annumeranda sit. Temere judicas; non quod ille propterea in te excusatius peccaverit, sed quod male judicando de causa effectuum molestorum, quos sentis, in posterum tibi non caves, ne ex alia imprudentia in allam incidas. Non experientia docet causas, eorum, quae eveniunt, sed ratio illas colligit ex eventibus, quos sensu interno at extertio vel *in nobis* vel *extra nos* observamus.

Rejicienda itaque est vulgaris argumentatio: *nihil mali ex facto nostro natum sentimus*, ergo id factum recte se habet; vel contra; *sentimus voluptatem ex actione nostra natam*, ergo ea cum felicitate nostra plene consentit. Unde is error?

Sensus *internus* & *externus* nunquam nos fallit, cum gratum aliquid acerbumve, tanquam tale, menti nostræ *praesens* exhibet. Quidquid ostendit

tet Stoicus, se, cum ardet podagrae doloribus, non dolere, inque *tauro Phalaridis* suaviter vivi, contra sensum ille communem & suum loquitur. At ratio fallit, cum ex observationibus concludit: *si nunc, ergo & olim, suave erit: vel contra; ali-*quid dulce aut amarum ex actione tua nasci *nunc non cernis, ergo nunquam.* Hilares sine nube dies transigit dives voluptarius. Nullis vexatur insomniis. Concludit, sibi nihil deesse ad beate vivendum. Interim exaruit fons infinitae voluptatis, quae ex cultu ingenii nascitur. Complura, quae societati laborando praestare poterat, commoda neglexit. Ad se ipsum vix redit, atque agnoscit errorum, sive se poenitente sentit.

Quocirca nec quae presentem, nec quae *vehementem* animo voluptatem impertit actio; homini semper conducit, sed quae *causam* verae voluptatis ipsi affert, (§. 10) hoc est, eam in statu hominis mutationem facit, ut si minus nunc, certe olim, ex eo, quod fecit, non possit non suavitatem aliquam percipere, eamque maiorem illa, quam ex facto contrario capere potuisset. Juvenis monitoribus asper cupiditatibus suis frenum injici dolet; sed continuo coactus non indulgere genio, parendo obedire didicit. Sic sibi aditum ad verum felicitatis suae incrementum per dolores aperuit.

Denique teneamus, per perpetuas observationes constare, non in arbitrio cuiusque positam, sed *physice necessariam* esse poenitentiam, qua, velit nolit, homo torqueatur, cum primum actionis suae effectus necessarios, tanquam *naturae suae oppositos*, intuetur. Crescit gradus necessitatis poenitendi & acerbitas, quae in damnatione actionis nostrae inest, pro claritate cognitionis nostrae, effectus malos ex actione nostra extituros non posse evitari, vel ortos difficulter aut plane non reparari.

Ex

Ex adverso non minus sensu interno convincimur, non esse in potestate nostra, eam ut damnemus actionem, dolorum licet feracissimam, cuius cum natura nostra convenientiam intuemur. Quam dulce est in rebus adversis solatium recte factorum conscientia! Perspecta actionum nostrorum convenientia nos quasi nobis ipsis approbamus, nosmet erigimus, & ex veritate ejus judicii novam voluptatem haurimus.

Certam itaque ratio conficit hanc conclusionem; quodlibet actionum genus, cuius effectus necessarii cum *natura humana* consentiant, conspirare cum felicitate hominis, quia fontem verae voluptatis, confessim aut olim sentiendae, in anima appetiat. Similiter recte colligitur, omnem actionem, quae felicitati hominis obsistat, (§. 12.) necessario naturae hominis adversari & repugnare.

§. XLII. At quid est *natura humana*, cui qui convenienter agit, recte vivere dicitur? (§. 41). Notio illa non solum comprehendit essentiam ac vires corporis atque animi humani, & arctam utriusque conjunctionem, sed & illud vinculum, quo cum ceteris mundi partibus ejusque effectore, summo Numine, homo copulatur. Status ex actione libera ortus naturae humanae contrarius est is, qui ad destruendam cum felicitatis interitu hominis essentiam spectat, quo vires corporis & animi diminuantur, aut quo earum usus & incrementa cum vera voluptate conjuncta impeduntur, denique qui naturali rerum copulationi, (§. 170. 253.) Deique perfectionibus, quas hominem cognoscere oportuerat, (§. 61.) non respondet.

§. XLIII. Igitur ex effectibus, quos exposuimus, actionum liberarum necessariis, & iis quidem

dextra solis, ratio certas vitae regulas ducit, (§. 40, 41, 42.) non autem ex solis adventitiis seu ipeccatis. (§. 39). Hos vero non plane neglegit, sed in illis investigandis regulas probabilitatis de prouincientia eventuum futurorum sequitur, quae ex concursu causarum similium adventiarum, seu externarum, difficulter impediendo similem actionis exitum colligere & suspicari docent. Cur diffidimus homini, cuius falsum animum perspeximus? Non idcirco, quod eum necesse sit eundem manere, qui fuit, sed quia multas videmus esse causas, ob quas sui similis esse perseveret, nullas aut admodum leves & paucas, quibus ut mutet animum, permoveatur. Ratio itaque hujusmodi eventuum incertorum cognitione utitur, non ut soli fleetant mentem ad agendum, (id quod saepe fit) sed ut augeant atque intendant momenta, quae ex diligenti effectuum necessariorum praemeditatione nascuntur. Haec enim *per se* homini, utrum agat, an non agat, deliberanti sufficere possunt, ut decreatum faciat, quod naturae convenit. Sic vera erga Deum pietas sensum magnae suavitatis semper habet comitem. Spectata poterit pio homini quorumvis recte sentientium benevolentiam conciliare. Quem fructum si non ferat, etiam latens & contenta suopte pretio est amabilis.

In argumentis, quae ex effectibus contingentibus seu incertis ducantur, quaedam cautions sunt necessariae, a quarum neglectu errores multi, iisque capitales, proveniunt. Cave enim, sic fidenter colligas: quod aliquoties & compluribus evenit, illud semper eveniet; vel ita; quod non semper, illud nec mihi: vel hoc modo; ex quo actu unum aut alterum mali genus tibi praecipue acerbum non mavit, (e. c. concensus, invidia apud alias, quorum

rum de te judicia metuis) ex eo nullum malum illo,
quod effugisti, gravius, in te redundavit, cuius-
vis in praesenti nondum sentis. Firmior est
haec argumentandi ratio: quod plerumque even-
nit, illud nostram quoque actionem verosimiliter
consequetur, si probabile sit, easdem causas exti-
turas, a quibus idem effectus olim natus fuit. Do-
ctrinae copia v. c. habet effectum necessarium mag-
nae delectationis, & insignis in vita, etiam pri-
vata, utilitatis. Solet homini erudito viam ad
honores aperire. Non desunt Maecenates. Er-
go ab hoc eventu incerto quidem, probabili ta-
men, exoritur novum assidui literarum cultus inci-
tamentum.

Porro minus recte colligitur: eodem tempore,
quo frequens est quoddam actionum genus, ple-
rumque malum aliquod grave evenit, ergo hoc
malum ex illis, tanquam ex fonte suo, manat.
Cum enim duo simul eveniunt, alterum ex altero
non semper efficitur. Ut florent artes, luxusque
effrenis inolescat, per saepe eodem tempore acci-
dit. Ideone respuendae sunt artes, tanquam si hu-
jus intemperantiae sint causae effectrices?

Tandem vitiosa est, sed non infrequens, haec argu-
mentandi ratio: actionem aliquam malum, cum
cujus essentia haud cohaerens, plerumque comita-
tur, ergo quodvis malum certo ex ea nascetur.
Sic minus, ut puto, accurate concluditur: domi-
*natus principis arbitrarius (*imperium despoticum*)*
per se cuivis civitati noxius, torporem quendam
ingeniorum ut plurimum gignit, ac multas artes
*& disciplinas, quae sine libertate sentiendi ac di-
>cendi tractari nequeunt, deprimit & extirpat; er-*
go omnes.

§. XLIV. Res operosa est, in actionibus,
quae

quae praesentem gignunt sensum suavitatis, aut aliquoties repetitae genuerunt, ope rationis pervidere *stamina* malorum remotiorum; & contra. Quamobrem multi deserere maluerunt viam difficultem, quam valde laborare de notis boni malique per experientiam ex perpetuitate bonorum malorumque effectuum colligendis, (§. 40.) aut per rationem ex consensu pugnaque cum natura humana (§. 42.) repetendis. Popularior & explicatior via placuit; acquiescere in auctoritate eorum, qui prae caeteris considerate naturam humanam explorasse, & quid ei sit consentaneum, intelligere putantur, & in primis nisi consentiente populorum, eorumque cultiorum, judicio.

Verum minus tutum est illud iter, quamvis tritum quondam; neque iis ingratum; qui meditandi aut ignorant artem, aut laborem fugiant. Nam cum felicitas in re, non in opinione, sita sit: (§. 13.) non quid aliis videatur, sed quid sit bonum, exquirere, uniuscujusque hominis vere interest. Quod ut indubitate intelligamus, penetrandum est in naturam humanam. Haec si ea, quae homini tributa est, mentis acie sit investigata, nunquam fallit. Sed in ejus explicatione cum ab omni aevi multi aut plane non, aut parum diligenter versati sint; ex neglectu artis observandi & ex observationibus recte argumentandi nata sunt permulta de cursu vitae beatae tenendo opinionum commenta, deinde eodem, quo falsi rumores solent, modo propagata, credita, adversus philosophiae vim propugnata, complurium familiarium & populorum consensu, exemplis, institutis, legibus, corroborata & perpetuata. (§. 35.) Non itaque est, cur existimes, aliam illius consensus causam esse non pos-

non posse, nisi *sensum omnibus communem, rectam rationem* (§. 35. 37.) Multorum errorum publice notentissimorum propagines, & quandam quasi Genealogiam ostendere posset, si quis id ageret. Adeo non est, ut putavit SENECA, *argumentum veritatis, idem omnibus videri.* Tot populi inculti pariter atque humaniores, tantaque conspiratione, in praecceptis vitae dandis a vero aberrarunt, ut doctrina nulla felicitati generis humani sit inimica, cui non aliquod argumentum veri ex auctoritate ductum patrocinetur. Esto autem, verum recte haberi, quod omnes verum judicent. Quis probare ausit, idem omnibus, vel hominibus, vel populis & nationibus, videri?

At cum non esse alienis observationibus & iudiciis coeca fide credendum contendo; non is sum, qui ex justa diffidentia in nimiam sui fiduciam quemquam incidere velim. Qui sapit, ex erroribus quoque alienis fructum capit.

Excitat nos prudeptum auctoritas, vel gentium consensio, ut in veritatem praecessorum vitae, quae illi dederunt, hae probarunt, majori acuminne & diligentia inquiramus; nempe, num *observationes naturae humanae*, quas iidem recte vivendi doctores attulerunt, cum nostris convenient? num regulae, quas ex illis duxerunt, sint recte conclusae; nihilne hae affirment, expedire omnibus, quod aliquibus demum, pro definito quodam ipsum statu, convenit? nihilne, ex quo apparet, effectus necessarios cum *incertis* commiscerit? Si observationes, quibus doctrinas suas confirmarunt, cum nostris conyeniant; credamus ipsis tanquam testimoniis classicis, qui *rationem scientiae* sua reddidierunt, vel quemadmodum Physicis fidem habere sollemus, qui dogmata sua *experimentorum consentientium multitudine* corroborarunt. Si ante bis mille &

tre-

tricentos annos observatunt scriptores egregii, ex quodam actionum genere definitum aliquod malorum aut bonorum genus *semper* manare, idem si observavit postera & nostra aetas, si nos ipsi, exhibita omni acie ingenii, eosdem exitus perpetuo animadvertisimus; non est, cur in regulis secundum has observationes constantes statuendis ab errore nobis metuamus (§. 45.). *Veritatem tunc confirmavit dies*, quae opiniorum commenta delet. Verum in rebus, in quibus *cujusque felicitas* agitur, hominem ultra coecum hominum acque fallacium luminibus plene confidere, proinde sic concludere, hoc vel illud prodesse aut nocere dixerunt multi, qui rerum periti censentur, probarunt populi, ergo haec pro ratione sit et auctoritas, id vero semper periculosum est, & saepe perniciosum.

§. XLV. Lente succrescit rationis (§. 36.) regulas vivendi invenientis, (§. 40. 41.) easque in actionibus adjudicandis sequentis maturitas. Neque ejas idem omnibus acumen nativum obtingit. Praeterea illius usus apud infantes paene nullus est, apud complures adulos saepe exiguis. Fide hominum praecepta vitae sine demonstracione dantium minus tuto nitimur. (§. 44.) Quam obrem multis non minus optabile, quam probable, videtur, providum Numen, cui hic mentis humanae status ab aeterno cognitus est, insito felicitatis studio peculiarem adiecisse animae facultatem *distinguendi bonum a male, a ratione diversam, & hujas usu priorem*. Illa effici ponunt, ut mens in summis actionum liberarum generibus eo temporis puncto, quo earum notionem concepit, celeriter & vere discerat, quae naturae humanae repugnant, quaeve conveniant, nec simili rationem inquirat, aut quaestiam reddere posse, cur

cur haec probet, illa aduersetur & fastidiat. Addunt, evidentiam & vim hujus sensus frangere, non magis esse in hominis potestate, quam sine periculo vertiginis cuiusdam quisquam restituit ingenerato *sensu veri*, quo mens prima cognitionis humanae principia sine probatione assunxit, aut illi *sensu interno* quisquam obsistere queat, quo se existere, & ab aliis differre, ac sua semet vi movere, (§. 1.) sibi est conscius.

§. XLVI. Quae quidem facultas bonum malumque solo sensu discernendi utrum geheri humano contingit, in facto positum est. Observationes sunt difficiles. Proclivis enim est homo, ut cognitu facilia quaeque, aut quae a teneris aliena institutione cognovit, (§. 35.) cum nativis confundat. Praeterea cogitationes celerrime se excipientes spatum temporis, quo animus ad id, quod agit, distinguendum indiget, ipsa velocitate sua paene auferunt. Si veteres eum sensum observaverint, aliquid inde firmamenti accedit eorum dictis, qui eundem se animadvertere affirmant; (a) sin minus, ob id ipsum veritati observationum hodiernarum nibil detrahitur.

Si sumatur, talem sensum inesse in animo; de nomine, quo appellatur, facilius transigetur. *Sensus* vocatur, non quasi numerandus sit *sextus quidam sensus*, sed quoniam est pars *sensus interni*, (§. 45) ab *externo* distindi. *Sensu* enim *interno* fit, ut animus status sui praesentis sibi conscius adhuc cogitandum non indigeat motu per nervos corporis ab *objectis exterioribus* affectos prægresso. *Sensus moralis* dicitur a *objecta*, scilicet ab *actionibus mortalibus*, sive *liberis*,

(a) Cf. Cicero de finibus D. & M. V, 24.

quarum imaginem dum praesentem sibi ipsi clare exhibit, eodem temporis puncto eam cum natura humana consentire, aut ab ea abhorre, non sine voluptate aut taedio aliquo sentit, & quidem pari celeritate, qua v. c. amarum a dulci, molle a duro, album a nigro & caetera, quae sub sensu cadunt, sine ullâ argumentatione distinguit.

Itaque non de nomine, sed de sola re quaeritur. Neque vero de eo controversia esse videtur, num vera vivendi praecepta omnia solo hoc sensuingerato a falsis distingui possint, sed an aliqua? & quae? Patentur omnes, quorundam axiomatum de bona & malo morali (§. 10.) eam esse evidentiam, ut ad eorum veritatem perspiciemus nulla idea, quam vocant, media a quoquam requiratur, sed ut a quolibet homine sine ullo ratiocinio, cuius sibi sit conscius, pro veris assumantur, utque ex illis axiomatis & unusquisque facta sibi oblata confessim probet aut improbet.

De his quidem vitae regulis inquirendum foret, num omnes eo, quo Geometrae solent, rigore demonstrari possint? num in tenera aetate ante ratiopnis usum, pro veris habeantur? Num haec evidencia cognitionis, haec intima persuasio sit effectus antegressae cuiusdam institutionis, aut imitationis eorum, quae ex aliorum dictis, factis, infans collegit? Num sit effectus cuiusdam, quam Philosophi vocant, *idearum associationis* aut *sympathiae*? Quousque & quibus causis vis illi persuasionis diminuitur? an usquam in contrariam partem rapiatur? Nam quod non semper, neque apud omnes eodem gradu, vis sensus moralis appareat; non magis probat, homini nullum naturaliter inesse, quam ex eo, quod conscientia (§. 53.) aliquando nihil habet nervorum, vel ratio deprimitur delirio,

colligi poterit, nullam homini a natura tributam esse conscientiam vel rationem, (§. 224.)

At enim inquis, ea, quae ad sensum moralem a nonnullis referuntur, sunt judicia celerrima, quorum, quemadmodum orientur in mente & conformantur, nobis non sumus conscientiae. Sint. Unde nascentur? Num ab interna vi mentis? Tum inest in hac vis quaedam bonum a malo distinguendi diversa a modo judicandi & ratiocinandi ordinario. Num extrinsecus in mentem quasi infusa latent, donec ad factum quoddam singulare oblatum applicentur? Hoc sumto, qui fit, ut in tanta educationis & opinionum varietate admirabilis de his principiis consensus observetur?

§. XLVII. Nos quidem lubenter credimus accuratis naturae humanae contemplatoribus, stamina cognitionis principiorum de differentia *boni* & *mali* marginis homini ita inesse, ut eorum veritatem sentiat, non autem illis, quorum fontes (§. 40. seqq.) indicavimus, argumentationibus demum intelligat. Ad hunc *sensum* boni, sive recti, referri posse videntur 1) *veneratio* insita erga quodvis ens intelligens virtibus majoribus praeditum, in quarum usu nulla imbecillitatis admixtio cogitur, (§. 276.) 2) *oblectatio* ex harmonia actionum nostrarum moralium, (§. 54. 84. 87. 138. 209.) 3) *sensus* jucundus humilitatis, & ejus, quae benignitati inest, amabilitatis. (§. 102.)

Praecepta vestrae omnia firmis argumentis confclusa, quae vulgo in tres partes (vinculo tameni indissolubili conjunctas) dispescuntur, ad hunc tripartitum boni malique moralis sensum referri possunt, & ab hujus lumine vim persuadendi suam adiunquam mutuantur. (§. 216.)

§ XLVIII. Vidimus adjumenta, quae ne ignoremus, quid nobis prosit, noceatve, Dei providentia suppeditavit. Eadem num superaddidit principium aliquod actuofum, seu vim concistricem, qua impellamur, ut naturae nostrae convenienter agamus? (§. 23.) Hanc vim inquirentes reperimus *instinctus*, in primis *conscientiam*.

§. XLIX. Instinctus naturae (§. 33.) & sensu mortali (§. 45.) discrepant. Hic ad mentem illuminandam potius valeat, quam stimulo quodam incitandam ad agendum. Instinctus illam valde impellunt, ejusque adiaphoriam eceliter tollunt. Sunt communes hominibus omnibus, sed non eodem singularis gradu seu proportione insunt. (§. 79.)

Maxime differunt ab illis appetitionibus, quas longinquā consuetudo in alteram quasi hominis naturam traduxit. (§. 80.)

Vis eorum non solum in prima, sed & in confirmata omniq[ue] aetate cernitur.

Praecipue hunc usum habent, ut in eventibus subitis ac celeritatem consilii depositentibus, & in periculis adeundis, cunctationem auferant.

Illorum vis maxime apparet, cum vehementiores animi commotiones (§. 81.) excitantur.

Voluptas ipsa, (§. 4.) quam recentiores philosophi sensum vel intuitum perfectionis definiant, ubi ad aliquem quasi titillationis gradum ascenderebit, nihil esse videtur, nisi sensus jucundus mutationis sive in corpore, sive in solo animo, cum instinctu quodam consentientis.

§. L. Instinctum illorum non ea est vis, ut convallant ac plane prosternant libertatem. Hac strictio intellecta (conf. §. 1.) efficitur, ut animus

co-

cogitationes, quibus in cujusdam veri aut falsi, boni aut mali investigatione impeditur, supprimat, atque vim suam in notas solius, quod nunc exquirit, veri aut boni considerandas defigat, ac nonnisi perspectis bonis malisque actionis cujusdam suae, de qua deliberat, effectibus, quid agendum sit, decernat.

Regi possunt instinctus. Reguntur autem, cum temperantur & intenduntur, sicut convenit regulis vivendi naturae consentaneis. Has indagare, & ad eam, de qua deliberatur, actionem applicare, effectus alios ex aliis nascentes scrutari, quid quantumve boni vel mali allaturi sint, investigare & ponderare, sunt *partes rationis*. (§. 36.)

Ratio autem ne in ea disquisitione vi instinctus cujusdam exsurgentis impediatur; libertatis munus est, cohíbere illum impetum, & eo, quod agendum sit aut non agendum, considerate per pensum, eum intendere instinctum, qui executioni decreti, quod ratione praelucente fecimus, det impetum; ejus autem instinctus vim reprimere, qui decreto nostro efficiendo obluctetur.

§. LI. Quem in finem provida natura instinctus alios aliis opposuit, ut ratio, rectoris partes sustinens, facilis imperet omnibus. Ita stimulum, quo quisque ad sui ipsius defensionem intentatur, ne transeat in exitiosam vindictae cupiditatem, ingenerata vis misericordiae cohibet. Sic metus infamiae ignaviam consequentis excusat & acuit. stimulum, quo ad honorem extendum natura impellit homines, & deprimit id quod plerumque, reliquis stimulis omnibus validius est, vivendi desiderium.

§. LII. Omnes animae vires natura cohaerent.

Mens in sua ipsius contemplatione defixa eas tantum cogitatione sejungit, ut, singulas seorsum considerando, universas clarius intelligat. Instinctus itaque, ratio, libertas, non sunt vites aliae, aliis oppositae, sed conjunctae, ut communiter operantes naturae consiliis respondeant.

Instinctus ad *praesens* aliquid menti gratum efficiendum, ingratumve removendum, nititur. Voluptas, quae est *effectus proximus* actionis avitum stimuli ingenerati profectus, etiam *vera esse* potest. Quamobrem instinctus non semper sunt mali vitae duces, in primis in tenella aetate, sed minus certi: quoniam ex serie effectuum deum (§. 38.) de singulis actionum generibus tuto asserti potest, num verum homini afferant bonum, an opinatum (*apparens*). (§. 9, 10.) Ratio autem ea, quae in *praesens* juyant, ab illis distinguit, quae in posterum profutura cernit, atque bonorum, inter quae eligat, magnitudinem spemque ea consequendi metitur, difficultates ponderat, privationem boni majoris inter mala numerat, & tandem concludit, illud, quod videat esse bonum majus, anteponit bono minori oportere. In quo iudicio faciendo ne quavi instinctus impediamur, rationis lumen & libertatis vim in instinctibus adjunxit natura, rationi autem instinctus primus ut hi illam impellant ad inquirendam, quid nobis convenienter agere, deinde ut ad id, quod ratio agendum esse cognovit, voluntatem inflectant. (§. 50. 293.)

§: LIII. *Conscientiae* vocabulum complures habet significatus, partim (§. 294.) indicandos. Hic nobis est vis animo insita, qua seatur ad contemplationem actionum suarum liberarum & eorum collationem cum regulis felicitatis. (§. 24.) Animus dum intuetur actionis suae convenientiam aucti pugnam cum illis regulis, suavitatem ex illius eff-

effigie, ex *hujus* imagine taedium sui ipsius, confessim sentit. (§. 41.) Conscientiam, hoc modo definitam cum suo effectu, non prima educatione homini esse insitam, aut a meditatione oriri, sed natura animae inesse, diligens quemque sui ipsius exploratio docebit.

§. LIV. Voluptas, quam animus intra se ipsum descendens & decreto utrum suorum momenta ac seriem percogitans, ex cognita horum harmonia perecipit, major & constantior est quavis oblectatione & eaeteris, quas possidet, do-
tibus, aut fortunae muneribus. Contraria est ra-
tio poenitentiae. Acerbum est vulnus, quod a casu, ut ajunt, fortuito, acerbius, quod ab aliena malitia, acerbissimum, quod a propria culpa proficiscitur. Bis & quasi mortu quodam laceratus valde dolet, qui praesentem dolorem, quo affici-
citur, eumve, quem metuit, sibi ipsi tranquam ejus auctori exprobret.

Quo majus est malum, quo urgatur animus, quodve sibi impendere videt, quo clarius illius ma-
gnitudinem, sumque in eo sibi conscientia cul-
pam intuetur, eo commovetur & vehementius &
diutius. *Prima haec est ultio*, inquit JUVEN-
LIS, *quod se judice nemo nocens absolvitur*.

§. LV. Conscientia sublata, uti recte dixit CI-
CERO, (a) jacent omnia.

Nam cum ex recte factis non semper ea bonae ne-
que, ex male factis ea mala hascantur, quorum conse-
cutio a causis extra nos positis pendet; valde langui-
dum natura momentum homini ad regulas morales
se conformandi praebuerit, nisi in ipso quasi fundo
animi

(a) *De natura Deorum III, 35.*

C 3

animi esset locatus quidam angor ex displicentia sui ob prava facinora, vel serenitas quedam, qua se ipsum totum quasi extolleat, orta ex approbatione sui ipsius. Hujus suavitatis spe ad recte facendum impellit natura homines, illius autem acerbitas sensu permoveat eos, ut peccare dediscant.

Conscientia aliquamdiu consopiri quidem potest, dum variis cogitationibus distrahitur animus; tolli vero arte humana, & ne unquam cogat hominem, ut se & factorum suorum rationes perscrutetur, siue damnet, aut absolvat, provideri non potest.

S E C T I O III.

Studium hominis in se ipso reperiendi fontem felicitatis.

§. LVI. **V**idimus, summum Numen homini integrasse vivax felicitatis suae studium, ejus obtinendae viam fecisse certam, & hujus viae cognoscendae instrumenta idonea praebuisse. His nitentes adminiculis, in eruendis & connectendis vitae felicis regulis eum tenebimus ordinem, quem eadem natura sui ipsius interpres monstrate videtur.

Ab hac homini recens nato, adhuc ignaro, quid Deo, quidve aliis hominibus debeat, primam sui curam commendari, observamus. Legentes haec vestigia, hominem per se primo loco considerabimus; deinde ab hoc primo gradu altius ascensuri, vinculum illud indissolubile dispieiemus, quo homo cum homine, & praecipue cum aeterno mandi effectore ac gubernatore, conjungitur.

§. LVII.

§. LVII. Se solum respiciens homo, & suo se
quasi orbe contitens, quas felicitatis partes expe-
tit? 1.) Vitae conservationem, 2.) ejus, dum de-
currit, jucunditatem, 3.) cum est moriendum,
spem vitae melioris. Id quaeritur, quem actionum
suarum cursum tenere debeat, ut in his consequen-
tibus se ipsum imperitia aut prayo impetu non im-
pediat.

§. LVIII. Effe cupiunt homines; abhorrent ab
interitu; vehementer conantur ea removere, quae
vitae prorogationi obstant. Ratio hujus instinctus
naturalis, quo ad se conservandum & defendendum
quisque nititur, vehementiam considerans, depre-
hendit sapiens consilium naturae, prohibere volentis,
ne ob qualescumque molestias acres aut diutinas ho-
mines capiant vivendi taedium. Ratio praeterea
videt, continuationem vinculi, quo anima cum
corpo suo arctissime conjungitur, esse fundamen-
tum praesentis felicitatis, & veluti atrium futurae.
(§. 17.) Concludit, eo esse enitendum, ut vita,
quatenus felicitatis hominum generi destinatae sit
vestibulum, studiose conservetur.

§. LIX. Mors voluntaria ob taedium vitae sup-
scepta (§. 161.) oritur ex errore, non nisi illo re-
medio taedium posse finiri, quod intolerandum vide-
tur. Is error uti est certus index animi desperan-
tis, ita & ingenii minus perspicacis. Nam 1.) ut
tollatur malum praesens, plerumque opinatum, (ap-
parens) certe non omni consolatione destitutum,
(§. 31.) mali novi, gravioris, manentis, status
sejicet post mortem infelioris, periculum, idque,
ut statim patet, certum aditur.

2.) Sumitur, mala vitae diutius ferri non pos-
se. Verum multae acerbitates dispereunt, fonte

opinionis, ex qua manarunt, obserueto. **CATO**-
NI num ideo, quod semper in proposito mansis-
set, moriendum potius fuit, uti censuit **CICERO**,
quam yultus **CAESARIS** adspiciendus? (a). An
erat, cur sibi mortem conscienter *Apicinus*, quod
ad voluptates gutturus nonnisi centum millia im-
perialium sibi superesse doleret? An erat cur *Vir-
gines Milesiae* sibi manum inferrent, ut vivae
gloriam castitatis singularis quasi praesentirent? Et
cum *Saguntini* flammis ultro perire, quam imperio
externo subesse mallent, an post deditonem nulla
spes salutis supererat?

Deinde 3) multa, quorum sensus est asperri-
mus, brevi post, statu praeter expectationem
mutato, depelluntur, aut leniuntur. Si, qui in do-
lore est, causam aerumnarum suarum societati tri-
buit; an in ea manere necesse est?

Tandem 4) fuerint dura perpetu & vix tolera-
bilia, quae eveniunt homini fortem & vitam suam
exsecranti. Fuerint ea mala sine ulla spe remedii,
quod raro evenit. Quid solatii afferet sui ipsius
interfectio? Non certe hoc, ut omnis post
mortem sensus perimitur (§ 16.). Num hoc
ut praesenti tristitia, animum continuo excarni-
ficanti, succedat sensus jucundior? Nulla est spes
probabilis, angores, qui ex conscientia malefacto-
rum oriuntur, mortem ultro festinatam esse abla-
turam, & in eorum locum graviores haud succes-
suros. Sique dolor acerrimus non a praejudicatis opi-
nionibus, non a statu mutabili nascatur, sed v. c.
a ma-

(a) V. CIC. de Offic. I, 31. Ad Iugis Cato c. 20
Tuscul. quæst. V, 40. LIVIUS M. PLINIUS
40, 4 & 16. III, 7. JUSTINUS IV, 5. DIODO-
RUS SICULUS XII, 19. SENeca ep. 79. Au-
GUSTINUS de civitate Dei Lib. I. c. 10.

a malo corporis, ut videtur, immedieabili, (quod an ita se habeat, raro aegrotis constat) ne tum quidem spes, iniri potest, fore per mortem accelerata melius. Est quidam ordo felicitatis affluendae certus, quamdiu haec vita defluit, aliquis & in transitu ad novum vitae genus constitutus sit oportet, uti & in fruenda aeternitate beatiori. Itaque Dei beneficio patere homini theatrum jucundius, quod vitae pertaesus quisque, quando velit, ingredi possit, nulla est ratio, ex qua colligatur, id vero cur negetur, sunt multae. Evergeteretur ordo naturalis in felicitatis per vitae continuationem adeptione, cum primum haec a cuiusque opinione, impetu, vel atra bile suspenderetur. Analogia naturae vetat violentiam sibi ipsi manum inferentis. Sapientia Creatoris homini in frangendis stimulis naturalibus, praecipue eo, qui omnium solet esse potentissimus, nihil permittit, nisi quod sibi non tantum in praesens, sed & in posterum sit vere profuturum, clare pavidere possit. Neque summae Dei bonitatis, ut caedem fui ipsius a solo vivendi fastidio profectam concedat, convenire videtur ob effectum pericolosum, quem talis in se ipsum saevitia arbitraria, si esset secundum naturam, in societate gigneret. Facile enim accideret, ut vitae suae contemtores fierent alienae domini.

At vero quid est, inquis, cur mortem is non ultra oppetat, quem dolores corporis, quem anxietates nullo remedio sananda, torquent & discruciant, spesque omnis deficit, paucis horis aut diebus, qui supersint, sibi fore levius? In tali corpore morbo aut fauacio non est mens satis sana, ut iudicium sanum facere possit. Si semel ob impatientiam dolorum liceat a norma deflectere, nullus exceptionum terminus erit. Portam ad nouum

vum vitae stadium jucundius natura ipsa aperit, effringi eam noluit.

§. LX. Non solum esse, sed & bene sibi esse, cupiunt homines. (§. 11.) Primam, ut bene sibi sit, cūram corpori suo impedit anima, solo naturae ductu impulsu. Eidem ut adultiori aetate consulere pergit, tum suavitate sanitatis comite commovetur, tum dolore adversam valetudinem consequente, tum infinitis commodis ex firma corporis constitutione nascientibus. Haud male MARTIALIS, non vivere, inquit, sed valere vita est.

Quamvis enim modus ignoretur, quo animae & corporis actiones ac perceptiones sibi respondent, ipsum earum consensum experientia evincit. Sensuum, phantasiae, memoriae, ingenii, & caeterarum virium cognoscendi atque appetendi, tum & executionis eorum, quae decrevit animus, robur & imbecillitas multum a statu corporis, vel temporario vel durabili, pendent. Anima itaque ne in usu & incrementis virium suarum, & in perceptione verarum voluptatum se ipsam impedit, non potest non in eo eniti, ut corporis sui integratatem, formam, ejus valetudinem, & universae vires, quantum sunt vitae felicis adminiculatrices, conservet atque amplificet. Unde intelligitur, regulas de victu & amictu, de motu & quiete, de somno & vigiliis, de motibus in mente obortis corpori salutaribus aut nocentibus, de aeris vi in corpus nostrum, quas hujus iussum ex perpetuis observationibus collegerunt Medici, esse simul regulas morales. (§. 24.)

§. LXI. Ex quibus efficitur, ut viam felicitatis deserant, qui corpus, tanquam vile, & tanquam

quam carcerem animae, mutilant, quaesitis cruciatibus macerant, negligunt, quiete aut alimentis privant, non eo consilio, ut valetudinem viresque suas conservent, augeant, restituant, vel animum rebus seriis, praesertim divinis, magis intentum reddant, (quam vim tempestiva quaedam jejunia habere possunt) sed eo exitu, ut vires corporis aequi animi frangant & imminuant.

Nititur contra hunc errorem natura, admotis stupidis defensionis, famis, siti, & fuga insitam molestiae, quae ex sensu cujuscunque imbecillitatis nascitur. Quippe dolorem omnem naturali impulsu ad ducti aversamur, nullum vero vehementius, quam quem fuisse voluntarium intelligimus; nisi nos consoletur viyida cogitatio aut doloris gravioris, qui alias evitari non potuisset, aut boni majoris, ad quod consequendum unica per eundem dolorem ultro suscepimus via patebat.

Cujusnam autem boni majoris spes verosimilis quenquam incitare potest, ut corpus suum sanum & vegetum lacaret? Num opinio excellentiae? Nulla in nativa, aut a causis externis orta, nedum in voluntaria & quaesita, imbecillitate inest praestantia. An robur aliquod majus mentis obdurate ad quasvis acerbitates, etiam inopinatas, patienter ferendas? Sic malum certum pro incerto eligitur, & remedium violentum minus efficax, cum suppetaret mitius. An sanctitas & major apud Deum gratia? Non potest eo facto Deus honorari, quod divinis consiliis, ex ipsa naturae humanae constitutione perspicuis (§. 19.), repugnat;

§. LXII. Anima indiget viribus corporis, ut suas ipsa vires explicare & augere, iisque recte uti possit. (§. 60.) Vires aequi corporis aq. animi non

non usurpatae non solum non perficiuntur, sed & debilitantur. Ex quo colligitur, desidiam, hoc est, habitum abstinenti a motibus corpori salutribus & a contentione virium animi ad efficiendas veras voluptates, non convenire homini, sed occupationem & laborem.

Natura ipsa homines a desidia revocat, ingenerato *instinctu efficacitatis*, (*activitatis*) quo nituntur ad vires, primum corporis, acquirendas, & eas, quas habent, usu corroborandas. Hujus impulsus insiti vim majorem infantibus natura provido consilio impertivit.

Nulli animantium generi magis convenit fuga socordiae, quam humano. Natus est homo, ut perpetuis virium, animi praecipue sui, incrementis studeat. His excidit, nisi corporis ministerio & exercitatione tempestive utatur, atque alternas vitae actusae & otii necessarii vices servet. Insuper multis rebus extra nos positis ad jucunde vivendum indigemus, seu simus remoti ab hominum consortio, seu hos, ut in vita commode degenda se ad nos applicent, mouere velimus. Ad haec commoda expetenda nos invitat natura, sed nullam ea adipiscendi viam nisi per laborem, patefecit. Nulli praeterea sibi ipsis sunt molestiores, quam qui otio maxime diffluent.

At vero, inquis, natura duce labore fugiunt infantes. Quem? Jussum, non variatum, stat tempore absolvendum. Dividere tempus, pensa faceré, hisque demum finitis restitui in libertatem faciendi, quod malint, vix adsuescunt homines non adacti necessitate, prima educatione, & spe magni commodi. Pigritiam *libertatis sororem* dixit **SOCRATES**. Habet vero *labor*, hoc est, occupatio utilissimo tempori, loco, ordinis alligata, etiam labor *difficilis*, haud parum suavitatis. Spes grata prospèri

speris successus irritat alitque efficientiam. Opus utili-
le viribus suis confectum cernere, (*αὐτεγγία*) est
dulce condimentum laboris consummati, & acre
incitamentum novi.

Desidia ab infirmitate corporis, ab alimentorum
copia ac natura, a fertilitate terrae; quam incolunt
homines, interdum quoque a superbia, proficisciatur,
uti & a praejudicata opinione, *laboriosor esse otiosissimiores*. Accedente aſſuefactione ſubit mentem dul-
cedo ejus vitii; quod mox in venis medullisque insi-
dens difficulter expellitur. Tum cauſae pigritiam gi-
gnentes, (§. 40.) tum ejus mali effectus plane de-
monſtrant, quantopere naturae adverſetur. (§. 41.)

§. LXIII. Naturalis necessitudo homini inter-
cedit cum variis rebus, quibus circumfunditur.
Illarum poſſeffione atque uſu indiget, & ad vi-
vendum, & ad vivendum jucunde, hoc eſt, ad vi-
gorem corporis atque animi perficiendum, & ad po-
tiundum variis verarum voluptatum generibus. In-
fantes omni notione fructuum ex dominio naſcentium
deſtituti priuum appetunt, quo ſe nutriant, naſtique,
quod petierunt, quodve illis oblatum eſt, ponunt in
conſumptione commodum poſſeffionis; quod reli-
quum eſt, abſiciunt, ac tanquam rem ad ſe non
pertinentem negligunt. Paulatim res, ex quarum
uſu voluptatem hauerunt, in futuros uſus ſepo-
nere & conſervare diſcunt, ut, cum velint, illis
uti poſſint, ſeu ut conſumant, ſeu ut ſenſus ſuos
illis tractandis iudendoque denuo ſuavitēr afficiant.
Sic & ſuis obſervationibus & doctrina aliena
adjuvi notione *benorū* mentem ſuam informant,
hoc eſt, earum rerum, quarum poſſeffio conſervata
ſibi futura ſit utilis. Procedente aetate crescit cogni-
tio & commodi ex rebus capiendi, & multitudinis
earum rerum uſilium, & neceſſitatis ea conſervandi,

ut

ut compitum aliqua indigeas, carendi molestiam evites. Quippe res infinitas hominibus praebet natura benefica, alias sine labore, alias laborantibus; innumerā etiam sunt rerum genera, quas ad augenda vitae commoda homines invenerunt. Eatam aliis indiget corpus, ut vivat & valeat, aliis animus, ut erudiatur, perficiatur, recreetur, & ea, quae societati profundūt, efficiat. Multorum bonorum complexus opum, major opum copia dīvitiarum, nomine appellatur. Cumque fieri non possit, ut ea quisque bona omnia, quibus ad vitam jucunde degendam uti potest, simul possideat; inventa ab hominibus est res quaedam, qua reddita & commutata rem quamcumque, qua indiget, avariis earum possessoribus sibi quisque parare possit. Haec res reliquarum omnium, quae veniunt in commercium, vicaria appellatur pecunia; siue constet ex metallo signato, dicitur nummus.

Res quatenus considerantur tamquam ad hominis usum habiles, recte & numero bonorum (*externorum*) habentur, & hoc nomine appellantur. Levis est veterum quorundam objectio, boni esse negligantium, quibus ademis aut non impetratis felicitas non collatur, aut quibus homines in perniciem suam saepe abutantur. Dantur enim felicitatis partes etiam eaduae & brevis temporis usura circumscripiae, quarum accessione augetur, decessione minuitur. (§. 7. 14.)

§. LXIV. Horum bonorum (*sive commodorum externorum*) ac dīvitiarum pretium internum possum est in vi, (relatione), quam habent ad felicitatem ea desiderantis aut possidentis. Sunt instrumenta, quorum praestantia cognoscitur ex magnitudine boni, cuius assequendo inserviunt, & ad quod adipiscendum a possidente adhibentur.

Ita-

Itaque ex eorum bonorum natura statuque nostro vero & clare cognito aestimari potest, quousque illis quisque indigemus, hoc est, quodnam quantumve desiderium eorum vel consequendorum, vel retinendorum aut homines sine exceptione omnes deceat, aut pro unius, paucorum, complurium statu singulari sit naturae consentaneum (§. 42.). Haec aestimatio indigentiae nostrae sive verae sive opinatae dicitur *præsumptum rerum externum*, id est, aestimatio rerum, operarum, virium impendendarum in rem, qua indigemus, aut nos indigere putamus, comparandam, retinendam, recuperandam.

Duplices est genus indigentiae veræ, alterum *absolutæ*, (physicae) alterum *hypotheticæ*. (relativæ.) Haec quadruplicem classum, in quas homines in societate viventes distribuuntur, propria est. Oritur ex eorum statu *adventio* & *civili*, (e. c. *honoribus publicis*) quo fit, ut ad sua ac plurimum hominum communia & mala depellenda, & bona amplificanda, multis rebus indigeant, quibus alii diversæ conditionis homines, sine felicitatis suae & communis damno, destituuntur. Indigentia absoluta est eadem omnium, estque earum rerum, quarum privatio vel vitam, vel secundam valetudinem, vel vigorem corporis & animi, destruit aut diminuit.

Ex magnitudine malorum, quæ talium refum privationem consequantur, ejus indigentiae gradus aestimari potest.

Egeni dicuntur, quibus necessitates vitae omnes, pauperes, quibus ea desunt, quae ad vitam commodam & ad summi ex cuiusque dignitate faciendo pertinent, aut qui necessaria vitae nonnisi gravi labore difficulter sibi comparant.

Ex superioribus intelligitur veritas praceptis
fuge

fuge inopiam voluntariam cum multorum cognitorum impeditione & privatione, & complurium malorum consecutione conjunctam, inevitabilem, quae sitis, quae supersunt, vitae solatii ac contentientis, aqua mente tolerare.

§. LXV. Naturam esse paucis contentam, arctisque indigentiam *absolutam* finibus describi, (§. 64.) *Nomadum*, verustarum gentium bellicorum, praecipue Borealium, & hominum tenuiorum vita simplex eademque jucunda demonstrat. Abdalonimus ad fortunam regiam ab Alexandro M. evictus, suas sibi agrum colenti manus suffecisse, & nihil habenti nihil quoque defuisse profitebatur (a). Cleanthes hortulano operam aquae hauriendae noctu locabat, (idcirco φρεάτης dictus) ut vitam interdum toleraret, nec in fructibus succundis ex Zenonis schola capiendis impediretur. Verum in societatibus cultioribus extenduntur termini indigentiae, & multo latius patent hominum, quam naturae, desideria. Preinde pretia rerum externarum non ex earum prelio interno, (§. 64.) sed ex opinione, definitur. Quacum opnia efficiuntur prima educatione, imitatione & affectu, praecipue in societatibus majoribus.

Multa habendi, quae singulare aliquantum voluptatis possessori afferunt, ac quibus ea, quae placent, possunt redimi, aut multa habentes, aemulandi consuetudo parit consuetudinem multa desiderandi. Plerumque in definendis vitae necessitatibus primum homines servire solent aliis, mox sibi. Sic premium majus bonis minus necessarium, (§. 64.) ut p. singula eorum etiam possit ipsa.
(a) V. Curtius lib. IV. c. 1. Adq. Seneca ep. 95.

perinde ac si essent summe necessaria, statuete adfuescunt; utut si eorum uberiorem habeant copiam, non siant beati, si parvam aut nullam, non re, sed sua opinione, sint miseri. Ita fit, ut complures, quemadmodum inquit SENECA, non ad rationem, sed ad similitudinem vivant. In quam qui venerunt consuetudinem ab aliena opinione in aetimatione rerum, quibus indigeant pendendi, illi quo avidius expertunt res supervaeuas, eo magis solent esse avari in sumtibus necessariis faciebant. Quod dant corpori, id detrahant cultui animi; prodige curant ornamenta corporis, & avaro negligunt valetudinem. Multi praeterea divitium honore capti ob eas quidem magni fieri gaudent, at illis uti metuunt:

Ex quibus intelligi potest, qui fiat, ut magna non solum inter homines diversos sit convenientia vel discrepancia opinionum de indigentia, sed & earum in eodem homine diversis temporum articulis magna quandoque vicissitudo.

Ex dictis superioribus haec vitae regula efficitur: fuge opes & divitias nonnisi subsidiis, quorum te necessario poenitebit, parabiles; fruere legitime partis sicut verorum vitae commodorum instrumentis; simul ad eorum amissionem legitime haud vitabilem præparatum habere animum, & ex earum possessione præstanciam & tuam felicitatem nunquam aestima, vel ex eorum privatione aut diminutione miseriam.

Paisnonia est pudicum hominis, expulsa ex animo avaritia, bonis legitime acquisitis ita titendi, ut fons ad parandas sibi aliisque veras voluptates necessarius non exhauriatur.

Prodigus est, qui eo in bonis consumendis enixe emititur, ut extremo careat illis, quibus vere indiget.

D

Ex

Ex nimia opum appetentia duplex avaritiae genus nascitur: alterum ad eas avide conquirendas spectat, vel ut accumulentur, vel ut luxuriose aut magnifice effundantur. Atque de hoc genere intelligendus est JUCURIHA, cum praedixit teste SALUSTIO, *Romam avaritia interituram*. Alterum sollicitudo mordax in bonis conservandis, angore que in sumtibus etiam necessariis faciendis, fruendis, ortus ex inani inopiae metu. Idecirco semper *avarus eget, vivitque congesto pauper in auro*. Verbo, illi aut quod non habet, aut quod habet, aequae deest.

§. LXVI. Est ferax malorum opinio ejus indigentiae, quae a sola imitatione & assuefactiōne oritur. (§. 65.) Quae cum animos torquere soleat continuis desideriis, aut continuo carendi metu, non defuere, qui causam hujus mali ponerent in nimia mentis proclivitate ad voluptates sensuum experendas, atque idcirco has fere omnes a notione & studio felicitatis excluserunt.

Suntne igitur voluptates repudianda, tanquam per se homininoxae, bona vero, ex quorum usu nascuntur, leuis aut nullius pretii? An hoc demum est vivere, commoditates vitae a natura suppeditatas, aut ab hominum ingenio & industria profectas, perinde pro nihilo ducere, ac quondam eas habuit *Scythes ANACHARSIS*? qui *Hannoni dona oblata remittens in haec verba rescripsit: mihi amicui, est Scythicum tegmen, calcamentum solorum callum; cubile terra; pulmentum fames; latte, carne, caseo vescor. &c. (a)*.

§. LXVII.

(a) CICERO Tusc. Quæst. V, 32.

§. LXVII. Quamvis voluptates oculorum, aurium, tactioñum, odorationum, saporum, sive à natura, sive arte humana suppeditatae, sint breves, sine varietate saporis quasi acumen perdant (*b*); & cum aetate transeant; ideo non sunt falsae. (§. 9.)

Licet aliquando animos efficiant molles: non tamen omnes corrumptunt, nec quemquam necessario. (§. 43.) Anima potius iis indiget ad vires suas conservandas, augendas, tempestive ac majori alacritate adhibendas.

Denique natura amplas suas & admirabiles offers copias hominibus, horumque sensus sic formavit, ut illis frui possit animus ac cupiat. Proinde eo eniti, ut res, quae sensus externos suaviter afficiunt, omnes despicias, non est naturae convenienter agere, sed ejus, optime felicitati hominum consulentis, beneficia morose adsperrnari. (§. 20.)

Haec vero qui grata mente agnoscit, is continentiam non in fuga perpetua eorum, quae sensus dulciter & jucunde movent, sed in voluptatibus nullo vero dolore emitis tempestive & moderate fruendis ponit; nullum vero in illis austere & perpetuo fugiendis piaculum:

§. LXVIII. Nocent voluptates, quibus corporis aut animi vires franguntur & enervantur, quaeque

(*b*) Ibid. V, 7. XERXES; inquit, refertus omnibus praeemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus praemium proposuit, qui invenisset novum voluptatis genut.

que proinde causas poenitendi multas relinquunt, nullas eorum recordandi. Illis a sotorum vita diffliuit.

Porro ea voluptatum per se innocuarum cupiditas, multitudo, variatio exitiosa est, quae habeboris necessarii igniculos extinguit, tempus negotiis dandum aufert, facitque, ut homo in malis effugiendis, & in bonis majoribus acquirendis, sibi & aliis, vel omnino, vel tempore opportuno, desit.

Est & inter eas voluptates alia ad varia vitae instituta aliis utilior ideoque anteponenda. (uti ludis Circensibus Gymnici praestabant).

Saepe evenit, ut quaedam voluptatum corporis innocuarum genera inter res ad vivendum necessarias longinqua eas quaerendi & capiendi consuetudine referantur. Haec opinio indigentius (§. 65.) deprimit libertatem mentis ea decernendi, quae iisdem voluptatibus adsuetis comparandas aut fruendis impedimento sunt, mentemque ab aliis oblectamentis aequo salutaribus aut utilioribus expetendis abducit. Vitium itaque nullum inest in delectationibus tempestivis, sed in opinione, te illis, quibus adsueveris, carere non posse, in que aegritudine, quae vel ex solo illis carendi metu nascitur. Ex malis hunc errorem consequentibus haud leve est hoc, quod qui se totos dant jucunditati & vitae cuidam *Sybarticae*, illi implenter fastidio fui (*languore*) ex inopia occupationis. Fastidium fui (*lennui*) est sensus animi acerbis nullum in se ipso presentem delectationis fontem reperientis, sed eum extra se frustra quaerentis, deficiente ea voluptate, cui serviliter se addixit. Tristem vero sortem eorum hominum, quibus secum habitare haud adsuetis in exiguo vitae citissime decurrentis termino nulla alia optio superest, nisi v. c. aut ludum, cui adsueverunt, ludendi, aut oscitandi!

Id

Id fastidium sui est vel *temporarium*, vel *perpetuum*. Illo fit, ut voluptarii in voluptatum praeteritarum &c, quarum cupiditate flagrant, novatum intervallis, ob inanitatis suae conscientiam, se ipsos fugiant, idem *taedio perpetuo* enecantur, cum rigentes corporis nervi, ingravescente aetate ad suppeditationem & ad sensum talium voluptatum inertes, vitam efficiunt languidam, torpem, moestam. Verbo, ex servili voluptatum corporis aliarum aliis succedentium aucupie nascitur, ut ait **SENECA**, *otii sui tristis atque aegra patientia*.

§. LXIX. Neque vires corporis, neque bonorum copia, horumque usus rationi consentaneus, omnes vitae felicis numeros continent. Nam haec sunt *caducæ*, corporis vires casibus infinitis expeditæ. Anima igitur, ut certam spem stabilioris delectationis concipere possit, cavere debet, ne se quaerat extra se, sed videre, ut perennem voluptatis fontem in se ipsa recludat,

§. LXX. Id efficiendi viam natura indicavit, Ingeneravit tantam cupiditatem scientiae, ut ad rerum cognitionem sola ejus suavitate rapiantur homines *nullo emolumenta alio invitati* (*a*).

In primis vehementior cognitionis amor infantibus inest, quoniam eorum intellectus, tabulae rasæ non

(*a*) Eleganter CICERO, *mibi quidem HOMERUS*, inquit, *bujusmodi quiddam vidisse videtur in iis, quae de Sirenum cantibus finxerit*. Neque enim vocum suavitate videntur aut novitate quadam, & varietate cantandi, revocare eos solitae, qui pruetervebantur, sed quia multa se scire profitebantur, ut homines ad eorum *saxa discendi cupiditate adbaerescerent*.

non dissimilis, celeriori multarum idearum & adeptione & coniunctione indiget. Impetu ad ignota investiganda delati quaerunt ex aliis eorum, quae fiunt aut existunt, rationes, licet, quem ex ea scientia fructum sint latiri, nondum intelligent. Sique studium veri in omni aetate multis obstrictum est difficultatibus, multisque corporis voluptatibus strenui ingenii sui cultores privantur: tanto major est *voluptas mentis*, quam inventio ac dijudicatio veri gignit, praesertim perspicientia, quemadmodum ea, quae existunt & eveniuntur, alia ex aliis nestantur. Quae jucunditas superat eam, quae in corpore a rebus externis nascitur. Est enim longe constantior, dum non solum eo temporis puncto percipitur, quo mens lumine quodam, praecipue eo, quod diu multumque quaeſivit, se illustrari sentit, sed & post longa intervalla, quoties nostrum interest, ejus, quam nacti sumus, scientiae meminisse, eaque uti in conclusionibus. Praeterea haec scientia mentem quodam præstantiae, si se cum brutis animantibus conferat, ac dignitatis suae sensu erigit & extollit. Ejus itaque jucunditatis adipiscendae & fiuendae studium *systemato (disciplina) felicitatis naturalis* (§. 29.) comprehendendi, ex eo ipso *naturae*, tantam dulcedinem cum ingenii cultu conjungentis, *fatio* (§. 19.) intelligitur.

§. LXXI. Quae reputantes ingenii excolendi incitamenta, & cum iis conferentes magna, quae ex ignorantia & errore nascuntur, incommoda, concludimus, eo esse enitendum, ut 1.) *suis ipsius vires perficiat* anima, iisque utens, 2.) quantum potest, copiam idearum ac notionum utilium in suo quasi fundo colligat.

Perficit vires suas, cum habitum sibi comparat,
iis

iis recte utendi. Sic *sensus externi* perficiuntur, cum facultas major comparatur multas res illis subjectas vere, clate, celeriter percipiendi.

Phantasia, quae in suscitandis aut incendendis animi commotionibus permultum valet, ad maiorem perfectionis gradum ascendit, cum & in *imaginibus veris*, quibus in re praesenti indigemus, revocandis, aut iis, quae praesentem cogitationem impediunt, supprimendis, maiorem celeritatem animus acquisivit.

Similiter *gustus*, sive *sensus pulchri*, perficitur, cum mens habitum consequitur, *naturale* discrimen inter id, quod pulchrum est & deformis, clare ac vero intuendi. Porro vis animi se ipsum, hoc est, mutationes suas & earum causas ac seriem observandi perficitur exercitatione quotidiana, atque eorum, quae hanc artem difficillimam impediunt, diligentis & continua amotione. Omittimus vires reliquas, in quibus explicandis psychologi, & in quibus roborandis atque ad verum exquirendum dirigendis Logici, versantur.

In studio virium, quae *intellectus* nomine comprehenduntur, in primis necesse est, nec diffidere sibi, neq; fidere, nimis; cavere sibi ab iis, quae debilitant ingenium; nosse imbecillitatem suam; in ejus gradus & causas inquirere; & his cognitionis medelam diligenter anquirere. Causa infirmitatis nonnunquam oritur a vitioso corporis statu, hic autem ab ea vitae ratione, quae valetudinem & in primis robur nervorum labefactat. Saepe mali causa est posita in depravata consuetudine intentionem animi in res meditatione dignas raro aut nonnquam dirigendi. Quam mentis in viribus suis roborandis incuriam praecipue educatio indiligenza & inepta malorum exemplorum imitatio progignit.

§. LXXII. Cognoscendi cupiditatem homini natura ingeneravit (§. 71.): sed quas res ex infinitis exquirendas sibi sumat, rationi indagandum & judicandum reliquit. Primum infans in aperienda quaevi ignota sensibus subiecta impetu fertur. Paulatim ea majori cogitationum intentione perquirit, quae corpori suo prodesse, ac hujus voluptates creare expertus est, atque ea in re ex aliorum quoque exemplis sua desideria fingit. Pro diversa educationis ratione, aut ingenii celeritate vel tarditate, se-rius ocius ea quoque scire cupit adiutor, quae non sentit, quaeque facultate sua notiones ab iis, quae sensit, abstrahendi usus intelligit. Haec docentes audit, discendi suavitatem sentit, ex se autem ipso effecisse, seu invenisse, impensius gaudet. Inquirit in ea, quae existant & eveniunt, & quemadmodum inter se sint connecta & alia ex alijs sequantur, per-vestigat. Invenit regulas veri & boni, cognoscit rerum naturalium & ab hominibus institutarum aut gestarum seriem & ordinem. Ad quod studium non sola rerum sibi ignotarum novitate, sed & earum utilitate impellitur. Hanc saepe ponit in aliorum hominum de scientia sua judiciis, aut in opinata quadam excellentia, scire sese, quod alii nesciant. In quo iudicio de cognitione utili vel inutili saepè fallitur.

Cum vires intellectus sint limitatae, infinita au-tem rerum, quas comprehendere potest, copia ; sequitur, ut intemperantia in studio cognitionis æque ac barbara ejus negligentia sit fugienda. Cognitionem *vere utilem*, cuius accipiendae studio animam felicitatis suae amantem teneri oportet, (§. 71.) vocamus eam, quae malis hujus vitae propellendis aut leniendis inservit, bonis vero augendis, praecipue illis, quorum fructus post mortem propagantur. Preium hujus cognitionis ex-
mag-

magnitudine bonorum aestimandum est, quorum adeptio adminiculatur, & ex difficultate ac perpetuate operaे, sine qua eam non possumus asservare, conservare, augere. Quaedam veritatis notitia est *absolute* utilis, quoniam ad bene beatitudinem vivendum prodest omnibus, & ignoratio cuiusvis nocet. Alia habet utilitatem certo hominum statuti affixam, qua sit, ut si ea, quae cum hoc statu non sunt, connexa, simul exquiri non possint, recte negligantur. Alia scientia indigemus ad res publice & privatim gerendas; alia ad nos muniendos adversus errores felicitati nostrae contrarios; alia ad recreandum animum, cum confectis rebus necessariis vacamus a negotiis. Alia nutrit *occupationem* quodammodo *desidiosam*, ne plane nihil agendo homines minuto ingenio praediti, & opibus suis aut aliorum indulgentia confisi, tandem sibi ipsis sint molesti & intolerabiles.

§. LXXIII. Ex his patet artium & disciplinarum praestantia. Partim enim viam & rationem docent, qua vires animae cognoscantur & perficiantur, partim qua corroborentur, partim uberiorum cognitionis utilis ac jucundae copiam in ipso quasi fundo animae deponunt, & compluribus bonis obtainendis tempestive adhibendam subministrant. Disciplinae acuunt eorum ingenia, quorum est, praeesse aliis, & negotia publica administrare. Privatis autem hunc fructum afferunt, ut quieti, quam Musae amant, paulatim adsueti non solum feritatem exuant, sed & tempus a negotiis vacuum jucunde, sine cuiusquam detrimento, saepe cum aliorum quoque commodo, transfigere possint, & ea vitare errata, quorum fons est conatus se liberandi a molestia, quam occupationis laborisque penuria parit.

Imprimis in gente inculta eademaque numerosa superest magna pars hominum, quae vacat a laboribus agriculturae, opificiorum necessariorum, & munerum publicorum. Haec, ne sui taedio enescetur, aut emigrat, aut solis studet corporis exercitationibus, persequitur feras, bella hominibus parat, quaerit, infert; reliquo tempore dedita est, ut inquit TACITUS. *semno ciboque.*

Barbaries, hoc est, rerum, quae vitam commodam faciunt, sermonis suavis, artium & disciplinarum, inscitia, per se quidem non est plena ferociae & feritatis. Vita populorum in cultorum agrestis, pastoritia, venatica, vaga, differt a vita omnino *animali*. Saepe id genus nationibus plus praestat ignorantia malii, quam populis cultioribus cognitio boni. Nec deest illis, qui censentur barbari, acumen nativum in rebus perydendis & solertia in agendis. Pauca rerum scientia contenti ea, quae norunt, plene perfecteque cognoscere plerumque laborant, reliqua discere cupiunt. Modo vis atque arrogantia docentium absunt, hos magni faciunt, explicantibus ignota lubentius auscultant, quam eratores inveteratos deponunt. At minoribus tamen periculis malorum, quae ab ignorantia, ac in primis ab errore, &c., ut (§. 72.) dixi, a taedio sui ipsius ob abundantiam otii, nascuntur, expositum est ingenium expolitum, quam rude & iners, omnis culturae insuetum & saepenumero haud patiens,

Est alia quaedam barbaries gentium cultiorum propria, quae summum literarum florem quandoque excipit, & haud scio an superiori sit pernicio-
sor. Postquam viri docti impenso studio id, quod est difficillimum in disciplinis, explanatum divulgarunt, cum incrementis opum & ingruente vitae elegan-
tia paulatim inolescit quaedam cognitionum facile
parabilem satietas, laboriose discendi taedium, do-
ctorum

Etorum hominum despiciens, superba ignorantiae ostentatio, atque soli *voluptatum corporis ministra* tores regnant.

§. LXXIV. Ingenio summo & insigni rerum scientia praeditum haud recte dixeris beatum, sui potens si desit animus. Aliud insuper robur mentis exigitur, ut sis felix. Non quaevis enim cognitio vera & distincta, etiam boni & mali, succurrit homini eo momento, quo agit, aut, cum succurrit, non est viva, id est, vim non habet fliegendi animum, ut decernat, quod optimum fore cognovit. Saepe aliud libido, mens aliud suadet, atque praeponitur status, ad quem non haec, sed illa, impellit. Tunc anima, quodammodo invita, nec *sine sensu voluptatis ac doloris mixto*, (§. 5.) videt illud, quod placet, sibi nocitum, videt elare, ac tamen elitit. Quem latet indomitus MEDEAE furor, scientis & intuentis, quantum esset nefas, quod moliretur, & tamen coecus atque effreni impetu in scelus immane, patris patriaeque proditionem, proruensis? Quem MYRRHAE dubitantis, cunctantis, saepe gradum revocantis, trepidantis, libidinosus in torum patris ingressus (a)? Quae causa mali? Quod remedium?

§. LXXV. Fons mali proximus est error. Vel enim falsum pro vero bonum (§. 9. 10.) eligitur, malumve opinatum, quod vere bonum erat, declinatur, confusis utriusque notis: vel erratur in dimensione boni & mali, dum minus majori praeponitur. Quod bonum & malum sit majus, quod minus; ex iis, quae de voluptatis aestimatione dicta

(a) V. OVIDIUS heroid. ep. 10. Metamorph. X,
298 seqq.

dicta sunt, (§. 7.) supra collegimus. Igitur quatuor modis fieri potest, ut mens, dum eligit & agit, a vera felicitatis semita aberret.

§. LXXVI. Utrumque erroris genus (§. 75.) vel oritur ab *ignorantia recti*, hoc est, verarum felicitatis regularum, (§. 24.) cui quemadmodum sit medendum, vidimus; (§. 71.) vel ab imbecillitate libertatis. *Libertas* (§. 50.) languet, cum mens *inopia virium* laborat, aciem suam intendendi in perveftigationem veri & falsi, in primis autem in contemplationem boni & mali factum aliquod, de quo deliberat, certo aut verosimiliter consecuturi. Idea quaedam aut alte & diu menti infixa, aut in ea dominans eo, quo aliquid agendum proponitur, tempore resistit, ideis contrariis, impeditque cogitationem status futuri, sine qua, quid sibi conveniat, recte decernit nemo, Sic vis praejudicatarum opinionum, v. c. vehementis partium studii, debilitat vim quasi elasticam mentis id, quod contra dicitur, attendendi, & aequitatem judicii de dictis factisque alienis revertit. Sic animus improviso nuntio laeto dulcique fortuna ebrius rejicit postulationem laboris eodem tempore necessarii, & quid sit futurum cras, fugit querere.

Cum libertas (uti ex *definitione* (§. 50.) apparet) sit vis animae dirigendi rationem ad judicandum de facto singulari, idque probandum aut reprobandum & repudiandum pro distincta cognitione futurorum ejus effectuum: patet, quamvis sine rationis usu nulla sit libertas *proprie* dicta, tamen non posse concludi, in quo homine magnum insit *robur rationis*, in ejus animo necesse esse, ut insit plurimum libertatis.

§. LXXVII.

§. LXXVII. Hujus imbecillitatis causae, quatenus eas experientiae & rationis ope scrutati est in potestate hominis, sunt aliae propiores, aliae remotiores. Propior causa est nimis vivida cogitatio effectus cuiusdam grati proximi, quae vel omnem obfuscat cogitationem effectus acerbi diu post extituri, vel hanc reddit inefficacem, inherentem, vi movendi paene omni destitutam. Quod quemadmodum eveniat, ex iis, quae (§. 8.) indicavimus, cognosci potest. Inter facultates, in quas vulgo vis intelligendi dividitur, ea, qua prouidemus futura, est debilior tum illa vi, qua retum, quas sensibus percepimus, imagines revocamus, & praeteritae suavitatis vel acerbitatis recordamur; tum illa vi est infirmior, qua sentimus, quod *praesens* est, quodque corpus animumque afficit. Ea tamen, quae cum praesenti & praeterito statu nostro sunt proprius connexa, clarius praevideri, & animum validius movere, solent. Adde, temporis brevitate, & sic velocitate, qua mens boni malive futuri magnitudinem, probabilem adeptiōnem, appropinquationem, videt & quasi ad calculos revocat, augeri motum, quo ad alterum alteri anteponendum fertur. (e. c. in periculis subitis nullo deliberandi spatio relieto.) Qui motus adeo mentem tenere & quasi claudere potest, ut cogitationi contrariae vel plane non pateat, vel non diu, vel certe non eo, ut in contrariam partem trahatur, exitu.

Proponantur duo mala, alterum grave & proximum, alterum gravius, sed remotum. Mens videt illud cum praesenti statu suo propius, quam hoc, connecti; phantasia celeriter ei subjicit imagines acerbitatis, quam ex simili malo quandam eepit. Quae imagines augent metum & anxietatem,

tem. Contra ea, malum remotum ob multis casis, qui intervenire possunt, non tanquam aequum certum & praesens intuetur. Qualemcumque insuper spem concipit, posse hoc evitari, modo proxime instantे, quo se urgeri putat, malo privetur. Quinto celerius mentem suppeditandis similiūm malorum, quae percessa est, aut ex aliis cognovit, imaginibus phantasia agitat, & eorum, quibus alii premuntur, visus horrorem excitat; et vividius intuetur malum sibi quoque instans, tanquam praesens, idque praesentire incipit. Quamobrem optione facta, malum remotius eligit, ut praesenti angore liberetur. v. c: motu nimio praefervidus poscere frigidam. Negat amicus. Mortis subitae periculum minatur. Sed torquent sicutem fauces aridae. Bibit & exspirat.

§. LXXVIII. Cum brevitas temporis, intra quod anima percurrit momenta ad agendum, augeat efficientiam cognitionis, hoc est, vehementiam impulsus exorti a cognitione boni malive futuri: (§. 77.) patet, cur distincta ejus, quod expedit aut nocet, cogitatio minus valide impellat voluntatem. Nam ut talis cognitio mali bonive subsequentis fiat distincta, diuturnior exigitur intentio mentis ad cogitanda actionis effecta, alia post alia, tum propiora tum remotiora, quorum tarda analysis debilitat vim impulsus. Sic effici posse videtur, ut boni malique cognitio, cum incipit admodum distincta fieri, actuosa esse atque inflammare desinat; uti solis radii non incendunt sparsū, sed collectū.

Quod ne eveniat, quid faciendum? Mens adsuescat, dirigere aciem suam ad prospicendos effectus remotiores aequum clare, ac certa-

cernit proximos, illosque sibi, tanquam si essent praesentes, proinde inevitabiles, proponere. Hoc ni fiat, vis truillationis ex spe boni falsi obscurabit lucem vincetque efficaciam argumentationis de bono vero, quae praecessit deliberationem, aut sit eo momento, quo agentum est.

Anima eos effectus remotos intueatur necesse est. Iners enim erit & sine igniculis cogitatio boni veri, id, quod suavitate sua placet, bonum falsum superantis, si verba tantum, quibus illi effectus enuntiantur, res simus non admodum clare & admovendum apte cogitentur, nempe, voluptates, quas mens post superatum dolorem proxime imminentem sit perceptura, vel dolores, quos, si secus fecerit, vel non possit effugere, vel verosimiliter non sit vitatura. Sic multis locis usu venit, ut judex, jurantem dehortaturus a perjurio, non satis habeat mala a justo judice aeterno illi metuenda argumentis siccis verbisque vagis, sine ullo motu sensibus aut phantasiae impresso, minari. Fulmina Jovis in hac quoque vita pertimescenda enumerat, & symbolis quasi praesentat, ut jurans in ea, tanquam haud vitabilia, imo cervici suaem impudentia, intuens, visu, auribus, praesensione, percussus horrore facti nefarii perfundatur, & sceleratum pejerandi consilium repudiet.

§. LXXIX. Praeter neglectum rationis cultum, causae libertatis languentis remotiores, quatenus eas experientia & ratio aperiunt, aliae in corpore insunt, aliae in animo. Habitus quidam corporis a consuetudine prava ortus, aut ejus imbecillitas profecta a causis externis, vel a culpa cujusque propria, extenuat vigorem mentis in vero bono maloque contuendo, atque in consiliis virilibus

libus ei corporis statui haud consentaneis capiendis & efficiendis. In animo ipso has causas languoris observamus; in dolem nativam, propensionem dominantem, concitatores commotiones, quae vulgo dicuntur *affictus*, & natam ex crebra eorum imbecillitatem iisdem resurgentibus tempestive & valide obsistendi.

Indoles nativa (temperamentum, temperatio mentis cum temperamento corporis consentiens) est proportio nativa instinctuum naturalium. Hac homines alii ab aliis aequie differunt, atque *ingenio latius dicto, (le genie)* hoc est, *nativa proportione virium cognoscendi*. Illius differentiae, etiam inter utrumque sexum conspicuae, causa haud distincte intelligitur. Aliqua esse posita videtur in diversa corporum constitutione. Cujuscum in multis hominibus magna similitudo appareat; observatores naturae humanae quatuor temperamenta corporis & animi distinxerunt, multorum motuum explicandorum fontes, ita tamen, ut primario cuique aliquid ex reliquis sit admixtum, & in nonnullis hominibus quaedam *idiocyxenia* observetur. Num qua discriminis causa insit in *matri gravidae conditione physica & morali*; affirmate dicere non ausim.

Differit *nativa indoles* ab ea, quam simul formant lactis, quo nutritus est infans, coeli, alimentorum conditio, educatio, imitatio, frequens eoruadem animi motuum renovatio, negotia, forma imperii, opes. Ex his causis conjunctis cognosci potest, qui fiat, ut alii sint duri, alii lenes, volatici aut constantes, audaces aut timidi, jocosi & hilares nonnulli, alii serui & austeri. (uti de L. CRASSO refert CICERO, nunquam, nisi semel) eum in vita mississe vivaces alii & ignei,

lenti, alii, languidi, phlegmatici (*a*). Hanc indolem adventitiam recte appellaveris mixtam. Partim enim cum homine nascitur, partim a causis, quas indicavimus, profecta progradientibus annis supergenit & quasi coalescit. (vulgo dicitur *characterem hominis, familiarum, nationum.*)

Indoles *nativa* multum quidem valet, ut voluntates hominum ad quaedam vitiorum aut recte factorum genera, majoremque eorum gradum sint magis minusve flexibiles, ideoque minuit libertatem, (§. 10.) sed eam non tollit. Nam gradus efficaciae, qua ad fingendos hominum mores agit, minui potest iis, quae ad illam corroborandam pertinent, causis mutatis. (e. c. *alimentis, domicilio in terris alio sole calentibus collocatiōne, &c.*)

§. LXXX.

(*a*) CICERO Tusc. quæst. IV. 34. Ut optimæ quisque valetudine affectus potest videri natura ad aliquem morbum proclivior, sic animus alius ad illa sita propensior. Idem de Lege agraria C. 35.. Non ingenerantur hominibus males tam a stirpe generis ac seminis quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura loci est a virtute consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Curraginenses fraudulenti et mendaces non generet, sed natura loci, quod, propter portus suos, multis et carissimis mercatorum est advendrum sermonibus, ut studium falsandi, studio quaestus vocabantur. Ligures, montani, duri atque agrestes, decuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura et magno labore quæsitus. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia primus illa natu fuisse arrogans, quæ a maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit: deinde ea luxuries, quae ipsum HANNIBALEM, armis etiam tum invictum, voluptate vicit. Add. de fato f. 4. Et SENECÆ de ira II. 17. seqq. LIVIUS XLV. 23.

E

S. LXXX. Propensio *dominans* oritur ex adsuetatione aliquod jucunditatis genus praeceteris prono & constantii impetu experendi. Causae consuetudinis eam propensionem gignentis sunt variae: indoles nativa, educatio negligentior, exempla aliorum aut judicia. Inde sensim nascitur haec firma & perpetua mentis inclinatio, quidquid ei tanquam jucundum proponitur, illud ad ejus, cui dedita est, voluptatum generis quasi hydum lapidem exigendi, impense appetendi ei consentanea, celeriter fugiendi contraria, & intentionem suam revocandi ab iis fixe cogitandis & concupiscendis, quae cum ea, cui adsuevit, cupiditate nullam cognitionem, aut certe haud propinquam, habere videntur.

Efficit itaque *propensio dominans* (veluti cupiditas immoderata glorie, dominationis, ludendi, nihil, ut ait HORATIUS, jucundum putandi, nisi vivere in amore jocisque) incertiam & quasi paralyсин viuum, res quasque experendas aut fugiendas suopte pretio aestimandi. Idecirco mens quodvis bonum & malum ex convenientia, aut pugna, cum tali affectione sibi alte infixa serviliter judicat acmetitur. Quo fit, ut quandoque parum curet, quibus subfidiis, bonis aut malis, propositum sum affequatur. Ita GULIELMUS I. Rex Angliae venatus deditus 30. leucarum sylvam facturus, destruxit tempia, monasteria, domos, ut ubi homines fuerant, ibi ferarum alimenta nasderentur, imperiumque istuc in ferarum dominium converteret.

Hujusmodi servitus cum aegre sanetur, tempestate providendum, ne inolefacat. Id autem certi potest 1) constanti & vivida cogitatione malorum consequentis, 2) exercitatione, sibi, quae cum ea propensione arctius cohaerent, quamvis

80,

eo, quo offeruntur, tempore innoxia, identidem negandi & pro re nata ab illis diu abstinenti, 3) varianda sunt oblectationes, ne in una bonum unicum aut primarium ponere incipiat animus. 4.) Intendendus hic est perpetuo in cognitionem & detestationem adulatorum, qui nascentes aut inveteratas aliorum propensiones callide explorant & alunt, ut deglubant credulos, aut ut iis dominantur.

Vitio superiori contraria est *manens aegritudo*. Est enim infixa quaedam & insita in mente idea tristis, quam recte *tabiscam animi perturbationem* vocaveris; siquidem quarumvis idearum jucundarum in animo aegro vim & sedem subvertit. Hic perpetua sollicitudine inquietus malorumque haud verosimilium semper metuens quaerit solitudinem, negat sibi lucere solem, attrahit, quae melancholię augeant, nihil boni, saltim quod sibi prosit, reperit, respuit solatium, se ipsum excarnificat. Seu a vitiosa corporis constitutione nata sit haec aegritudo, seu in animo ipso ex multarum magnarumque aetumarum perpessione rata, & tempestive non obstante in alteram quasi naturam redacta, aperte obest felicitati. Ratio medendi ex notitia causarum colligi potest: sed facilius est, venienti occurrere morbo, quam ejus, cum inveteravit, sanandi remedia quaerere.

§. LXXXI. *Affectus* (§. 79.) (permotio animi) est status animae bonum malumve aliquod sibi admodum lucide exhibentis, ac vehementius, tanquam si illud esset necessarium, hoc tolerandum, appetentis vel averfantis. Minus accurate *passionis* vocabulum huic motui significando accommodatur: Maxime enim *actuosa* est anima, cum agitari *affectu* dicitur: partim, quod magna vi revocat imagines gratas aut

acerbas *praeteritas*, quas cum idea, ex qua ortus est impetus, quaeque sola lenem & tenuem motum concitatura erat, velociter conjungit; partim quod resistit cuivis ideae diversi generis, in primis autem euicunque ideae contrariae, ne in suum quasi fundum penetret, lucemque illius ideae obfuscet, cui totam se vacare sentit. Jocosam meestus, tristem hilaris, mitem iratus, Catonem amans despicit, non audit, fagit, repellit.

Commotiones (*affectus*) differunt a sedatis (seu ordinariis) appetitionibus vehementia & brevitate impetus, quandoque & celeritate, qua *commotio* nascitur. Appetitiones quietae suepe a pрагresso ratiocinio lento, concitationes animi plerumque subito oriuntur, certe visi distincte cogitandi suppressunt & contundunt.

Harum aliae a repentina corporis mutatione nascuntur, aliae in mente ipsa creatae variostim corpore motus, & in primis in musculis vulnus, exercitant. Aliae sunt positae in idea jucunda mentem totam occupante & quasi clausam tenente, quae ne sibi eripatur, omni vi annititur, e. g. spes magna cum vehementi desiderio conjuncta, laetitia ex bono magno aut gravi malo superato, admiratio rerum aut virium singularium, perfectiorum, inexpectatarum. Alii affectus consistunt in sensu quodam valde injucundo, ut terror, metus mali vere aut opinato magni appropinquantis, pudor vehemens, ira, consternatio, indignatio.

Prima aetate homines *velocitatem* & *interitus* harum commotionum parum discrepant. Celeres & effrenes motus mens infantum capit. Videre, ardenter cupere, cupidis potiri & satiari, apud illos puncto temporis distant: volunt, nolunt, irascuntur, sedantur. Ut aetas procedit, ita celeritas

tas concipiendi & extinguendi flamas plerumque minuitur. Differunt vero adulti affectuum celeriori aut tardiori ortu, vehementia, & continuatione, pro diversa conditione nativa corporis & propter hoc animi, (*temperamenti*) proque variis phantasiae, memoriae, facultatis futura praevidenti viribus. Affectuum ipsorum gradus discrepant pro cuiusque statu praesenti, cum aestus incipit, pro celeritate varia, qua, quae motum augent, ad impetum mentis agitatae augendum confluunt, (§. 8.) pro diversa difficultate vel obtainendi, quod ea cupit, vel evitandi aut tollendi, quod declinat. (Difficultas enim auget impetum, veluti amoris, misericordiae, cupiditatis ea, quae & studiose occultantur, sciendi.)

Ad summum (*opum*) venit commotio, cum animus clarissime, quamvis simul confuse, id unum cogitat, quod affectum excitavit & auxit, cumque proinde *maxima vi arcet ideas diversi generis*, & *acerrime irritatur atque inflammatur ideis contrariis*, quas per modum ratiocinii vel opprobrii & objurgationis afferunt monitores. Tunc *instans* quidam ab ideis subito in animum irrumpentibus & ab imaginibus, quae cum his cohaerent, congregatis tam celeriter & fortiter incitatur, ut nullius instinctus contrarii vis eo momento supersit.

Sponte evanescit affectus deficiensibus viribus animi diutius hanc quasi nervorum suorum contentiō nem sustinendi, aut statu corporis motum vehementem ex agitatione animi ortum haud diutius ferente. Idem evenit contrariis perceptionibus *fortioribus* in animum subito illatis. V. c. Frangit hominem frequentem improbus viri adventus, quem metuit aut veneratur. Terrorem ex malo alieno insuperabilis vimque commiserationis infructuosae superat

pavor ex cogitatione mali ejusdem, ni celeriter si-
bi vitetur, impendentis. (a)

Paulatim defervescit aestus, cum novae ac va-
rii generis ideae obrepunt in animum. v. c. cum
quis originem ac causam commotionis, qua agi-
tatur, continua orationis serie enarrare incipit.
Sic dolorem acriorem, qui mentem quasi con-
strictam & attonitam tenuit, frangunt & emol-
liunt lacrime.

Affectus non omnes sunt indicium libertatis eo,
quo fervent, tempore ita prostratae, ut noceant.
Hinc eos cum veteribus quibusdam ad *intem-
perantium* referri ac *perturbationes*, aut motus ratio-
ni non obedientes, appellari universe non conven-
nit. Bona enim alia sunt aliis digniora, quae ex-
petantur. Impetus itaque voluntatis, tum illo-
rum magnitudini, tum rectae, quamvis *confusae*,
eorum cognitioni par, per se non est contra na-
turam.

Quemadmodum idcirco non mala est veri ali-
quanto abstrusioris indigatio, quod tantam inge-
nii contentionem exigit, ut anima subortam ex-
ea debilitatem suam viriumque restaurandarum ne-
cessitatem sentiat: uti a labore homines absterre-
re non debet sequens corporis defatigatio: sic nec
quivis affectus nocet, licet, motu animi ac cor-
poris majori excitato, aliquam relinquat infir-
mitatem, brevi tollendam.

§. LXXXII.

(a) CIC. Euse. quæst. III, 27. *Constatbat*, eos, qui
concedentem vulneribus C. POMPÉIUM vidissent, cum
ille ipso acerbissimo, miserrimoque spectaculo sibi timerent,
quod se clausæ bastiū circumfusos viderent, nihil tum
aliud egisse, nisi ut remiges bortarentur, & ut sa-
lutem adipiscerentur fuga; postquam Tyrum venissent,
cum afflictori lamentarique coepisse.

§. LXXXII. Nocet vero affectus, 1) quo quis fertur ad ea expetenda, quae fugere, aut ad eam fugienda, quae expetere debebat: 2) qui usque adeo movet animum & corpus, ut malum, ex hujus motus vehementia ortum, superet bonum, ad quod consequendum nititur; (§. 75.) uti quosdam gaudii ex vero bono orti vehementia exanimavit.

§. LXXXIII. Ne affectus ex falso iudicio de bono maloque oriatur, necesse est, emendari cognitionem de notis boni malique veri & opinati. Remedium pro tempore salutare est, fugere praesentiam eorum, quae mentem irritant & coecant.

Ne commotio animi ex vero iudicio orta modum excedat: causae ejus vehementiae, tum propiores, tum remotiores, indagandae, & quantum fieri potest, removendae sunt. Illas vel 1) a statu praesenti corporis pendent, cum mens exardescit, vel 2) a multitudine idearum similium, exterioriter (§. 8.) ope sensuum & phantasiae associatarum, quae tam valide mentem urgent, ut auctus ad summum gradum proiectus sponte defervescat. (§. 81.) Sic ne ira inflammeris, cuius vehementia saepius a vetusto ejus, qui bilem alterius movit, odio nascitur, mens cogitationibus hoc lenientibus aut tollentibus tempestive imbuenda est, ne occasione fluctibus novis data his componendis imparem se esse sentiat.

Inter causas agitationis nimis vehementis remotioribus referimus *propensionem dominantem*, & *adegritudinem* (§. 80.). Adde, cum eadem commotio variis de causis internis aut externis crebro renascatur, paulatim corpus animumque ad similes motus vel percipiendos vel excitandos ita flecti & quasi informari, ut ex ea consuetudine oriatur vi-

virium rationis & libertatis impotentiā eidem motui resurgentī valide resistendi:

Eadem consuetudine quandoque fit, ut manentes motuum crebrorum & inyeteratorum notae vultui imprimentur, quae interiores animi recessus constantes, nec tamen aequo clare, ac affectus subito otti praesentes animi motus, una cum aliis signis, prodant. Ad quae signa indaganda & explicanda comparata est *ars physiognomica*, a veteribus non neglecta, sed minus diligenter exulta, ac principiis temere summis superstructa. Uriis quidem ea est in magnis praecipue coetibus, si intra *artis conjecturalis*, non ex paucis, sed ex pluribus, iisque ubivis consentientibus, observationibus ductae, terminos coercentur, (a) valde autem nocens, si id *pro certa* sumatur, quod nihil est, nisi unum de multis, iisque ambiguis, subsidiis, ingenium, indolem, vires, imbecillitatem hominum nondum satis cognitorum investigandi, qui quales sint, ne ex eorum dictis quidem, unoque aut altero facto, semper liquet.

§. XXXIV. Libertas (§. 50.) non impedita, id est, submotis iis, quae vim mentis in contemplatione recti & in electione boni impediunt, actuosa, vulgo dicitur *moralis*. Hujus primus gradus est, causarum, quae ejus imbecillitatem gignunt, id est eorum, quae illius efficacie obstant, cognitio & tentata amotio.

Cre-

(a) Cf. PORPHYRIUS *de vita Pythagorae* S. 13. ARISTOTELIS *Φυλογένεια* & CICERO *Tusculan. quaest.* IV, 37 *de Fato* c. 5. *de Oratore* III, 59. PLINIUS Hist. N. II, 52. SALLUSTIUS *B. Cat.* c. 15. Sueton. *Tib.* c. 68. MAXIMUS TYRIUS *dissent.* 15. AMBROSIUS *de officiis* I, 18.

Crescit libertas pro ea ratione, quā causae aliae atque aliae ejus vim impeditentes enervantur ac tolluntur. Major ejus gradus est is, quem appellamus *robur mentis* (*robustus & excelsus animus*).

Hujus roboris duae sunt partes praecipuae; una in *victoria sui ipsius* posita est, altera in *fertitudo* *dolorumque patientia*.

§. LXXXV. Se ipsum vincit, qui id, a quo magnam voluptatem, in primis cum praecipua propensione sua (§. 80.) proprius connexam, eamque imminentem, exspectare poterat, fracta vi instinctus ad eam concupiscendam impellentis, sine angore, sine metu poenitentiae occulte intermixto, alacriter rejicit, ut majori bono olim potiatur. Hoc, quod eligit, bonum quo est remotius, vel quo magis *recta via* alios homines beat, ipsum vero, qui cupiditati suae frenum injicit, denum oblique & parvo, vel nullo *commodo externo* afficit; eo est nobilior sui ipsius *victoria*.

Serenitas, quia mens sui ipsius *victrix* perficitur, spes probabilis fore, ut jactura, quam fecit, meliori fructu compensetur, tacita veneratio, quam talis sublimitas cuivis spectatori, etiam invido, incutit, (§. 47.) evincunt veritatem hujus regulae; ut sis felix, vince te ipsum.

Quo acrioribus stimulis mens a recto tramite dimoveti potuerat, quo fortius & celerius eorum vim cogitatione viva ejus, quod sibi vere expedire, supprimit ac contundit: eo est liberior suisque potentior. *Illa fuit vera* (de C. JUL. CAESARE refert in *historia naturali* PLINIUS) & incomparabilis invicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeji M. scrinitis epistolarum, ite-

rumque apud Thaspan Scipionis concrematisse ea optimam fide, & non leguisse. (a)

§. LXXXVI. Dolorem, praecipue acutum, utut natura impellente refugiamus, ratione tamen effectus ejus salutares nobis ante oculos constituent, aliqando expetamus oportet. Id vero facere, in potestate nostra possum est. Ut sensus mali gravioris, quo premimur, obtundit sensum minoris: ita & metus doloris vehementioris post aliquod intervallum secuturi potest vincere metum levioris proxime instantis. Exigitur tantummodo, ut mens in se ipsa spem probabilem boni valde expetibilis exsuscitet, & hoc modo suppressat formidinem doloris, sine quo illud bonum consequi nequit, vel ut ea, quae metum gravioris in se gignere, alere, intendere possint, sibi vivide exhibeat, tanquam non vitabilia, nisi adeatur periculum mali, licet acerbi, minus tamen gravis, quam alterum, quod proponitur.

Mala intelligimus graviora, proinde non tantum mortis pericula, sed & aciores corporis dolores, privationem libertatis, honorum, bonorum, quo-ruinvis fructuum societatis, & quasvis alias per- pessiones amarissimas; easque irremediabiles. Si cui est alacer & promptus ad talia mala non subterfugienda animus, ut, si aliter fieri non possit, aditum per eas sentes ad majus quoddam bonum sibi patefaciat, aut ad malum majus depellendum, quod sibi perpetuo ante oculos constituit; eum animura appellamus fortem. Est itaque fortitudo robur mentis in summis malorum acerbiorum periculis cernentis necessitatem veri boni, quod sibi propo- nit.

(a) Exempla virorum, magnitudine animi exceller- tium attulit VALERIUS MAXIMUS lib. IV, 1.

nit, sequendi, & ad illud adipiscendum viribus suis omnibus connitentis.

His notis facile distinguitur a *temeritate inconsiderata*, hoc est, ab impetu hominis in pericula haud necessaria se inferentis, aut ea, quae sine majori malo vitari poterant, effugere recusantis, aut illis spretis ad falsum pro *vero bonum* consequendum audacter proruuntis. Differt quoque a stolidâ periculorum impendentium ignoratione aut computatione.

Infinite distat a desperatione hominum ob male facta cum timore & mala spe viventium. Hi enim nihil non tentant, ut, quod meruerunt, evitent, quoniam sperant omnia, si bene res ceciderit, nihilque perdunt, si male. Hujusmodi consilia verae fortitudini contraria eventus etiam fortunatissimus a stultitiae nota absolvere, & eam, quae ex sola rectefactorum conscientia nascitur, tranquillitatem animo impetrare nequit.

Dantur gradus fortitudinis. Quos ex malorum, quae animum a recto proposito non deterrent, magnitudine definiri oportet, ex verosimili eorum proficiencia, & boni, ob quod pericula adeuntur, impetrandi difficultate.

§. LXXXVII. Fortitudo cum nos a majoribus malis liberet, ac viam bonis amplioribus adipiscendis aut conservandis aperiat, conjuncta est cum ingenerato felicitatis studio.

Cumque singulare robur virium mentis prodat, venerabilis videtur omnibus. (§. 47.) ALEXANDER SEVERUS, ut hoc utar, cum ei nuntiatum esset, milites lavacris & delicis vacare; omnes in vincula conjiaci jubet. Mota seditione a legione, cuius foci erant in custodiam dati, milites circumstantes graviter alloquitur, & quidem armatos.

tos. Tumultu orto eos increpat. Cum vehementius fremerent, ac ferro minarentur, *deponite, inquit. dextras contra hostem erigendas, si fortes estis; me illa non torrent.* Fremere pergunte. At ille exclamat: *Quirites discedite, & arma deponite.* Mirando exemplo, inquit LAMPIDIUS, *deponunt arma, etiam sanguis militaria, omnes non ad castra, sed ad varia diversoria recesserunt.* Intrepidus sibi fiduciam & venerationem parit. Veneratio frangit insolentiam.

Ad excitandos fortitudinis igniculos non est opus continua periculorum consuetudine & quasi familiaritate. (v. c. bellis perpetuis, ut impavidus militum animus in Rep. militari conservetur.) Illis subsidiis utendum est, quae aut spem erigunt, posse periculum instans superari, malumve, quod inveniatur, leniri, & si vitari non possit, reparari, vel quae vividam efficiunt aliquid cogitationem mali majoris insuperabilis, trepidationem & ignaviam consequentis.

Timiditas est imbecilias mentis sibi falsa aut majora, quam sunt, mala verosimiliter instare opinantis & propterea id, quod facere ejus intererat, omittentis, aut rectum quidem cursum tenentis, sed cum sollicitudine & trepidatione. Timiditatis gradus supremus est ignavia. Oritur a variis causis, veluti ab indole nativa, ab educatione nimis sollicita, a successu consiliorum semper aut plerumque infasto, a consortio cum timidis, a superstitione, ab efficacitate propensionis dominantis, a statu corporis temporario aut durabili, ad quem efficiendum multum valet caeli & alimentorum conditio. Interdum nobilem recte faciendi audaciam opprimit inertia & viae rectae ignorantia, aut eam evertit rerum male actarum conscientia. Nocet ea mentis perturbatio, quia mentem deterret a pluribus bonis.

nis rebus cōnandis, & a malis aliorum ausibus impediendis, atque invitatos male agere cogit. Implicat hominem incommodis, quae fortitudine averti poterant, & malos homines, ut audentius noceant, patiendo invitati. Numis timendo augentur timendi causae,

Potest autem corrigi timiditas institutione, deinde meditatione tum incommoda, quae ex ea animi imbecillitate manant, tum fontem erroris de magnitudine mali & periculi, quod metuitur, Indagante, tum & multa exercitatione.

Subitus timor, ex vera aut opinata appropinquatione mali insoliti aut platie non praevisi ortus, sedari potest pudore, cogitatione malorum similiūm prospere superatorum, & inter milites fiducia imperatoris. (a)

S. LXXXVIII.

(a) Cum CAESAR ad Vesontionem moraretur, tantus subito timor amoenam exercitum occupavit, ut non sene diocriter omnium mentes animosque perturbaret. Trikuni militum ac praefecti reliquie, qui ex urbe amictiae causa Cæsarem secuti erant, magnum u Germinis periculum miserabantur, quod non magnum in re militari usus babeant. Quorum alijs alij de causa intaca, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat, ut ejus voluntate discedere liceret, nonnulli pudore adiuncti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere, neque timentem lacrimas tenere poterant, abditi in tabernaculis aut suum fatum querabantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Vulgo tosis castris testamejita obsignabantur. Horum vocibus ac timore passarim etigm ii, qui magnum in castris usum habebant milites, centuriones, quiq[ue] equitatui praeerant, perturbabantur. Quos quomodo CAESAR ad officium reducerit, referit de B. G. I. C. 99. 2.

§. LXXXVIII. Mala, quibus urgemur, natura ipsa nos tanto magis aversamur; quanto minus verosimilis nobis videtur eorum depulsio. Id quod accidit, cum ipsorum causas ignoramus, aut cognitas submoveare, in viribus nostris non esse possum videmus.

Suceumbit dolofi, qui totus est ita ejus gravitate & verosimili perennitae cogitanda. Is ad moerorem intendendum varias acerbitates, a phantasia & memoria suppeditatas, undecunque arripit & repente accumulat. Ita fit, ut cogitationes tristes, in primis una primaria, in animo praefulgeant ac dominentur. Accedunt novae aerumnæ. Sensim animo valde afflito & moerenti cause, cur vivere malit; quam non vivere, ad minimum redigi videntur. Succedit summus tristitia, in vehementem animi commotionem desinentis, gradus. Is vero est, si quis ne quidem infimum felicitatis gradum sibi superesse putet, omnique jucunditatis sensu perempto, cupiat non fuisse, denique optet, esse ut definet. (§. 14.)

Haec alte infixa menti & insuperabili cogitatio miseriae non est effectus necessitatis cuiusdam physicae effrenate dolendi; sed vitium hominis, libertate sua in animo ad amissionem honorum præparando non tempestive intentis.

Remedium minus naturale adversus nimiam tristitiam ex ammissione aut impedita adēptione honorum extenorū commendarunt Stoici, studium faciendo, ut mens ad omnem doloris sensum percallearet. Quac si possit in animum induci apathia, plus mati, quam boni, afferret. Faciendo enim, si fieri possit, ne quod sentias malum, minus gauderes, ac magis tibi nialum conscientes. Quippe mens obturata non magis teneritatem recipere potest, cum est opus, quam, post stuporem ex remediis so-

poriferis ortum; aegrotus in pristinum vigorem restituitur. Insuper talis vita *anxius caloris*, ut quidam veteres eam vocant, foret vita nullius saporis.

S. LXXXIX. Mali, quo discruciamur, sensum obtundere assiduis nimisque voluptatibus corporis, (v. c. ebrietate & quovis luxurioso vivendi genere) est facere dulci veneno, ut malum ingravescat. Egregie inquit CICERO, tempus stultis aequem medetur ac sapientibus, qui in dolore sunt. Nam vigilantis in animum post primum doloris mortem multæ ideae novæ paulatim inferuntur, querunt multitudine & varietate sensim idea tristis, quæ animam permoveat, & sola temnit, obscuratur & suum veluti aculeum amittit. Sic moestia interdum negotia pro solatio accipiunt. Interim dum mens nimis vacavit moestitiae, multa sibi aliisque utilia omisit, moerorisque vehementia vires suas defecavit, ac corpori nocuit.

Verum praeter lenimentum ex religione, spernque dulcissimam in providentia Dei poscam, alio quod superest menti solatum, quod a se ipse summat. Praevienda sunt tela, amissusque ad omnem eventum parandus est: arti praeterita obliviscendi studendum: mature comparandæ plures voluptagum causae, ut quibusdam subductis aliquas superflueant, quibus recreeris. Explorandum praeterea est, num possit status praefens in meliorem converti? an non hic eventus sit verosimilis? spesque, fore melius, alenda est. Etenim habet haud parum solati nocturnum illud: *perfer & obduca, dolor hic tibi proderit olim.* Praeter hanc status futuri jucundioris meditationem, exercitatio multum valet, ut adsuicias mentem in fluctibus placidam servare. siue semper similem. Sic pugiles veteres non ingemuerunt aestibus contusi, ne vultum mutarunt quidem. Contra si quis

ia

in consuetudinem molitudinis : cuiusdam venerit ; dolores leviiores quoque animalium fractum & demissum efficiunt (a) .

Itaque possibilis est status mentis, dum urgetur malis, celsae & erectae, utpote causas voluptatum, quae ipsa supersunt, quasve libi comparare potest, vivido cogitantis, illis fruentis, his potiri conantur. Is status appellatur *patientia*. Hanc definimus similitudinem mentis, in quibusunque dolorum haud virabilium tormentis se ipsum exhibit arans & erigentis recordat sine honorum praeteritum, & eorum, quae supersunt, usu jucundo, atque spe status melioris. Huic robotis endom tanquam xemedio doloris ex malo orti, vehementiam, ve- dui fluctum a faxo, frangend. Neque enim tam sensus doloris, efficit moeroris gravitatem, quam angor ei socius, ne is dolor diu sit tam vehemens, ut quenvis jucundi sensum superet, spemque status jucundioris convellat. Facit huc, quod animadver- sit CICERO, qui, barbari quidam, inquit, & immanes negotiis nesciunt non queunt, ferre decer- vare acerrime possunt. Cimbrum praelitis exultant, lamentantur in mortis.

¶, XC. Mala & bona hujus vitae magnam par- tem sunt fortuna. Fortuna non est p. ut censue- runt veteres. Substantia quaedam intelligens, quae

(a) CICERO Tuscul. quæst. II, 22. CALANUS, Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus cymbus est. Nos, se pes condoluit, si dens, sed fac totum dolere corpus, ferre non possumus. Opinio enim est quædam effeminata ac levis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: qua cum liquecimus, fluimusque molitie, apis aculeum sine clamore ferre non possumus.

impetu, non consilio, pertinaciter regit casus hominum, cuiaras & facella dedicarunt. Est series caesarum physicarum aut moralium concurrentium ad gignendos eventus humanos, qui vel universo ab omnibus ignorantur & impediri nequeunt, vel ab eo, cui pro sunt vel nocent.

Haec itaque eventa ob solam ignorantiam nostram & ob inopiam virium exquirendi antecessiones & progressus caesarum, a quibus profecta sunt, appellantur *fortuita*. Quae vario divinandi genere, somniis (*a*), sortibus (*b*), oraculis, artibus magicis &c., investigare, est hoministum id, quod effici nequit, temere tentantis, tum, quodnam ejus ignorantiae sit pretium, pescientis. Populi quidem culti patiter atque inculti ex quibusdam significationibus in aliquam artis formam redactis praedictiones rerum futurarum olim concluserunt; nonnulli adhuc concludunt. Sic Romani nihil, ut inquit CICERO, in bello sine extis egerunt, nihil sine *auspiciis* domi habuerunt; Athenienses omnibus semper consiliis publicis divinos quosdam sacerdotes (*μάρτυρες*)

(a) V. verba Socratis in PLATONIS politia a CICERO latine conversa de *divin.* I, 29. Idem II, 58. tam PYTHAGORAS, inquit, & PLATO locupletissimi audores, quo in somniis certiora videamus, preparatos quodam cultu atque victu proficiisci ad dormiendum jubent. Faba quidem Pythagorei utique abstinuere, quasi vero eo cibo mens, non venter, infletur. Verum haec, quae de fabis refert, num ex mente PYTHAGORE dicta fuerint, inquirit GELLIUS Noct. Attic. IV, 10.

(b) V. de *virga frugiferæ arboris in surculos ampullata* TACITUM de Mor. Germ. C. X. & de foeminarum fatidicarum responsis C. VIII. ac Histor. IV, 61. Post preicationem factam fortuito evolvere sacrum Codicem, & ex proprio, qui occurrat, versu divinare, vertuit CAROLUS M. a. 789. V. BALUZIUS in Capitul. I. 243.

F

(*nus*) adhibuetuut; ac Regibus suis atque aemis as-
sessorem dederunt *Lacedemonii*. Verum divinatio-
nes illas, politicorum artibus mirifice inservientes,
fuisse a falsis observationibus & ab ignorantia cau-
farum physicarum natas, patet ex eo, quod quae-
tunc immenso tempore animadversa dicebantur (*a*),
hodie non obseruentur. Qui fit enim, ut quod de Dæ-
monibus homini, cui faveant, futura praenuntiantibus,
& quod speciatim de *Socratis Genio*, perhibent ve-
teres, eorum simile aliquid non certiori obser-
vatione hodie constet, quam quod nonnulli in-
se esse expertos affirmant, vi quadam animis im-
pressa fieri, ut per tristitiam subito in mente tran-
quilla & hilari nascentem adversa præsentiant?

Futuri temporis exitum caliginosa nocte premit
Deus, ne suavem boni impetrati sensum labefactet
expectatio, nec mali haud vitabilis gravitatem lon-
gina quæ animumque exedens solicitude infinite
augeat; tum & ne quisquam a bonis consiliis certa-
mali eventus prædictione deterreatur, siquidem
ex multis inceptis, quamvis sint infortunata, haud
parum boni existere possit; denique, ne improbi ad
pravos impetus indubitate prosperi successus præ-
fagitione inflamentur. Ejus status futuri, sui
aut alieni, prospicientiam natura homini largitur,
quem regere ipsius vere interest. Hac scientia, quam-
si velit, sibi parare potest, contentus non perdat
gaudia præsentis horæ curis inanibus, aut spe va-
na inflatus, nedum ineptis incensus præfigiis,
fero & cum gemitu exclamat: *non putaram!* Fatal-
eriam

(*a*) Expositus hanc concludendi rationem CICERO
Ibid. I, 39. Acute II, 28. nulla igitur portenta sunt,
inquit, nam si quod raro fit, id portentum putandum est
sapientem esse, portentum est.

etiam ignorata viam inveniant. Adversa fortuna fert hunc fructum, ut constans, secunda, ut cautus, esse discas. Haec beatum efficit neminem, neque illa miserum (§. 13.). Quippe est quaedam *ars fruendi* bonis praesentibus, posita in eo, ut contentus sua forte animus & ad quævis fortunæ fulmina paratus solidum gaudium gaudeat. Hujus artis pars necessaria est inscitia rerum futurorum, quæ vitari nequeunt, aut si nobis fuissent prænuntiatae, sine majori malo averti non potuissent.

Cum *arte fruendi* natura arête conjunxit *prudentiam* futura regentem. Haec est robur animi probabiliter & facile statum futurum præsipientis, atque subsidia bona & proposito bono assequendo aptissima a minus idoneis vere discernentis. Minus idonea voco, quæ non omnino sufficiunt ei, quod petitur, bono consequendo, aut quæ, si successerint, malum majus pro leviori bono redundunt, aut quæ, si adhibeantur, prosperum exitum esse habitura, ob vim quarundam causarum impedientium non est verosimile. Prudentiae robur comparatur assidua & accurata observatione necessitudinis causarum & consecutio num physicarum, moralium, politicarum; estque eomagius, quo quis rarius in rebus futuris cernendis & in via agendi optima exquirenda labitur. Suavitatis plena est prudentia, atque non desinit esse salubris, etiam si casu, cui resisti non potuit, consilia male ceciderint.

§. XCI. Cavendum est, ne in actionibus regendis, quarum eventus est quidem *incertus*, sed *probabiliter* prævideri potest, metus adversae fortunæ, aut spes secundæ, fiat momentum agendi, aut non agendi, palmarium. (§. 43.) Ob metum, ut evenetus fortuiti (§. 90.) votis nostris respondeant, nunquam est omittenda actio, quæ spondet effectus bonos necessarios, vel & adventitios; qui se-

cundum regulas naturales aestimandi gradus verosimilitudinis prospici possunt (§. 39.) (a). Contra spes est inficeta eventus prosperi, cuius minus probabile est praesagium. Ea nunquam commovere debet hominem, ut id agere ausit, cuius effectus fore malos, verosimiliter praevidet, aut praevidere potest. Peccant in hanc regulam, qui in quærendis, quae ex societate manant, commodis semi-tam certam non tenent, sed se totos fortunæ committunt; qua re fit plerumque, ut & ejus boni, quod habent, & ejus, quod stulte sperant, naufragium facientes ultro se reddant calamitosos.

§. XCII. Ex quibus intelligi potest, quid sit sentiendum de conatu valde difficulti, aincipiti, molestiarum & periculorum pleno, ex cuius successu multum boni probabiliter speratur. Probum-ne e. c. est eorum consilium, qui propter descendit cupiditatem, aut ignota docendi gloriam & utilitatem, ultimas terras peragrare non dubitant? Quousque negotiator opes suas committet fluctibus, jaeturasque pericitabitur, ut augeat divitias? Rationes, quibus ad tentandum periculæ plementum opus aleae recte movemur, se habent in ratione composita, a) verosimilitudinis, fore, ut destinata perficiantur, b) magnitudinis bonorum consequentium, si conatus habeat exitum, c)

le-

(a) SENECA de benef. IV, 33. *Huic respondemus, inquit, nunquam nos expectare certissimam rerum comprehensionem, sed eoirer, quo dicit verosimilitudo. Omne bac via procedit officium. Sic serimus, sic navigamus, sic militamus, sic uxores ducinus, sic liberos tollimus. Quis enim policetur serenti proventum, naviganti portum, militanti victoriam, marito pudicam uxorem, patri pios liberos. Sequimur, qua ratio, non qua veritas trahit.*

levitatis malorum, quae successum prosperum aut improsperum consequi possunt. His observatis, non potest quenquam facti poenitere, cui fortuna defuit. Imperatorem exercitus, qui modum fugae, si receptui canere cogatur, prudenter ante ordinayit, quam tentaret fortunam praetuli, fortiter recedentem non contemnit hostis, nisi imperitus & stolidus gloriosus, sed is admiratur, qui se quoque Imperatorem esse sentit. Clades multas accepit GULIELMUS III. Rex Magnae Britanniae, nullas inglorius. Concidit itaque vetus dictum THEOPHRASTI: *vitam regit fortuna, non sapientia.* (a)

§. XCIII. Magnum robur virum sibi comparavit, qui in fortuna, consiliis bonis & prudenter suscepitis perpetuo adversa, patiens (§. 83.) & fortis (§. 86.) fuit, quae mutare nequit, & amara quaeque spe ac prudentia temperans cursum rectum tenere pergit,

Majori autem labore is praestare videtur, quem non impedit ventus perpetuo secundus, quo minus prospiciat procellas, ac vela turgida tempestive contrahat. Dolor enim, quo is afficitur, cuius destinatis fortuna obstrepit, habet acrem stimulum, ut, quo est asperior & perpeſu difficultior, eo validius mens suis quasi nervis adstrictis mala evenita arte corrigere, & ab urgente malo, ab anxietate, se liberare conetur.

Voluptas vero, fortunae perpetuo secundae comes, fibras animi facile relaxat. Proinde suis quemque successibus ebrium, ideoque a metu alterius fortis securum, adeo enervat, ut, mutantis for-

tu-

(a) V. CICERO Tusc. quæst. V, 9.

tunae vicibus, dolendi non faciat modum, utque animum occupet *anxieta*, proinde is consilii impos nec reperiat remedium, nec tentare ausit. Quanto difficultius est, huic quasi nervorum animae relaxationi in magna fortuna obsistere: eo majorem, qui id facit, *libertatis suae* (§. 84.) gradum demonstrat. Bellorum historia probat, multis ducibus longe facilis fuisse, cladem acceptam praesentia animi reparare, quam uti victoria. Notum est ABDALOMINI dictum & verum, cum quaecenti ALEXANDRO, quomodo inopiam tulisset, respondit: *utinam eodem animo regnum pati possim!* Fatentur legati Carthaginensium, Romam, ut de pace ageant, miseri, raro simul hominibus bonam fortunam bonaque mentem dari; populum Romanum eo invictum esse, quod in secundis rebus sapere & consulere meminerit (a).

Igitur speret infestis, metuat secundis, alteram sortem bene praeparatum pectus.

Hoc sentire & facere est indicium magni ingenii, dulcemque tranquillitatem gignit. Haec quies est sanitas mentis aequa laetitiam gestientem non desiderantem, ac dolorem tolerabilem non recusantis nec impotenter ferentis. Quem animi placidissimi ac supra fortunae lusus & tormenta elati statum forma illa SOCRATIS semper tranquilla & serena annuntiabat.

§. XCIV. Vitae summa brevis est. Magna ejus pars somno, infantia, nihil, quod commemorare possis, agendo evanescit. Mors incubans omnibus, serius ocius principum turres pauperumque tabernas aequo pede pulsat, estque eventum, habita temporis incerti ratione, fortuitorum (§. 90.)

(a) LIVIUS XXX, 42.

omnium certissimus. Cum natura fecerit, dulce ut sit vivere: illius dissolutionis, quae vitam finit, cogitatio non potest non aliquid acerbi habere.

Sed cum dolor non omnis felicitati noceat, (§. 14.) quidam & ei conveniat, nempe is, per quem major dolendi causa evitatur, aut majus bonum acquiritur: (§. 61.) perspicuum est, mortem, hoc modo consideratam, malis veris non semper adnumerari posse. Ut dolorem corporis acutum non defugimus, quem fore brevem, & quo patienter ferendo gravioris & longioris doloris, v. c. tabis, consecutionem nos esse impedituros, clare cognoscimus: ita & moriendi dolor non est valde pertinacius, multo minus pro *rerum terribilium maxime terribili* ducendus, quatenus per mortem vita, quae in posterum vere misera futura erat, finitur, ut sic, qui moritur, *lucrum facias*, aut quatenus vitae beatioris initium recte sperari potest. (§. 17.)

Itaque tranquillitas mentis, dum in dissolutionem corporis sui instantem intuetur, pendet primum a persuasione, fore sese huic superstitem, deinde a cogitatione ejus status manentis, quo se futuram verisimiliter prospicit. Est animo ingenitum hoc votum, perpetuo ut esse perget. Erit. Si impressum nobis est immortalitatis desiderium, is explere illud potest & explebit, qui in sevit. (§. 15.) Si autem non erimus nulli post mortem, nihil est causae, cur cum Stoicis nos aliquamdiu vita fruituros credamus, sed perennes fore negemus. At quis erit status animi a corporis sui vinculis liberi? quis locus? quae necessitudo cum caeteris mundi partibus? num qua cum illis, quos ante se mortuos cognovit? num cum illis, quos sibi superstites reliquit? Haec & plura id genus alia, quae multi a tot inde saeculis curiose quaerunt, & defunctorum nemo cuiquam aperire potuit, tenebris obvolvit Deus, ut, quod nostrum est, agamus, dum vivi-

vivimus, utque, quo diligentius statum aeternitatis nostrae pro justitia & bonitate sua Deum esse constituturum cogitemus, eo acius ad tenendum cursum felicitatis divinitus ordinatum incitemur. Id certo novimus, qualescunque futurisimus, in potestate rerum omnium effectoris, cuius providentiae vitam & omnia debemus, nos perpetuo permanuros. Qua itaque praeparatione ad discessum de vita opus est? Primum, ut metum, hoc est, *praemolestiam* illam mortis, maturo frangamus & labefactemus; deinde ut spem aeternitatis beatae omni studio erigamus. Haec est sola *euθανασία*, quam ratio novit: jucundorem & certorem religio Christiana docet (§. 182.).

§. XCV. Metus mortis vel continuo rodit animum, vel fortitudinis igniculos, imminente periculo, subito extinguit.

Adversus sollicitudinis perpetuae aculeos multi inani conatu praesidium querunt in suppressa mortis cogitatione & studiose vitatis iis omnibus, quae cum tristi illa imagine aliquam affinitatem habere videntur. Quis ea in re unquam sollicitior fuit LUDOVICO XI. Rege Galliae?

Adversus ignaviam repentinam, quaे ad quodvis periculum mortis trepidat, complures populi, praeter assiduam majorum vitae discriminum consuetudinem, superstitione & fraudibus uti consueverunt. Verum hae fraudes, instar stratagematum, aliquamdiu valere possunt; (quales de *Affinis* vulgo referuntur:) detecto errore, summae audaciae confessim succedit summus pavor.

Naturae magis accommodatum est remedium, 1) ut metus mortis subitus injecto metu majori vincatur. 2.) Longinqua ac mordax sollicitudo meditatione mortis perpetua, h. e. necessitatis moriendi, & pos:

possibilis per mortem ad vitam meliorem transitus superatur, in primis si intentus in hanc meditatio- nem animus quandoque secessum & otia quaetat; recte enim inquit SENECA in Thyestes: *Illi mors gravis incubat, qui nimis notus omnibus ignotus moritur sibi.*

Ac 1) quidem vivida cogitatio mati majoris ignaviam consequentis, nempe vitae tristissimae, aut foedioris moriendi generis, (v. c. *infamia, terti supplicii*) contemsum mortis in praesenti periculo inducit animo, ut intelligat, stulte se propter vitam vivendi perdere causas.

2) Ad liberandos solicitudine animos senum, aegrotorum, & eorum, qui non ignorant, perpetuam commentationem mortis optimam esse philosophiam, non sunt adhibendi perpetui vitae cruciatus voluntarii, ut totus aegritudini deditus, & a quovis jucunde vivendi genere ultro aversus, non vivas, sed quasi quotidie & sine intermissione moriaris. Hoc agendum est, ut certo persuasum habeas, etiam omni corporis ministerio destitutum integris te cogitandi viribus usurum, ac novi quidem status, sed cum superiori connexi, initium capturum. Porro tempestive facias, *quae moriens facta fuisse velis.* Deinde ea non facias, quae fecisse, te, dum instat immortalitas, necessario poeniteat. Eo enitaris, ut neuter dolor, sive ex factis, sive ex eorum, quae fieri oportuerat, neglectione ortus, te eo comitetur, ubi mala verbis, factis, intermissione recte agendi, exemplo, viventibus, qui tibi supersunt, illata, eorumque consequentia clarius, quam unquam, cernas. Ea enim, etiam si velis, istic reparare non poteris, neque angores ex rerum male actarum conscientia nascentes voluptatibus corporis, uti in hac vita evenit, intercurrentibus sedare ac lenire. Cujus animum spes firma vitae beatae beneficio divino consequendae extollit; ad eum demum, ad

cum solum convenit dictum HORATII: *Ille potens
sui laetusque degit, cui licet in diem dixisse: Vixi.*

Ex quo patet, quam sit contra naturam angor ille voluntarius, quo torquet fortunatos cogitatio mox cestaturaे dulcedinis viyendi, aut qui in quavis fortuna nescitur ex horrore, quo mentem perstringit cinerum contemplatio. Quem fructum affert trepidis mortalibus talis cogitatio eventus inevitabilis, nisi ut tristem ejus sensum infinite multiplicet? Hanc acerbitudinem voluntariam is effugiet, qui mortem nec horret nec optat, sed mente mature parata, tranquilla, solida expectat momentum, quo de prima statione descendere jussus in domicilium melius evocetur. Hic sapit. Quid enim est sapientia hominis, nisi perspicacia mentis in illis peryvidentis & sibi proponendis, quae cum eo, quod in desideriis humanis ultimum est, (§. 12.) vere consentiunt? Si ex eo insipientem judicamus, quod de statu futuro ordinando non cogitat, proinde sibi ipsi repugnat in eo, quod quaerit & quod agit, ut, quo velit, perveniat: sane is omnium minime sapit, qui, in statu suo praesenti, post exiguum temporis brevitatem cestatuero, status infelicitis aeternis germina colit. Quid igitur praecipit ratio? Docet, artem tranquille moriendi esse artem recte vivendi. (§. 182. 190. 193. 201. seqq.) Felices! quis sic vivunt, ut mori nec desiderent neque metuant, qui que sic moriuntur, ut spe sua certa post obitum vivendi erigantur & exhibilarentur. Miseri vero, quos, dum moriuntur, vixisse poenitet!

§. XCVI. Haec tenus prosecuti sumus hominem, id perficiendis viribus suis naturalibus & earum usu assuequi molientem, ut vita leniter defluat. Studium virium suarum incrementis operam dandi, ea-

earumque possessione gaudendi, *amoris erga se ipsum* nomine vulgo comprehenditur.

Is amor est *verus*, adeoque bonus, si verae sint vires, quarum adeptio quaeritur, & vera earum possessio, quam nos habere gaudemus. Si quis autem id habeat pro viribus, quod re vera est plenum imbecillitatis, aut viribus gaudeat, tanquam possedit, quas non possidet, is occaecatur caritate sui ipsius *fatua*. Atque hic status animi, inani possessionis virium, quae non existunt, imagine se ultrottenham, revera non est *amor*, sed *odium* sui.

§. XCVII. Parum se amant, qui nimia vitium suarum diffidentia laborantes, dolent sibi deesse vires, quas habent, atque ob eam causam id, quod praestare poterant, aggredi verentur. Contra non tam nimio sui amore, quam nullo, se prosequuntur, qui sibi multo, quam sunt, validiores, aut in ipfa infirmitate sua magni, videntur. Hi incident in morbum, qui appellatur *Superbia*. Haec est manens animi affectio imbecillitatem suam non cogitantis, virium vero suarum magnitudinem & raritatem sibi aliam, quam est, fingendo, se ipsum in errorum dulcem noxiunque immergentis.

Ubi superbia, ibi est indicium manifestum minuti ingenii, quod si in caeteris rebus sit magnum, & forsitan in pavidendis erratis alienis acutissimum, in se ipso tamen, inque gradu caeterorum bonorum corporis & animi, aliorumque commodorum exteriorum cognoscendo hebes est. Posita est ea caecitas in ignorantia ejus, quod vere magnum est, & earum virium, quae defunt tali homini de se ipso perverse judicanti vel earum, quas habet, aestimatione immoderata. Nimia illa de se ipso opinio proficiuntur ab indole nativa, ab educatione inepta, a comparatione

CON-

constantii cum iis, qui minus habent virium, ~~a~~ praejudicatarum opinionum gentiliciarum, vel totius nationis communism contagine, veluti a superbia populi cujusdam propria, a flexanimis adulatorum insidiis.

Est vero ea mentis caligo nocentissima. Nam suppressa infirmitatis, maximas quoque vires comitantis, cogitatione impedit, quo minus cognoscatur imbecillitas aut eam monstrantibus credatur, quoniam horum dicta inimicitiae, invidiae, inscitiae, morositati, adscribi solent. Atque ita fit, ut id, quod viribus deest, non suppleatur. Majori, quam par est, virium suarum fiducia inflatus quisque subsistit, proinde ardorem in bono progrediendi restinguens se odit ipsum & punit.

Medicina hujus mali est assidua observatio sui. Hac fiet, ut quisque, qualis quantusque sit, vere cognoscat. Hoc cognito mens adsuefacienda est, ut suavitatem ex cogitatione virium, quas possidet, nascentem temperet desiderio earum, quae defunt, & non tam, quid fecerit, sibi continuo exhibeat, quam quid faciendum supersit.

Ex hac exercitatione assidua nasci potest modestia, hoc est, habitus gaudium ex justa virium suarum abstimatione proficiens moderandi cogitatione imbecillitatis suae, & impenso huic medendi desiderio. Falsa, vel potius ementita, modestia est superbia latens sub vultu, gestu, verbis ad significantiam peregrinam de se ipso opinionem artificiose eo consilio compositis, ut ad laudes, honores, auctoritatem, dominationem, tali simulatione perveniat.

S E C T I O N I V.

*Felicitas crescens singulorum societatis
humanae auxilio.*

§. XCVIII. **A**b ortu inde suo prius implicantur homines societatis humanae vinculo, quam, quid ex ea referant commodi, intelligant. Infirmi, alimentotum, manuductionis atque doctrinae egentes, nutriuntur ab adultioribus, curantur ab educatoribus sive a custodibus & ministris, salutaria corpori, quae sapore & odore non aequa atque animantia distinguere possunt, dignoscere docentur, sermonem, & cum sermone aditum ad rationis usum, institutione & exemplo traditum accipiunt.

Infans sentit fugam insitam solitudinis. Sentit instinctum & attente *observandi* & *imitandi* alios, praecipue aequales, quibuscum jucunda & acerba cupit habere *communia*. Ad haec impellitur facienda: haec fecisse gaudet: his tanquam sibi ad jucunde vivendum necessariis adsuescit.

Firmiori demum aetate, multa & magna, quae a societate nascuntur, emolumenta homo distincte intelligere incipit. Tum ratio, subductis bonorum malorumque, quae ab hominum congregacione manant, calculis concludit, minus, quam fieri potest, felicem fore hominem, si esset solivagus. Vis instinctum, quibus ad expertendam & fruendam societatem impellimur, vis confuetudinis cum hominibus versandi a tenella inde actatula susceptae, utilitatis multiplicis ex societate ad nos redeuntis sensus, jucunda ejus, quam cepimus, recorda.

datio & futurae spes, frangunt taedium, quod ex variis incommodis interventientibus suboritur, & efficiunt, ut eorum, qui, veteres *Anachoretas* secuti, segregant se ab hominibus, sint admodum pauci.

§. XCIX. Idem enuntiatum probat *argumentum* ab *analogia* ductum. (§. 40.) Nihil in mundo observatur solitarium; omnia cum omnibus, & singula cum singulis ita sunt coagmentata, ut res altera alteri semper adminiculetur. Cum natura sibi perpetuo sit consentanea: (§. 19.) vel ex hoc argumento patet, eam non posse non esse conditionem generis humani naturalem, ut homo hominis ope indigeat.

Voluntas sapientissimi rerum universarum opificis ex ejus factis cognoscitur. Quamobrem mutua, quae nobiscum nata est, indigentia, & instinctus fruendi societate, manifesto demonstrant consilium Dei homines *conjugandi*, & definitum quendam felicitatis gradum illis ea sub conditione destinandi, si mutua sibi ope succurrant. Ex quo patet, rationem non perspicere, id genus vitae solitariae a Deo cōprobari, quo quos provide conjunxit homines, illi ultro se divellunt.

§. C. Igitur concludimus, (§. 42.) veram esse regulam: naturae humanae haud convenit vita solitaria, sed vitae cum aliis degendae communitas. Naturalis hominum universorum copulatio, quafit, ut ad definitum felicitatis gradum obtinendum collatis viribus indigeant, & ab ipsa natura ad eas conjugendas ducantur, appellatur *societas generis humani*. Recte vocatur *naturalis*, quoniam non ab arte, aut ab instituto humano, sed, quia est communis inter omnes, a natura proficiscitur. Proinde cum sit *naturalis*; *divinitus institutam esse* appetet (§. 29.)

240-

Noti, ignoti, atri, albi, magni, parvi, tenues, ditiissimi, quocunque sint loco orti aut positi; ubicunque sibi sint obvii, etiam hostes; omnes cum sint homines, sunt & socii naturales.

§. CI. Quibus cognitis supereft, ut videamus, num natura, quos ita formavit, ut societate indigent, (§. 100.) eos simul ad hanc colendam, hoc est, ad mutua commoda confociatis viribus amplificanda habiles prorosque effecerit? An potius naturali utilitatum, proinde cupiditatum, pugna distrauantur homines; verbo, an natura instigante tam dicti tetrici sunt socii, quam ab HOBESIO, acri acerboque naturae humanae accusatore, & ab aliis, qui eum sequuntur, depingi solent?

Ex horum virorum sententia homo eum semetipso semper pugnat. Eget societate, appetit eam, & simul insita malitia incitatus evertit. Mutus, cum prodit, nudus, egenus, vix adultior aliorum commiseratione vitam servavit, viresque acquirere & exercere vix didicit, atque eodem momento, quo, quid valeat, sentire coepit, apparet, quam sit inhumanum animans, malignum, invidum, suspiciosum, ultionis cupidum, crudele, arrogans, sui commodi causa nulli fidum, intractabile, nisi semper trepidare vi summa & ejus cervicibus impendente adigatur.

Quis est, cui non perpetuo sit illud, si minus in ore, saltem in animo, proximus sum egomet mihi? Oppressi vehementer de tristi conditione sua queritantur; oppressione liberati iis, quos incusavabant, longe aciores fiunt oppressores.

Aut imbecilli sunt homines aut potentes. Illi his dissidunt & invident, hi illos aut contemnunt, aut sibi resistentes oderunt & suae voluntati subjecere laborant,

Qui

Qui id, quod vult, potest, is raro vult, quod aliis expedit. Omnem potentem, quem nondum lubido nocte incesserit, merito hostem existimes. Dum non nocet, differt impetum. Cui parcit, ei Polyphemus beneficium tribuit. Vim ipsius effugere, est triumphus. Unde consuetudo gladiis strictis epulandi, quam primi in Graecia Athenienses abjecisse leguntur; & Persae seculo IV, AMMIANO MARCELLINORESTE, adhuc retinuerunt? Unde Scythicus ille populorum, (si quantus fingitur, tantus unquam fuit) ut hostile esset, quicquid ad gentes foedere junctas non pertineret? Ante bis mille annos DICAERCHUS in libro de interitu hominum, collectis & comparatis causis, quibus essent consumti homines, teste CICERONE, conclusit, plures deletos esse bello & seditionibus, quam omni reliqua calamitate. Fugere, inquiunt cum OVIDIO, qui haec objiciunt, pudor, verunque, fidesque: in quorum subiere locum fraudesque, dolique, infidiesque, & vis, & amor sceleratus habendi (a).

§. CII. Fallit haec exaggerata naturae accusatio. Num qui in corpore morbi existunt, ei omnes natura insunt, quia eorum gignendorum, ut aiant, seminaria continet? Observemus, quibus viis provida natura erumpentem malitiam & avaram cum detimento alieno sibi consulendi cupiditatem corrigeret laboret. Inest in homine nativus quidam sensus humanitatis. Quippe sensus favoris cuiusdam erga hominem orti excogitatione eam, quae in natura humana inest, praestantiam aliis nobiscum esse communem, & appellatur humanitas (latiori sensu: Add. §. 114.) Experimur, esse in nobis aliquid, quo, sineulla praegressa meditatione, adducamus

(a) OVID. Metamorph. I, fab. 4, vers. 129. 130.

ad agnoscendam hominis praestantiam, quatenus eum cum aliis rebus animatis & inanimatis comparamus. Deinde vi *Sympathiae nativae* efficitur, ut aliorum hominum bona & mala contuentes, ea celeriter ad nos referamus, perinde ac si nobis ipsis evenissent, utque ea contemplatio nos simili vel suavitate, vel acerbitate, statim afficiat.

Insuper natura nobis dedit sensum *amabilitatis*, quae inest in actionibus benignis, & in ipsa idea *benignitatis*. Haec est alacris & perpetua animi intentio in gaudium querendum & capiendum ex veri boni alieni conspectu & amplificatione. Hujus bonitatis effigies in vultu cuiusdam hominis factisque expressa habet vim quandam attrahentem. Statim ferit oculos, mentem tenet, fascinat, jucunde afficit; isque sensus animi jucundus nulla antegressa effectuum benignitatis salubrium perquisitione, nulla argumentatione efficitur, sed ex sola cogitatione dicti factique benigni per se confessim manat. Quocirca malitiosi homines, ne factum ejus, cui male cupiunt, talet sensum in animis contemplatorum efficiat, e vestigio aliquid fingunt, ut factum illud non a benignitate *ancera*, sed a fonte quodam impuro, manasse credatur.

Contra in *effigie malitia* gratum aliquid ac jucundum, quod placeat, frustra requirimus. Molestem esse ejus cogitationem, & necessario disdiscere, proinde eam naturae nostrae repugnare, sensus internus cuique persuadet. Abominamur imaginem hominis *Timoni Atheniensi* similis, cuius μισαρθρως in proverbium abiit.

Placent etiam ignoti, quorum ex factis manifesta elucet benignitas. Admiramur quodvis nobile facinus, probitatem pericula despicienter, impavidam

dam inferiorum, qui a potentioribus opprimuntur, propugnationem, audacem praesumtarum opinionum publice dominantium aggressionem, gloria aetatum heroicarum exempla, quibus id agebatur, ut qui fortunae injuria magis, quam sua culpa, essent calamitosi, illi servarentur, sublevarentur, integrum restituerentur &c.

Est itaque in homine *sensus* quidam *moralis* (§. 47.) positus in approbatione necessaria factorum, quae profundunt societati, & improbatione illorum, quae ejus saluti adversantur. Praeter hunc sensum ingenerati sunt *stimuli*, (§. 33.) quibus homo ad hominem reapse juvandum, sine ullius lucri exspectatione, incitatur sola suavitate, quae factum comitatur aut consequitur.

Hi instinctus stimulo primario, quo ad suam quisque felicitatem expetendam fertur, tanquam fonti omnium instinctuum communi, (§. 12.) subjecti sunt, non, ut quidam cum H u r s c h e s o n i o volunt, a latere positi.

§. CIII. Instinctu benevolentiae ingenerato vel ad *malum praesens* ab aliis amoverendum impellimur, vel ad *bonum praesens* aliis impertiendum. Ille speciali nomine *misericordiae* designatur; hunc appellamus instinctum *communicationis*.

Visis malis alienis, praecipue illis, quae alteri ab alterius perfidia, injustitia, ludibrio, rabie, malitia alienis incommodis gaudente & semet exfaturante, nascentur, exardescit cujusque, etiam infantis, animus, seque cum altero, cui male est, celeriter confundens, sentit *conatum* mali illius depellendi, perinde ac si eo ipse urgeretur. (§. 102.) Nec demum incalescit afficti precibus: ultro advolat, ei ut succurrat. Tam *conveniens homini est hominem servare voluptas!* Eorum, ut recte animadver-

vertit. CICERO, *nos magis miseret*, qui misericordiam nostram nec despiciunt, neque efflagitant, *quam qui eam requirunt.*

Neque est, quod objicias, alterius misereri neminem, nisi qui idem, quo alterum premi dolet, malum senserit, vel metuat, ne eodem afficiatur, atque idcirco tyrannos omnem commiserationis sensum deponere, quod in aerumnas tenuiorum se incidere non posse existiment. Longe alia nos docet experientia. Infans priusquam sua ex alienis pericula metiri didicit, ingenita quadam vi raptur, ut lacrimas alterius infantis arescere cupiat. Cum videt, collusorem alterum cum altero malitiose agere, etiam ignoti causam suscipit, siue sit animosior, irascitur, & oppressum juvare properat. Hominem sine culpa sua tristem & anxium videre sufficit, ut moveatur cuiusque animus, eumque statim tristem celerrime finiri cupiat. Si qui non commoventur, illi naturae impulsu retundere adfuerunt, quod fieri posse haud negatur (§. 50.).

Similiter ad gaudia sua cum aliis communicanda homines natura impelluntur. Hujus agitatoris interni vim sentiunt infantes, cum ludunt, ac non solum testes laetitiae, sed & participes quaerunt. Eodem incitantur adulti in rebus seriis & gravioribus.

Docere alios, quod nesciunt, consilium dare imperitis, in viam revocare errantes, viribusque suis, cumprimum aliis profuerint, pretium ob hunc earum usum majus imponere, seque ipsum pluris aestimare ob quocunque factum nobile, in quo quaedam animi excelsitas inest, ad haec conanda & ad effectum adducenda homines occulto quodam naturae impetu trahuntur. Verbo, non demum argumentorum & longinquae meditationis, sed naturae, vi efficitur, ut jucundum homini sit, vivere felices, jucundius efficere.

§. CIV. Cum his stimulis (§. 103.) alios societatis oblique utiles natura conjunxit, quibus dum primario & recta via ad suum quisque emolumentum fertur, simul abstrahitur a nocendia usu, & inscius ad bene de aliis merendum ducitur. Huc pertinent pudor, honoris appetitio, & placendi studium.

Pudor multorum conatus improbos validius, quam vis legum asperarum, frangit. Eum definimus fugam aut sensum doloris ex praesenti futuraque actionum vituperatione, quam quis se mereri aut virare non posse, credit. Sub pudore continetur metus irrisio. Ridiculus vocari solet, quem in dictis factisque sibi manifesto contrarium esse solere, unusquisque non plane hebes & mediocriter in ea intentus observat. Irridere is dicitur, qui alterius, tanquam sibi aperte repugnantis, (absurde loquentis aut agentis) contemptum risu significat. Natura acerbum cuique est, eam ab aliis infirmitatem, id erratum animadverti, cuius illum pudet. Quem dolorem si augeat irrisio, tanto vehementius commoveri & ad indignationem irante prolabi solet animus, quo ingratior ob alias causas est irrisor, aut quo plus detrimenti ex ejus dicacitate amarisque facetiis latius propagatis metuitur. Metuitur autem ab his eo magis, quo expressiora habent signa veritatis, plusve acuminis. Unde id genus sales irrisori saepe sunt nocentiores, quam ei, qui ridetur. Inflammant ultionem, inimicitias captales, bella.

Pudoris, quem natura nobis commendavit, duo sunt genera. Alter est *naturalis*, qui ex *sensu morali* oritur, quo id improbamus, quod natura turpe est, & ubique haberri debebat. Alter possit dici *adventitius*, (*assumptus*) quoniam nititur opinionibus in societate quadam publice receptis de eo, quod turpe & propudosum judicari debeat. Hae op-

Opiniones saepe sunt naturae praeceptis contrariae. Ex quibus pudor malus nascitur, seu fuga vituperationis, quam quis regulis naturalibus contrarium esse novit, aut nosse poterat. Qui pudor, quantum est effectus erroris, tamen probat, quoniam nobis sit impressa fuga taciti opprobrii, in dictis factisque nostris aliquid inesse turpe, cuius ab aliis amissione nos pudere necesse sit.

Quo consilio natura stimulum pudoris hominum menti admoverit, patet ex ejus fructibus. Revocat quemque ab iis malis cupiendis, dicendis, agendis, quae ab aliis cognita ne singularem imbecillitatem, imprudentiam, vitium aliquod, aut animum corruptum, ejus, quod societati nocet, incuriosum, arrogantem, predant, intime veretur.

Cultus perpetuus pudoris boni vocatur verecundia. Haec cum homines a malo avocet, eosque mutua quadam reverentia conjungat; impudentiam esse contra naturam, apparet. Haec est habitus animi contemnitus, aut fingentis se contemnere, vera iudicia aliena de dictis & factis turpibus suis, idque haud abscondite, sed expedite verbis factisque declarantis. Est aliquando indicium hebetis ingenii, plerumque animi vitiis innutriti. Oritur ab educatione neglecta & praesertim nimis molli, qua infantes in opinionem veniunt, ea se decere omnia, quae non statim culpantur. Interdum nascitur adiutorio confortio cum improbis, quorum interest, quid quisque de se sentiat, non curare, vel a diuturna male vivendi, proinde honeste sentientium iudicia fugiendi aut non explorandi consuetudine. Ejus gradus summus est, cum quis non tantum est malus, sed & ambitiose id agit, ut malus existimetur.

§. CV. Proxima pudori est ingenerata honoris appetitio. Quam hominum esse propriam, neque brutorum animalium communam, recte

dixit XENOPHON. Ac primum quidem infantum, adolescentium, aetatum omnium commune est, (ut diximus §. 104.) acerbum cuique esse sensum imbecilitatis suae inprimiseo, quo se cum aliis confert, tempore, eumque dolorem fieri acriorem, cumprimum hanc infirmitatem suam aliis patere, animadvertat; indignationem vero moveri, ubi quis propter id debilitatis genus, quod sua sibi culpa non concivit, (paupertatem, deformitatem, originem ignobilem) se contemni & despici observet. Facilius ferocia toleratur, quam verborum ludibria & contemtio.

Quam intolerantiam natura impressit mentibus hominum, primum ut sibi ab iis caveant, quae contemtionem merentur, deinde ut, eum ipsis sentiant, quam acerbum sit, vivere cum hominibus, a quibus despiciuntur, alias temere spernere non admitt. Dicuntur autem contemni, qui propter imbecillitatem virium, corporis, animi, aut eam, quae a rerum pretiosarum inopia oritur; aliis inferiores ac nonnisi misericordiae causa tolerabiles existimantur, proinde haud digni, quorum praesentia, dicta, consilia, facta in societate animadvertantur. Major contemtionis gradus est is, quo alterius *existimatio*, quam vocant *simplicem*, laeditur. Haec est opinio communis, non ita se gestisse alteram, ut indignus libero ad alios homines honeste viventes aditu habeatur. Hanc *existimationem* laedere is dicitur, qui falsis aut ultra modum exaggeratis criminationibus, calumniis, factisque, quae in societate vulgo ignominiosa putantur, bonam de alterius dignitate nativa opinionem publicam mutare, & sic eum infamare conatur. Cum magna pars commodorum societatis non pendeat ex singulorum meritis, qui illis frui cupiunt, sed ab opinionibus aliorum, quorum in potestate est, ea negare aut praestare; perspicuum fit, laceata

rata aut eversa alicujus existimatione bona, seu simpli-
ci, posse fieri, ut ex vitae cum aliis communitate plus
molestiae, quam jucunditatis, capiatur, denique ut
nullae supersint causae manendi in societate, gra-
vissimae eam aerumnarum plenissimam deserendi.

Verum non tantum fugam ejus conditionis na-
tura cuique insevit, in qua deprimitur ab aliis &
praeter meritum pro nihilo putatur: sed etiam in-
citat quemque & erigit, ut vires suas ostendere, eas-
que agnosciri, pac pro earum ratione ab aliis censeri
discupiat. In qua cupiditate innata est situm *hone-
ris studium.*

Honorem definimus judicium (aut *tacitum*, aut *ver-
bis factisve expressum*) de praestantia virium aliena-
rum. Quod judicium si *verbis* significetur, *laus* ap-
pellatur. Quae tanto praeclarior & exoptatior habe-
tur, quo is est laudabilior ac liberius, qui judicat, &
pretii earum, quas laudat, virium aestimandi peri-
tor. Differt *laus* a *fama*, quae est laus aut vitu-
peratio ab incerto auctore profecta & sine ulla pro-
batione a compluribus credita. *Factis* declaratur
honos eorum comprobatione, quae alii loquuntur
aut agunt, vel & horum imitatione.

Studium *honoris* est complexio actionum eo spe-
stantium, ut vires nostrae (corporis, ingenii,
indolis) earumque usus nobis & societaui saluta-
res conspiciantur, ac pro merito aestimentur.
Natura ferri hominem ad honorem expetendum
probat dulcedo illa, qua infantes, cum collaudantur,
mulceri & excitari, verba eorum vultusque signifi-
cant. Nondum superbiunt opibus, natalibus, pu-
christidine; sed usum virium suarum naturalium,
quem egregium esse putant, *avtegmar*, ab iis, quo-
rum judiciis multum tribuunt, laudari, toto peccato-
re gaudent. Atque in his infantum factis, velut
in speculis, cernitur, quo natura ingeneratum e-

eminendi studium dirigi velit, nempe ut non gloriemur viribus sive naturalibus, sive fortuna partis, sed harum usu sapienti, aut iis, quas ipsi studio nostro acquisivimus, censeri, & ab aliis patria non facientibus distingui cupiamus. Quas vires appellamus *mora*les.

Idcirco harum virium possessio & sensus per se suavis est. & fit multo suavior, cum eadem ab aliis spectantur & agnoscuntur. Quae dulcedo non ab opinione, sed a natura proficitur. Nam enim unusquisque ex harmonia iudicij aliorum hominum cum sensu suo, non esse se indignum, de quo bene judicetur, pronosci animadvertisit, qui se ipsum observat. Ex quo efficitur, ut homines natura honorem propter se ipsum expetant, non autem propter sola commoda adventitia, quae eum in societate comitari solent. Qualia potissimum sunt fiducia & auctoritas; illa, ut alii ad ejus, quem honorant, vires confugiant, quoties se illis egerent putant; haec, ut ejus dictis auscultent alii, consiliis credant & obsequantur, facta imitentur. Quid enim est ardentitas, nisi vis in aliorum sententiis conformandis fluctuendisque voluntatibus, quam quis sibi fiducia prudentiae ac probitatis suae comparavit?

Multa homini cuique & societati commoda afferit ingenitus honoris stimulus. Quemadmodum vis pudoris quemque ab ausibus, dictis, moribus malis revocat: sic expetita honoris suavitas impellit quemque ad vires suas augendas, ut emineat, & ad eas recte utendas, hoc est, ad facienda laudabilia, quae non sunt nisi societati vere utilia. Contentu famae contemnitur magnum recte faciendi incitamentum.

§. CVI. Denique stimulus, quo ad benevolentiam

tiā aliorum sibi conciliandam homines impelluntur, recta via prodest ei, qui placere studet, oblique societati.

Quippe ea placeat, in quorum cogitationem defigere animum, displicent, a quibus cogitandi eum reflectere, suave est. Prima in societate cura est, ne dispiceas, hoc est, ne cogitatio de te aliquam hominibus, quibuscum versari velis, molestiam exhibeat. Natura hoc placendi stimulo ingenito dupliceū utilitatē homini affert, alteram ut sibi, alteram, ut simul aliis consulat. Magnopere cujusque interest, certum esse de aliorum auxilio, quod a solo favore proficiuntur. Magna suavitate mulcetur animus, dum videt esse, qui, et si sua causa nihil faciant, vel facere possint, sibi tamen bene cupiant, dum veniant in societatem gaudii, quum profluenter & prosperè succedant res suae, vel doloris, cum male. Repentinam tristitiaē suae voluptatem interponunt calamitosi, cum mala sua referentibus faltem patent aures alienae, & humanus auditoris aut spectatoris vulnus ipsis persuadet, non indignos se videri, quibus meliora eveniant. Tum casus referre suos, infandum renovare dolorem & flere, est voluptas. Cui facile fuerit, a se impetrare, ut congressus hominum plane fugiat, is ferre non poterit invidiam omnium, & ex ea natam in summa frequentia solitudinem.

Vulgatum illud: oderint, dum metuant, indicat vitium contrarium huic naturali impulsioni a rationi homines ad mutuam benevolentiam invitanti, proditque degenerem animum, quem variae causae adventitiae paulatim depravarunt.

Praeterea homo ut placeat homini, ea facit, quae placent, id est, aliis *hucunda & utilia* videntur. Gaudet videri comedere, probum, efficacem, verbo

G 5

eum,

cum, cuius bonitate & alacritate alii confidere queant. Sic natura, quos occulto impetu pellit, suae utilitatis causa ut amari cupiant, eos inopinantes dicit cogitque, ut studeant esse amabiles.

At certis tamen terminis ingenitum placendi studium natura descripsit, quos exquirere, est munus rationis. Nam malis ex aliorum voluntate non efficiendis, aut illis non imitandis, displicere, bonum est, (§ 152.) & mentem firmam, molestias sine mutatione recti propositi haud vitabiles fortiter negligenter (§. 186.), demonstrat.

§. CVII. Observationum, quas hactenus attulimus, veritas non eliditur veteri dicto, hominem homini lupum, vel dicam, malum daemonem esse, nisi vi metuque subactus a nocendi consilio ac pruritu revocetur. Qui sic sentiunt, de foeditate indolis hominum in societate viventium dicunt nimium. Num enim experientia confirmat, quemvis, quo plus possit, semper eo plus habere malitia? Num verosimile est, naturam nos perpetua diffidentia divulgos ponere in specula vofuisse, ut alterutrum eligamus, aut invadere aut invadi? An hoc patitur analogia, (§. 99.) cuius amantem & tenacem esse naturam, (§ 40.) vidimus? Tigris agit rabida cum tride pacem perpetuam. Sacris inter se convenit urbis.

Allegantur populi barbari. Verum eorum, qui feroce putantur, numero sunt fidi, hospitales (*a*), &, si discesseris ab iis, quos orarum maritimorum accolas populi cultiores coruperunt, plerumque benigni, sola effreni ulci-

(a) Cf. DE PAGES *Voyages c. 2.* de natione Guzeratiam incolente. Add. COOK *Voyages. III. p. 181.* de insulis amicorum.

ciscendi cupiditate excepta, quemadmodum recentiores itinerum scriptores confirmant. Decepti decipiunt & diffidunt. Lacesiti in defensione modum excedunt. Multa, quae de populis *Androphagis* referuntur, finxit pavor, sermonis, morum, religionum, quas colunt, ignorantia, mira & horribilia narrandi scabies, error eorum peregrinatorum, qui ex quibusdam monstrosis deformem totius, quam adierunt, nationis indolem confidenter collegerunt. Caraibi hostibus interemtis vescuntur. Sed quibus? Se, ajunt, neminem, nisi justè caesum, comedere, sensu per obitum perempto, verum *Europaeis* saepius rem levem videri, hostes injuste invasos caedere, at caesos non sepelire, aut vorare, horrendum. Utrorum consuetudo est exitiosior?

Neque universe verum est, quod ajunt, tenuiores perpetuo succensere potentioribus, & illos cum his litigantes non fecisse injuriam, sed accepisse, infirmioribus videri. Fateor, sic sentire solere, qui alto supercilium contemti jacent, vel violenter opprimuntur. Manum & virgam, qua percutiuntur, dum osculantur, exsecrantur. Nam natura duce homines aliquod sibi pretium ipsis imponunt, & ab aliis statui cupiunt. (§. 105.) Quapropter aequa mente non ferunt, se instar apum non sibi, sed aliis pigris & fruges consumere natis mellificare, & postquam fecerint, quantum potuerint, omnia, minori in pretio ab his haberi, quam pecudes a villico. Neque possunt eos magnificere, qui nihil habent meritorum, ob quae magni aestimentur, sed saepe vitiis aut tanta imbecillitate deformantur, ut qui eos se non vilipendere significet, aut coecutiat, aut simulet. Mox sortis suae pertaesii eorum odium concipiunt, a quibus male habentur. Inhumanitas

tas cum viribus nocendi praesentibus conjuncta num placere potest? Non erant Romae tot domi hostes, quot servi, quandiu patres familias erant testes ac socii operum in cultione agrorum, & matronalis sedulitas non quamlibet rei oeconomiae curam villicae delegabat. Honorato *familiae* nomine servi continebantur. Quippe homines strenue laborantes honore dignos habere laborando discimus. Potentiores itaque non propter solam potentiam sunt apud infimam plebem invidiosi, sed quandoque ob arrogantiam ac malignitatem dictis factisque expressam, quem illa odium, haec metum, aliis incutit. Romae cum furerent *triumyiri*, inter eos, qui proscriptos servarent, ferventiores fuere servi, quam *proscriptorum liberi*. Ex quibus apparet, facta, quae afferuntur ab iis, quibus non assentimur, non probare talem malitiam generis humani naturalem, qualis sumitur ab Hobbesio.

Similiter fallit *factorum versum*, quae objiciuntur, sinistra interpretatio. v. c. superato mari pericolo tutus in portu tranquille aliquis prospicit, namquam quandam saeva tempestate jactari. Gaudet, inquis, ergo est malignus. Neutquam. Voluptatem non capit ex discrimine vel interitu rerum & hominum, sed quia quanti sit, salvum esse, ex conspectu & magnitudine periculi alieni aestimat, de sua incolumente impensis gaudet. Sentit conatum servandi homines, si posset.

At vero cupidius audiuntur maledicta, quam laudes. Quando? cum quis imbecillitatis suae pertaesus, aut nimius coecusque fui aestimator, alios, dum laudantur, sibi praeferri, seque negligi videt aut metuit, propterea quod & ipse bene audire atque magni fieri cupit (§. 195.) At vero malevolentia nativa, seu voluptas ex malo alterius sine timore suo, certatur in risu vulgari, cum alios cadere erectus videt. Quos? num & e os

eos, quibus aliquid ex casu mali sine eorum culpa evenit?

Concludimus, hominem eos non curare, quos se non egere sibi persuadeat, sed ut se indigentibus sit auxilio, natura impelli, et si illis ipse non egeat.

Cor (§. 133.) frigidum & durum, invidia, crudelitas &c. sunt morbi, iisque non perinde in societate universorum hominum (§. 100.) frequentes, atque in arctioribus societatibus communī imperio conjunctis (§. 125.). Quorum morborum alii in his ipsis societatibus majoribus, alii in minoribus, sunt frequentiores & nocentiores. In quorum vitiorum causas propiores & remedia inferius inquiremus.

§. CVIII. Afferuimus, non esse hominem natura ineptum ad societatis cultum, ut fieret perspicuum, corruere principia & conclusiones HOBESMI (§. 102.). Quare id investigandum est, quam homini viam *experientia* monstret, efficiendi, ut societatis & potiatur fructibus, & molestias vite vel elevet.

Illa autem docet, duas vias iniri posse & sole-re; alteram, cum quis se solum respiciens, sibi servire alios, non autem ipse aliis sine commodo suo extero prodesse cupit, vel & aliis emolumenti sui causa nocuisse gaudet; alteram, cum quis vitam ad hanc normam perpetuo dirigit, ut noceat nemini, prodesse gaudeat omnibus. Utra via sit recta, ex effectibus concludit ratio (§. 33.). Hos itaque dispiciemus.

§. CIX. Rectum felicitatis suae cursum deserunt i), qui sibi vivunt. Hi alios, quorum ope non indigent, negligunt tanquam fungos, eos vero, quibus usi sunt, abjiciunt, ut scopas solemus post

post usum & succo malorum citreorum expresso corticem. Pejus sibi consulunt, 2) qui mala studiose aliis inferunt, vel quoniam cupiditatibus suis eos obstat vident, aut obfuisse dolent, vel quia suavitatem aliquam ex quiete & hilaritate aliena perturbata percipiunt.

Quam qui tenent vitae rationem; illi vel summa *calliditate* vel vi ac *metu* opus habent: *illa*, ut credant, qui versutiloqua malitia decipiuntur, se suam rem agere, cum decipientibus serviunt; *hac*, ne, qui poterant resistere, ausint, neve, qui ausint, possint.

At autem *calliditas patefacta* vehemens odium parit, *latens* amaram plenamque folicitudinis voluptatem, proinde poenitendam & *falsam* (§. 10.). Contra *benignitas prudens*, seu *tempestiva*, eotuta contendit recto itinere, quo aut omnino nota, aut non sine magno discrimine, labore, taedio, mali veri metu vel sensu acerbiore, *calliditas per anfractus* pervenit.

Neque tutiorem viam ingrediuntur, qui *vim* & *terrorem* adhibent. Metui qui vult, metuit ille prius, *immagis*. Ex magnitudine terroris, quem aliis incutere studet, recte aestimatur magnitudo timoris, quo ipse urgetur. **TIBERIUS** dum Romae furit, **Capreae** trepidat. Quem latet, **DIONYSIUM** tyrannum, *cultros metuentem tonsorios*, *candenti carbone sibi adussisse capillum?*

Denique malitia, seu vi seu dolo nocere gestiat, est plena acrimoniae. Dum facit, ut sanguis & animus coacescat, magnam partem veneni sui ipsa bibit. Se ipsum rodit invidus, se punit durus, arrogans, &c. Benignitas est hilaritatis fons perennis.

Ratio videns hanc naturalem copulationem effetuam ex utroque vitae genere nascentium, con-

clu-

cludit: eam divinitus esse constitutam, proinde immutabilem. (§. 31.) Cui consequens est, ut auctareendum homini sit uberrimis ac dulcissimis societatis fructibus, aut unica, quae ad eos carpentes ducit, via ingredienda, nempe ut animus sincera erga alios benevolentia caleat.

§. CX. His praestructis, ad commoda societatis ipsa indaganda progredimur. Ac primum quidem ea hoc loco aggrediemur, quae singuli capere possunt; deinde *Sectione V.* exponemus, quantum vicissimi singulorum intersit, bona societas humanae suis viribus augere, hujusque prosperitatem stabiliorem aut uberiorem suis quandoque jacturis redimere.

Commoda, quae ex societate in singulos redundant, sunt *causae verarum voluptatum*, *Sectione III.* enumeratae, quas singuli aut in solitudine, aut sine arctiori cum aliis coniunctione, vel non aequa bene, vel omnino non, sibi comparare possunt. His commodis sibi invicem conciliandis homines se mutuo *adjuvare* dicuntur. *Adjuvare* significat, *id, quod viribus alienis deest, supplere.*

Hujus vero supplementi spes & adeptio expetibilem reddit societatem, qua universos natura devinxit (§. 100, 125.). Ejus enim ope praeveniri, leniri, tolli possunt mala corporis & animi, augeri utriusque bona, proinde effici, ut vita commodius & jucundius defluat, & post mortem profutura comparentur.

Homines omnes, cum nascuntur, pariter indigent humano auxilio, virium vero naturalium, quae progrediente aetate roborantur, non quidem illis gradus idem inest, at parem tamen ad finem cuique a natura tributae sunt, par singulis ingenita est communitatis cum hominibus appetitio,

par

par ejus conservandae & colendaenecessitas, ut destinatam sibi magnitudinem felicitatis quisque aequalatur.

Aequo princeps civibus, ac cives principe egerint. Tenuissimi indigent ditionibus, ut alantur, & hi illis, ut commode vivant. Laudis aequo opus est laudatoribus, atque hi se exoptare facta sentiunt, quae sibi aliisque proficua laudent. Verbo, quamvis distent inter se homines gradu virium, quas arte, diligentia, institutis ejus, cui intersunt, societatis acquisiverunt: in eo tamen cuncti convenient, quod sunt homines, ab animantibus distincti, ad vitae felicis usuram a natura peraeque invitati, nulli viribus tam amplis praediti, ut ad hanc consequendam aliorum benevolentia non indigeant, nulli tam firmi, ut non morbis aliisque casibus quandoque infirmioribus aequentur.

Sensus aequalitatis naturalis, quae in conditione humana inest (§. 102.), comprehendit sensum alicujus quasi dignitatis hominum nativae, & doloris acris ex facto, quod illum jucundum aequalitatis sensum convellit. Hinc fremitus hominum, qui ut morbidum pecus a consortio arcentur: hinc intolerantia ignominiae & earum criminationum, propter quas vitae commercium negatur. Hinc odium servorum adversus dominos, qui dicunt aut sentiunt cum illo: *O demens! itane scrys homo est?* Ecquis non sentit indignationem suam incalescere, cum videt a fabularum actoribus exhiberi, aut in historiarum monumentis pingi effigiem hominum, qui quod sunt viribus superiores, pronihilo ducunt debiliores?

§. CXI. Fructus societatis (§. 110.) alii se qualiter carpendos hominibus offerunt, simulac non secreti, sed quomodo cunque conjunctim vivunt; alios

alios aliorum benevolentia, cura, & opera quasi traditos accipiunt.

Ad priores referimus fiduciam & suavitatem quam sola haec cogitatio, non esse remotum ab hominibus, & posse cum iis esse, si velis, animo impertit. Vel haec sola sufficeret, ut quo pretio societas solitudini praestet, clare intelligatur.

Accedit utilitas, quam intenta & diligens hominum, etiam ignotorum, tum & operum, factorum, morum, alienorum contemplatio cuivis afferre potest: partim ut se ex aliis cognoscere discat, partim ut videns aliorum vitam & instituta, ex iis sibi sumat exemplum, vel quod caveat, vel quod imitetur.

Quocirca fructus egregii ex peregrinationibus demum ab iis capi possunt, quos a frivolis & a solis corporis voluptatibus extra fines patriæ quaerendis, ad contemplanda atque plenius cognoscenda sibi patriaeque vere utilia revocat prudentia, atque in haec colligenda; imitanda ac commendanda, nostra autem rejicienda, defigit. Hoc modo crescent vires ingenii, gustus emendatur aut magis perficitur, mores corrupti cum effectis suis velut in speculo nudi exhibentur, quos domi cernere vis praejudicatarum opinionum inveteratarum non patitur. Atque eo subsidio nimia de se ipsis opinio imbecillioribus excutitur ingenii, errores in iudicio de viribus & institutis patriæ cognoscuntur, superbia nationis aut familiarum quarundam propria aculeos suos amittit, amor civis in civitatem suam reducis non extinguitur, sed novo ardore de illa bene gerendi inflammatur.

§. CXII. Posterius comminorum genus, (§. 111.) quod ex aliorum singulari favore, studio, factis percipitur, praincipue ad sex capita revocari potest:

- 1.) Accessus facilis & jucundum cum aliis consortium, hoc est, cum nulla malevolentae, contemtus, dissidentiae significacione conjunctum;
- 2.) Rerum & operarum venalium, aut communari solitarum, commercium liberum;
- 3.) Beneficentia;
- 4.) Veri, quod scire nostrum interest, communicatio;
- 5.) Honos;
- 6.) Arctior cum quibusdam conjunctio ad quod-dam peculiare bonorum genus communibus viribus asequendum.

§. CXIII. Inter vera vitae condimenta primus refertur aditus facilis ad eos, quibus placere, quibuscum congregari ac de rebus & auditu & relatu jucundis, aliis, quas cognosci, aliis, quas cognitas in memoriam revocari juvet, de factis, de rerum sensibus subjectarum usu & causis, sine cuiusquam praesentis aut absensis offensione ac detrimento, sermones miscere cupimus. Consortium vero jucundum esse non potest, sublata inter eos, qui coeunt, omni aequalitate. (§. 110.) Ad quamquo illud accessus proprius, eo est jucundius. Repelli, flocci fieri, hoc est, tacita imbecillitatis cuiusdam exprobratione perpetuo obrui, ac propterea negligi, est aequalitati naturali adversum, ideoque natura acerbum (§. 104. 110.). Hinc blandum alloquium, & conitas praecipue eorum, qui sunt superiores, placet, oblectat, facitque, ut fidenter adeantur, ac reverenter habeantur. Tanto quisque censetur major, qui viribus praevalet, quanto se gerit submissius, hoc est, quanto magis praestantiae suae in se ipso & in illis, quibuscum versatur, molestam imbecillitatis suae cogitationem cohibet. Itaque fructus hujus consortii illis praecipue obveniunt, qui

qui predium homini, tanquam homini, statuere didicerant:

Sunt illi fructus multiplices. Animus tristis tantisper ponit cogitationem molestiarum, quibus premitur, sollicitus curas; nimis intentus nervos suos relaxat. Colloquio recreati ad labores redeunt alacriores. Eo insciis vires intelligentiae novas acquirunt, dum audiunt, dum eas, quas habent, notiones verbis explicant; dum alienis erroribus eruditii sunt cauiores. In illis consortiis ac circulis sua alii cum aliis gaudia communicant, tristia aut molesta fugiunt, joci & facetiae nulli contumeliosae aut merito ingratae condunt sermonem, & quoniam sunt signa animi haud solliciti, reliquorum, si quae sint, sollicitudines pellunt.

§. CXIV: In congressibus hominum temporis jucunde fallendi, & peregrinos cum indigenis, notos cum ignotis, miscendi causa institutis, atque in consortiis eorum; quise diutius norunt, familiaribus usitat, saltem inter populos cœtiores, est quaedam venusta humanitas. Differt ab humanitate ordinaria cuivis praestanda. Haec est alacritas animi cuicunque homini; etiam ignoto & forte obvio, sive ultiro, sive roganti gratificandi in eo, quod sine molestia aut mali cujusquam metu concedi potest; (uti errantem iter monstrare viam, lumen de lumine accendere). Inter eos autem, qui coeunt, ut aliquantum temporis una jucunde transigant, aliquid amplius usu venit: Nempe singularis animi attentio in id, quod displaceat, vitandum, & id, quod placet, faciendum exigitur, ut suavitas consortii augeatur, & nullius molestiae interventu exacerbetur. Huc spectat venusta humanitas. Est ea complexus signorum, quae consuetudo invexit, ut ex illis pateat animus ab eo, quod taedium aut dolorem cuiquam afferat, in sermone

& actionibus sibi cavendi, & id, quod aliis grantum sit audire, aut sine molestia & dispendio fieri possit, lubenter ac sine affectatione loquendi & agendi. Quanquam signa illius animi alia in aliis recepta sunt circulis, & nationes quoque in iis statuendis inter se differunt, tamen est naturalis quedam ars placendi. Haec nonnisi apud hebetiores minoris momenti est, quam ardor affectatus observandi regulas usu receptas de iis, quae hominem politiorem decent. Nunquam aut occultari potest acutioribus, aut placet affectatio. Est enim aut index opinionis fatuae, inesse excellentiam in minimis, aut effectus anxietatis, ut non tantum ingenio & animo, quantum servili ejus, quod fert usus, imitatione placeas. Assentatio autem positiva in laudatione aliorum ementita, acutioribus, qui est, laudantur ingrata, nisi a modum sit ingeniosa, ut ab ingennitate discerni haud queat. Etiam haec, simulac pellucet adulandi animus, aut contemptum humilis, aut odium subdoli, adulatori parit. Est autem venusta humanitas conciliatrix & altrix favoris hominum, quibuscum versamur, si minus perpetua, faken temporaria. Allicit & adjungit aliorum animos affabilitas, & ea potentiorum popularitas, quae nullam superbiam vel cupiditatem diminandi involvit. Auget fiduciam tum petendi opem ei, qui rogatur, non molestam, tum eam ultro offrendi. Atque adeo, dum etiam eos conjungit homines, quos nulla necessitudo ex singularibus causis nata devincit; suavitatem, brevem eam quidem ac celeriter transeuntem, veram tamen, congregatis impertit, cum contra alios ab aliis arceat austertas, ferocia, rusticitas, & quae multis infirmioribus servitute intolerabior videtur, *arrogantia*, hoc est, *superbia* aliorum contemptum rultu, verbis, factis, significans.

Arrogantiae vitium non tantum obest dulcedini
con-

consortierum familiarium, sed hominem quoque ei deditum in multa mala implicat. Est signum manifestum ingenii debilis & coequentis. Ab iis, qui viribus superioribus se esse sentiunt, ridetur, patres alienat, infirmorum odia & nocendi consilia accendit, sive in illis cernatur, quos vix mediocres, nedum aliis praestantiores, quisquam agnoverit, communi omnium contemptu punitur. Quod imprimis ei hominum generi evenit, qui sibi in arrogancia sua non constant, sed prout res sese dant, ita se humiles aut superbos, timidos etemidosque gerunt.

§. CXV. Praeter venustam humanitatem, quae ad jucunditatem congressuum pertinet, aliud institutum ab hominibus inventum est, quod eodem spectat, & deceri nomine appellatur. Haec vox multas notiones continet, quae ad unam difficulter revocantur. Universe inter eos, qui eadem societate continentur, id decorum dici potest, quod in vestitu, in publicis exercitationibus corporis, in ludis, in modo cum aliis colloquendi & agendi, in ordine, quo negotia publica & privata in singulis coetibus tractantur, consentaneum est differentiae aetatum, sexuum, dignitatis & honorum, naturae rerum, quae aguntur, graviorum aut leviorum. Sic Romae puerum praetexta, septendecim annis maiorem toga decebat. Sic infantibus convenit equitare in arundine longa, seni temporis acti esse opportune laudatorem, viris canere illud *Spartanum*; fumus.

Nomades, quoniam raris congressibus coeunt, definitione regularum decori, quo inter se utantur, vix indigent. Sed cum primum homines domicilia alii juxta alios figere & societas perpetuas facere, imperioque communi se subjecere decreverunt; observare se invicem, imitari vitaeque pri-

vatae modum ad consuetudinem plurium, quibus-
cum conjuncti erant, fingere, quique id non face-
ret, eum singularem, & vel odiosum, si superbiret,
vel abjectum & ridiculum, si esset hebetior, ducere
coeperunt. Sic paulatim consensu tacito introducta
est quaedam quasi disciplina vestitus, ornamento-
rum, modi conveniendi, colloquendi, convivia
solennia habendi, verbo in conspectum publicum
non veniendi, nec cum aliis agendi, nisi certo
quodam modo & ordine, qui & cujusque statui,
dignitati, sexui, aetati maxime convenire putatur.
Sic decorus habetur sermo senis quietus & reinissus,
& universe, ut ait CICERO, incessus, *sesso*, *accubito*,
vultus, *cculi*, *manuum motus tenent*. illud *decorum*,
quod appellamus *privatum*. Differt enim a *publico*
in negotiis inter populos tractandis usitato aut pa-
ctis constituto, vel in aulis, praecipue Europaeis, &
in collegiis publicis recepto, cuius interdum ea vis
est, ut ejus neglectus pro *injuria* habeatur, quam ar-
mis aut animadversionum severitate vindicare liceat.

Hoc loco agimus de *decoro privato*, quod prae-
cipue in colloquiis consortiisque privatis obser-
tur. Atque id nobis videtur possum esse in ordi-
ne quodam recepto signis venustae humanitas usq[ue]
introducatis in tempore & loco utendi. Immerito
omne decorum a *Cynicis* reprehenditur, quasi quod
honeste fieri potest, idem & palam coram omni-
bus fieri posse non esset dubitandum, ac quasi na-
turalis hominum aequalitas non pateretur, in dictis
& factis per se non injustis aut criminosis vel mi-
nimum libertati vinculum injici ob metum, ne no-
bis alii succenseant. Decorum (*πεπτω*) prudenter
constitutum occurrit multis molestiarum generibus,
quaes ex neglecta observatione discriminis sexuum,
aetatum, dignitatis, in consortiis oriri solent, atque
ad eo obstat petulantiae & protervitati, illi, dictis
factis.

factisque leviter alios pungenti, huic, praesertim jocis amaris conventuum jucunditatem turbanti. Obsistit *insalentiae*, quae ne illis quidem parcit, quos revereri par erat, quia dura & vel visu vel auditu ingrata ferre cogantur. Impedit, quo minus prorumpentibus subito primis animi motibus aliquis offendat alios, aut imbecillitatem suam imprudenter prodat. Cohibet *impudentiam* nihil ejus praetermittentem, quod moyeat cogitationes pudori contrarias aut fastidium, (veluti movet *obscoenitas*) (a), denique quod animum designet sui nunquam potentem & benevolentiae aliorum colligendae aut retinendae plane incuriosum.

Quo major in natione quadam cernitur morum simplicitas, & minor ingenii cultus: eo acerriores &, fere dixerim, eo magis supersticiosos observamus esse homines in regulis decori, quas semel constituerunt, inviolate conservandis, & eo promtiores in actibus ei contrariis in pessimam partem accipiendis.

Nimis anxio autem illius cultu aequa perit gratia consortiorum *familiarium*, ac dissoluta & affectata ejus incuria. Perpetua enim solicitude, ne quis imprudenter offendatur, fatigat homines, qui coeunt, non recreat, & momentum temporis, quo discedere possunt, ardenter *exspectare*, plurisve facere cogit, quam quo convenerunt.

Mira legum decori privati varietas & vicissitudo est. Datur tamen discrimen *naturale* ejus, quod prudenter inventum est, ab eo, quod secus se habet: adeoque dantur & regulae, quibus *gustus* in eo dijudicando *corruptus a sano* internoscitur.

Perfectum quippe est, in quo omnia ad finem, quem ejus autores sibi proponunt, bonum consentient.

Finis

(a) Cf. CICERO ep. ad diversos IX, 22.

H 4

Finis est perturbationis, taedii, contemtus, odii-que subiti in illis consortiis & circulis evitatio. Quamobrem illud decorum, cuius custodia minima habet molestiam, & violatio maximam, fini suo, seu consilio, quo institutum est, respondet. Recepta conversationis ratio, quae huic fini valde & manifesto repugnat, recte vocatur *ridicula*, estque *decori* nomine indigna.

Decor est habitus acquisitus in actionibus corporis (vultu, gestu, vocis sono, sermone, silentio, incessu, vestitu &c.) leges decori ita servandi, ut nulla affectatio nullumque artis vestigium appareat. Placet. Conjungit animos. Quidquid vero conjungit homines in commune commodum, illud auget causas verarum voluptatum, (§. 100.) ad eoque felicitati amplificandae inservit (§. 18.)

§. CXVI. Secundum societatis naturalis emotum est rerum & operarum, quarum commutatione homines egent, commercium. (§. 112.) Non omnia fert omnis tellus. Nec sibi quisque soli in bonis externis (§. 63.) comparandis sufficit. Communicatione itaque operarum & rerum homo hominem reddit feliciorem, sive illa sit gratuita, sive pro eo, quod datum factumque est, tantundem aut amplius reddatur.

Si par sit indigentia mutua, & pares sint vires, mutua rerum vel operarum commutatione eam sublevandi: interest utriusque, non aliter, quam sub lege, ut par pari referatur, alterum alterius indigentiae, commoditati, ac prosperitati opitulari. Inde nascitur *mercatura* quaedam *utilitatum*: quae est fons *contractuum*. Ejus commercii rerum & operarum, quibus indigemus, majori opportunitate homines montibus & maribus diremi conjunguntur, ac pretium societatum specialium, praecipue *civilium*, augetur.

Eu-

Europa bellorum privatorum procellis diu jactata, tandem restituta in singulorum finitus quiete, mercaturae & navigationi debet, quod munera naturae, per totum orbem diffusa, illius incolis, iisque fere solis, pateant. Quorum naturae artisque fructuum copia quaquaversum devecta crescit incolarum orbis Europae felicitas, modo non corrumperatur neglectu artis fruendi.

§. CXVII. Tertia societatis naturalis utilitas est spes & adeptio beneficiorum. Horum autem duplex notio est; altera ad dantem spectat, altera ad accipientem. Hunc omne factum deliberatum sibi valde proficuum in beneficiis numerare oportet, quod neque a consilio inimico ortum sit, neque instar aeris alieni per vim aut judicis auxilio ab altero exigi possit. Qui alterius benevolentiae ea, quibus quotidie fruitur, bona debet; eumne aequum est, sentire quidem, quantam illa vim ad felicitatem suam habeant, sed eorum effectorem non cogitare, huic ea omnia deberi non meminisse, nec proinde ei bene cupere, sub inani obtentu, sui potissimum commodi in largiendo rationem habuisse, aut illi largitionem operamque haud magno constitisse? (§. 165.)

Aliter beneficium interpretamur, cum quaeritur, num, qui illud dedit, vere sit *beneficus*. In qua definitione animus dantis quoque exquirendus est, tum ut *magnitudo gratiac referendae exactius definiri* possit, tum quoque ut gradus voluptatis intelligatur, quae ad dantem ex facto alii utili reddit, quaeque hujus praemium naturale est. Hoc sensu *beneficentiam* definimus benignitatem hominis perpetuo studiosi praesertim haud parvo rerum iuatum aliorumque commodorum dispendio, aut

opera difficult ac molesta alios gratis adjuvandi. Adjuvantur autem tum amotione, imminutione, liberatione malorum, tum amplificatione bonorum. Factum, in quo insunt illae notae *beneficentiae*, appellatur *beneficium verum* (quoad dantem.) Quod proinde est effectus benignitatis. Animum dantis res ipsa, modusque, quo quid datur, humanior significare potest. Major ejus gradus cernitur, cum quis non demum efflagitantibus, sed ultro illis, quos se indigere novit, gratificari non dubitat, & illos clam sublevat, quorum verecundiam oneraret aperta auxilii petitio, facitque adeo, ut hi id, quod exoptent, potius invenire, quam accipere videantur, manumque beneficam occultam tacite osculentur, quasque agere non possint gratias, eas pleniores menti infixas servent.

Ope nostra indigentibus beneficium verum *gratis* collocatur, hoc est, sine ulla postulatione, aut *exspectatione* paris, supparis, nendum amplioris remunerationis, sive ab eo, cui illud delatum est, sive ab aliis, qui ejus causa bene cipiunt. Quanam itaque re movearis, ut aliis gratis cum incommodo tuo inservias (hac enim nota discernitur *beneficentia ab humanitate*.) Praeter religionem, suavitate, quam cum tali virium usu natura copulavit.

C. CXVIII. Notio beneficii complicata ut evolvatur: partim babenda est ratio *utilitatis*, quae ex eo redundant in accipientem, partim *finis*, sive boni, quod efficiendum is, qui dat beneficium, sibi habet propositum.

Si *effectum* consideres; minus est illud, cuius utilitas percepta statim interit: *majus*, vel quod causam plurium *effectuum bonorum*, aliorum post alios existentium, alteri praefstat, vel quod *male* im-

impendentis aut urgentis causam tollit. Nullum est beneficium, & si consulo ac nocendi animo in alterum conferatur, *malefatum*, quo causa malorum ejus, cui tribuitur, augetur, aut cuius usus malum novum, idque plurimum consequentium incommodorum ferax, accipienti affert (a). Bona vero, quae largimur, non sola sunt commoda externa, sed quacvis & corporis bona & animi. Sic qui hominis corrupti errores, quorum tenax erat, exitiosos, debellavit, plus boni effecit, quam qui tenuiorem pecunia sua in re familiaris amplificanda aut in fundamentis fortunae jaciendis juvit. Denique ex eo tempore beneficii magnitudo aestimanda est, quo datum est, non ex eo, quo qui illud accepit, sic fortunam constituit, ut largitate aut opera dantis nunc non indigeat.

Si *animum* dantis contempleris, *verum & purum* duntaxat est illud, ut diximus, quod a sola *benignitate* (§. 102.) proficiscitur. Unde non est beneficus, qui cuiquam ex consilio subvenit, ut vires suas superbus ostentet; vel ut alios torqueat aut detimento afficiat; vel ut aviditate inflammatus tantundem, aut more fricatorum plus, quam dedit fecitve recipiat. (§. 117.)

Contra ex solo etiam animo & conatu aliquis beneficus judicari potest, tametsi casu factum sit, ut destinata non potuerint habere exitum.

Dolor ex eo conceptus, quod parem aut majorem pro acceptis mensuram is non reddiderit, cui profuisti, tollit *notionem purae beneficentiae*. (§. 117.) Hujus

(a) HORATIUS I, epist. I. 8. *Euprepelus*, inquit, *quicunque nocere volebat, vestimenta dabat pretiosas: beatus enim jam cum pulchris tunicis sumet nova consilia & spes: dormiet in lucem, scorte postponet honestum officium.*

jus enim nota certa est, qua a credito distinguitur, delere ex animo cogitationem de postulatione gratiae referendae, non tantum cum tribuitur beneficium, sed & postquam tributum est; honorem eo magis habere gratae menti, quo minus desideretur, neque unquam accusare ingratam, nisi haec exprobatio sit genus necessariae defensionis.

Quem ingratis profuisse poenitet, is, quam per se suave sit, beneficium esse, numquam sensit. Quam dulce est, iis se viribus praeditum sentire, quibus adhibitis ejus fortunam crees, qui sine te ignotus, imperitus, aetumnosus, societati parum utilis futurus erat! An unquam insuave esse potest, semina jecisse, quorum multos flores videoas, & nullos fructus carpas? Cur ingrato homini, si per eum aliis inservire queas, profuisse magis dolueris, quam consolere posteris, qui post aliquot aetates ne quidem te extitisse sciant, aut meminerint? (a).

§. CXIX. Nequa vero quilibet benignitatis (§. 102.) impetus cum felicitate generis humani consentit. *Imprudentia*, id est, vitabilis in effectibus actionum prospiciendis ac ponderandis coecitas, in beneficiis collocandis recte in imbecillitate ponitur.

Quo

(a) Alter SENECA de benef. IV, 27. Quomodo male filiae consulit, qui illam contumelioso & saepe repudiate collocavit; quomodo malus paterfamilias habebitur, qui negotiorum gestorum damnato patrimonii sunt curam mandaverit; quomodo dementissime restabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum spoliatorem: sic pessime beneficia dare dicetur, quicunque ingratos eligit, in quos peritura conferat. An semper peribunt quae dedit? Rectius dixit d. I. VII, c. ult. non est magni animi dare & perdere. Hoc est magni animi, perdere & dare.

Quo numero est a) factum, quod a *bonitate*, siue ardore alteri opitulandi, profectum nocet; (§. 118. 134.) b) omne factum, quo quis alteri ita subvenit, ut se viribus, sibi ipsi, vel ad maiorem plurium utilitatem, necessariis privet, veluti cum profuse dando fons benignitatis necessariae ex-
arescit.

Quamobrem minus recte inculpatur, haud libe-
raliter egisse, qui consideratis & ad calculos revo-
catis beneficii, quod rogatur, effectibus, majori
& vix reparabili incommodo suo renuit exiguum
aliorum commodum redimere. Neque culpandus est,
qui iis suppeditandis, quae sibi quisque suopte stu-
dio praestare posset ac deberet, alienam pigritionem,
impudentiam, pervicaciam, superbiam, ales
recusat. Liberalitas non est aestimanda ex deside-
rio operi alienam efflagitantium, sed eam praestan-
tium incommodo & animo.

Faciles ut sint homines ad beneficia tibi tribuen-
da; fac, ut persuasum habeant, sibi suave, & aliis
praeter te fructuosum fore, ubi te adjuverint,
te vero dignum, qui juveris.

§. CXX. Ex his aestimari potest magnitudo
beneficentiae. Venit in eam computationem
prudentia cum in dignoscendis & dimetiendis bonis,
quae in alios conferuntur, tum in personis de-
llegendis, quibus tribuuntur. Venit quoque virium
adhibitarum & jacturae, quae alterius causa facta est,
magnitudo; venit alacritas, qua quis auxilio egen-
tem, vel rogantem, vel ultiro, non contumeliose
aut superbe adjuvit. Neque in aestimanda magni-
tudine beneficii praetermittenda est liberalis quae-
dam oblivio ejus, quod alteri collatum fuerit. Tandem
quo enixius quis optat, ut is, cui collatum est be-
neficium, ex cogitatione de gratiae relatione ne-
levissi-

levissimum quidem dolorēm concipiat; eo est liberalior.

De magnitudine aut exiguitate beneficii constare debet; ut accurata gratiae referendae dimensione fieri possit, de qua (§. 165.) exponetur.

§. CXXI. Quartus societatis naturalis fructus est major opportunitas comparanda cognitionis utilis: (§. 72.) Haec, cuius studium euīque insitum est, adolescentes virosque mellea dulcedine impertit, ac rugosam senum frontem explicat. Qua ut jucunditate, brutis animantibus negata, frueremur; infantes recens natos natura conjanxit eum adultis, ut ab his discant sapere & fari, adultos vero cum adultis, ut dum singuli laborant verum exquirere, in consortiis alii aliorum sunt doctores etiam insciis. Veritatem quaerendo & errando fecerunt majores, ut non errent posteri. Sæpe fit, ut natus aut paucorum ingenia multis hominum millibus lacrima per longam seculorum seriem praeferant.

Sed num omnis cognitio est salutatis; quae videtur & avide expetitur? Non semper alterius vere interest, nosse quid altet sciat, quid judicet, quid cupiat fieri, quidve facere cogitet. Igitur nec quaecunque ignorantia, nec quilibet error nocet; quamvis ille, qui quid scire velit, aegre ferat, suae sciendi cupiditati non satisficeri. Alia rerum possibilium & existentium factorumque humanorum ignoratio ad feliciter vivendum perpetuo est necessaria; nempe qua submota ab utiliori cognitione adquirenda vel utenda prohiberemur: cum v. c. pluribus intentus minor foret ad singula sensus. Alia certo tempore utilis esse potest, v. c. per quam impetus malae actionis impeditur, aut qua sit, ut commotionis jam effervescentis aestus non augatur. Idem de errore tenendum est. Salutaris est error,

tor, quo quis a vitio, delicto, aut quovis consilio sibi aliisve noxio & regulis moralibus contrario retrahitur.

Ex his colligi potest, quousque illi argui possint, contra naturam egisse, qui, quid sentiant, studiose occurant, vel qui simulatione, dissimulatione, false sermone, vocumve ambiguitate artificiose quæsita, aliud agunt ac dicunt, aliud cogitant, & hoc modo aut errorem gignunt, aut ignorantiae alienæ ulro vel rogati haud medentur. (§. 159.)

Fallere significat aliquem consulto in errorem inducere. Hoc nunquam est faciendum maligno animo, neque inquam temere, ne qui in rebus tantummodo levissimis alios fallendi consuetudinem asciverit, ille fidem sibi apud alios, summo suo & aliorum incommodo, in magnis abroget. Neque licet fallere cum, cui fides data est & dari potuit, id, quod scias aut sentias, ingenue dicendi, quicquid inde incommodi ad rogantem perveniat. (§. 130.) Sed si vere inter sit alterius, id ignorare, quod exquirat, aut ad tempus in errore versari, nec possit ejus morae silentiive impatiens animus alio modo ab intempestiva & aperte noxia per vestigatione dimoveri; num habet, de quo queratur, cum ab eo, quem urget, fallitur, non ea mente, ut detrimentum ei importetur, sed ne hoc sibi ipsi aliisve afferrat, neve dolore magno & infructuoso afficiatur?

§. CXXII. Ex quo consequitur, ut detum is sit apertus & candidus, in cuius animo inest facilitas, ea animai sensa lubenter, vere, prudenter, & cum opus est, ulro explicandi, quæ scire alterius vere interest. Hinc 1) est alienus a consilio praedandi ex eorum inscitia, qui non fuissent decepti, nisi bona fide secum agi credidissent, ideoque vitabit reticentiam sibi quaestuosam, aliis vero nocentem.

Pro-

Proinde quibus beneficium tribuere debeat, (§. 119.) ex eorum imprudentia aut errore lucrum, quamvis in ea, in qua vivit, societate, permisum vel impunitum, non captat, sed aversatur (a).

2) Homo apertus & sincerus tam est aversus a stupida garrulitate, quam a bruta quoqueunque loco & tempore mentis significandae ferocia. Fugit 3) suspiciosam taciturnitatem vel cum affectatione singularis prudentiae conjunctam, qua jucunditatem consortii aufert, eosque offendit ac lacescit, quorum vel probitati vel prudentiae sine probabili causa diffidit.

4) Fugit ac detestatur falsum animum, hoc est, simulata ingenuitate aut amicitia sibi apud alios fidem faciendi perpetuo studiosum. Ex qua fraude natus error quo deceptis est nocentior, eo tetricior est, quae eum genuit, vescutia. Sic qui simulata benevolentia scire volunt arcana domus atque inde timeri, aut quai menti alienae expiscandae operam dant, ut tutius & efficacius inc'autorum consilia distractent, mala augeant, mentem flestant; ut male sibi consulant, illorum malitia longe major est, quam eorum, qui ut grati sint illis, quibuscum congregantur, laudant eorum dicta & facta, quae taciti rident, non ut malum ipsis inferant, sed ut risu executiant sibi.

Placet prudens simplicitas, non solum quia prodest, sed & quoniam demonstrat fiduciam virium, cuius effigies per se habet aliquid jucundi, & cuiusvis aestimabilis videtur. Neque enim simplicitas est propria minutorum ingeniorum. Omnino in eundem hominem convenit ingenium simplex & magnum, quod in futurum longe prospiciens novit vias

egi-

(a) CICERO. de Offic. III, 12.

legitimas efficiendi, ut tandem bona in recto trahente permanentis causa triumphet.

§. CXXIII. Quintum inter emolumenta societatis naturalis locum adsignamus honori. (§. 105.) Is quidem ut vera mentem voluptate impertiat, exigitur 1.) ut sit verus, & 2.) ne nimis ardentiter, neque 3.) unice, (§. 80.) aut primario (§. 17.) expetatur.

1.) *Verus* sit oportet. (§. 124.) Proinde necesse est, ut in homine ejus appetentia id insit aestimabile, ob quod ei honor tribuitur. Aestimabile est, quicquid hominis, tanquam entis corpore & animo a brutorum genere distincti, vires singulares earumque usum sapientem demonstrat.

Hae vires aliae sunt *naturales*, aliae harum usu ab homine acquisitae, quas vocamus *morales*. Hae quo sunt & maiores & cum felicitate generis humani coniunctiores; eo, qui illas possidet, est dignior, quem pluris, quam alios minori talium virum gradu praeditos, aestimes. Praestantia corporis, opes hereditariae, & ea, quae (ut cum poeta loquar) non fecimus ipsi, utut bonorum verorum sint numero, (§. 10.) tamen in illis id aestimabile non inest, quo veri honoris motio absolvitur, nisi ut diximus, accedat illorum, ut vocantur, fortunae manerum usus sapiens, id est, regalis felicitatis humanae consentaneus.

Quis aestimet *Polyphemum*, licet viribus maximis polleat? quis avarum, qui sibi ipsi solus plaudat, cum nummos contemplatur in area? quis juvenem bene natum gloriae majorum & sui immemorem? quis *Aretinum* ingenio paeclaro praeditum, sed inter maledicos sua aetate primum? Non homo viribus, quas habet, haud usus aut abusus, sed vires aestimantur. At detractis quoque illis vi-

ribus, quas fortuna dedit, homo ob eas, quas sibi ipsi paravit, & in commodum societatis vertere studet, magni esse pergit.

Ex his patet, honoris veri majoris minorisque differimen non opinione, sed natura, niti. Hujus impulsu, non deum ratiociniis, arte, aut consuetudine efficitur, ut vires, praecipue *moraes*, quae omniū eodem gradu haud communes ad iuvanda aliorum commoda adhibentur, majori intentione animi consideremus, non sine voluptate approbemus, memoria teneamus, earum possessores ab aliis, qui paria facere non possunt, discernamus, iisve, quos pluris, quam alios aestimamus, parres judicemus, atque favore eos nostro praecipuo complectamur.

Crescit haec aestimatio pro gradu virium, quibus eum, quem honore dignum judicamus, esse praeditum observamus, pro difficultate eas vires adipiscendi & conservandi, insuper pro fructibus ex earum usu natis, tum & pro ratione nostrae de his fructibus cognitionis. Porro crescit pro paucitate illorum, quibuscum venit in contentione, quem honoramus, prooque ejus haud fucata modestia.

Contra decrescit aestimatio hotminis, cui proprium contemplatoris animum subit cogitatio, perverse eum viribus suis uti, in primis si id faciat in societatis detrimentum. Magni nobis est *Alexander*, quamdiu ejus in consiliis capiendis celeritatem, in iisdem efficiendis firmum fortisque animum, tot tantasque res decem annis gestas, & nonnulla excelsae generosaeque mentis indicia (a) subinde edita intuemur. Sed simulac eum cogitamus iacendere Persepolin, ne *Parmenionis* quidem canis parcere, *Clitum* furiosa voce ad *Philipum* &

Par-

(a) V. MONTESQUIEU *l'esprit des loix X, 4.*

Parmenionem & Attalum ire jubere, *Callisthenem* sceletate interfici cutare, sibi omnem, nullam militibus & eorum ducibus victoriarum gentiumque domitarum gloriam tribuere, ne insanam quidem apotheosin vitare, simulac nobis venit in mentem fuisse illum, ut ait *SENECA*, *latronem gentium*, admiratorem statim convellit contemtus, indignatio, horro.

§. CXXIV. Cum honoris sive veri sive *falsi* cupiditas effrenis in genus humanum mala infinita ingerat; non abs te erit, eas notiones aliquanto diligentius exuti. Verus honor est judicium verum de magnitudine virium vere aestimabilium, quas alter possidet (§. 123). Hoc judicium verbis aut factis significatum est *honor externus*. Plurium in tale judicium verbis expressum, praesertim de *majoribus viribus moralibus*, consensus appellatur *gloria*. Honos ob magnarum virium moralium possessionem naturae (enti) cuidam intelligenti habitus, & cum singulari studio ei non displicendi conjunctus, dicitur *veneratio*.

Falsus honos est judicium de alterius viribus ab errore profectum vel simulatum. Erroris illius duos sunt genera, alterum, ubi factum aliquod, aut quaedam vitae consuetudo, cum regulis moralibus pugnans laudibus extollitur, alterum, cum, quod vere in factis alienis aestimabile est, nimium aestimatur aut parum. Quod aliquando minoris, quam veritas exigit, vires alienae fiant; partim tribuendum est ignorantiae veri virium aestimabilium pretii, partim superbiae judicantis, aut nimis perfectoriae ejus, de cuius merito judicatur, observationi, aviditati quaestus ex hujus oppressa existimatione aut gloria, ambitioni, & praecipue livori. Obtrector errata alterius levissima

aequa in lance cum ejis dotibus eximiis & longa-
factorum excellentium serie ponit, & hujus ful-
gori, quo se uri sentit, umbram callide inducit,
ut minus feriat oculos. Inde e. c. intelligitur
origo frigidi illius & illiberalis de viris in bello
eminentibus judicii, idem facturos fuisse reliquos
ejusdem gradus duces militum, si parem eminen-
di locum illis fortuna obtulisset. Quae indigna ho-
noris promeriti oppressio uti vim ingeniti, quo ad
eum querendum quisque incitatur, aculei hebe-
tare potest, ita & societati valde nocet.

Non minus mali ex honore nimio oritur, hoc est,
eo, qui mensuram meriti excedit. Hic alius est
internus, qui subsistit in mente alterius dotes &
merita nimis aestimante ob inheritiam dimeti-
endi eorum praestantiam, vel ob imprudentiam in
observatione ejus, quem honorat. Alius est ho-
nos *externus*, qui signis externis menti congruen-
tibus aut contrariis profertur. Hic si non re-
spondeat *interne*, est, ut diximus, simula-
tiō *aut* dissimulatio quaedam, cui metus, vel
quaestus ex adulacione capiendi, aut cujuscunque
commoditatis cupiditas causam dedit. Talis
saepe est honos superioris lege *imperatus*; cum
certa, quibus alii alii praefervunt, signa usu
constituta adhibentur ad indicandum altiorem quasi
dignitatis locum illis tributum, qui, ut inquit Ciri-
ceron, insignia virtutis sine virtute consequuntur.
Honos turpis dici potest, qui imbecillitati, vi-
tio, flagitio habetur; estque re vera dedecus na-
turale tum ejus, cui tribuitur, tum illius, qui eum
alteri tribuit. Nam naturam rerum mutare, & ex eo,
quod natura vituperabile est, proinde propugnatum,
efficere aliquid aestimabile & gloriosum, non est in
potestate occaecatae multitudinis; non in viribus
magaciorum quidem potentiorum, quorum inter-
est,

eſt, ſua & eorum, quos ſua cauſa tuentur, dicta & malefacta ſpecioſis nominibus obtegere, & credulis proſententiis factisque bonis & egregiis venditare.

Fateor, populum diverſorum & ciuium in ſingulis ciuitatibus opiniones de eo, quod turpe ſit ac laude dignum, ſaepe a natura eſſe alieniſſimas, mutabiles, varias, ita quidem, ut quaefio de vero falſoque honore magis videri poſſit chronologica (*a*), imo topographica, quam philosophica.¹ Nam cum merita ſint facta bona a ſingulari virium contentione profecta ac ſocietati valde utilia: de hac utilitate ſaepe diſlidet magnus ciuium numerus, neque aliae cum aliis ciuitates conveniunt, in iisque dijudicandis non tantum valet ratio, quantum viſ opinionum praedictarum a majoribus traditarum. Ita fit, ut nonnunquam magnus honos iis dotibus artibusque habeatur, quas in frivolis poni oportebat, nullus veris meritis, imo ut haec non favor, ſed odium, prosequatur.

Verum ex his colligi nequit, poſſe eos, qui nonniſi falſo honori eaptando indulgent, eandem ex hoc, quam alii ex vero honore, voluptatem haurire. Opinionum commenta dies delet. Surgenti ſoli cedunt umbrae, cum de eo, quod vere praestabile, hoc eſt, generi humano & ſocietati ciuili utile eſt, philofophari incipiunt populi, cumque ſingulorum hominum facta ad virtutis normam exiguntur. Tunc in locum honoris a falſa aut fatua opinione orti ſuccedit contemtus, iſque pro diuturnitate illius erroris vehementior & stabilior.

(*a*) Quae, ut hoc utar, Romae opinio publica de gloria fuerit CICEROIS tempore, patet ex ejus *l. 2. c. 9. de offic. Summa*, inquit, & perfecta conſtat gloria ex tribus bis; ſi diligit multitudine, ſi fidei babet, ſi cum admirazione quodam dignos honore judicat.

ior. Hujus metu non potest non perpetuo *angus*, qui se plus, quam meretur, honorari sibi est conscientius. Hic laudibus undique elatus se ipsum despiciet, nisi plane obtuso sit praeditus ingenio, cuius manifesta imbecillitas per se est grave incommodum. Sic vanitatem, quae admirationem velut sibi debitam p̄ficit sine ulla dotium, propter quas se extollat, admirabilitate, ostentationem versutam aut impudentem alios inani specie fallentem, magniloquentiam invidiae aut irrisione genitricem, esse effectus & signa indubia ingenii minuti & angusti, sibique repugnantis in studio honoris; natura eorum vitiorum & effectus docent.

Ambitio est studiū perpetuum & magnum cōficiendi, ut honore (sive vero sive falso, interno aut externo) potiaris. *Stultam* appellamus, cuius, quod nulla meriti specie nititur, insulsitas manifeste apparet. (a). Haec nocet ambitioso, & non nisi vili assentatorum gregi prodest. Ab ea distingui mus *ambitionem malignam*, quae est flagrans cupiditas quibusvis artibus & malis subsidiis (*mali-rum foecundis*) honorem falsum quaerendi & tueri. Ferax vitiorum, interdum & scelerum, hoc est ambitionis genus, cum, ut cupiditati suae indomitae serviat ambitiosus, sequendum sibi proponeat dictum *JUVENALIS*; *aude aliquid brevibus gyaris & carcere dignum, si vis esse aliquis!*

Veri honoris studium naturae consentaneum quandoque in vitium, nempe in *ambitionem effrenem*, excedit. Haec est immoderatum honoris veri studium assuefactiōne conversum in primum aut unicum recte & praeclare agendi momentū.

(a) Cf. Suetonius in *Nerone* c. 20. seqq. c. 49.

Ea intemperantia, quam primum pellucet, displicet omnibus, ac meriti veri aestimationem minuit. Effecta ejus mala in *animo hominis ambitionis* sunt eadem, quae cuiuslibet *propensionis dominantis*, (§. 80.) propria autem haec, ut honore, qui expetitur, non impetrato vel impune laeso nascatur aegritudo patientiae nobili contraria, (§. 88.) noxia ad obtricationem proclivitas, solicitude ingens quamvis imbecillitatem cum suo & alieno detimento obtegendi. Accedit pertinacia magna in dictis factisque tuendis, ne is, qui nihil agit, nisi quod laudari & magnificum videri velit, sibi haud esse consentaneus arguatur. Ex quo intelligitur, qui fiat, ut v. c. retractationes doctorum hominum sint rariores, utque saepenumero illud *Pilati, quod scriptum est, scriptum est*, in rebus maximi momenti praevaleat, quasi non esset nullius naturae, nisi divinae, proprium, nunquam errare. Gloriosum est, errorem, quem confiteri necesse non sit, saltē factis corrigere, quoties id publice ac privatim expedit, tantumque habere virium, ut etiam errata sua fatenti non desit, ob quae magni aestimetur. Placet talis ingenuitas, quia est iudicium animi nobilis, & virium suarum magnitudine etiam post aliquam earum defectionem fidentis.

Ex observationibus superioribus colligimus hanc vitæ regulam: cave tibi ab immoderata ambitione, detestare malignam, contemne stultam, ne tibi nocetas & aliis; verum honorem pete moderate, ut pro sis.

Tranquilla inquam mente stude vero honori. Est adjumentum augendæ felicitatis, non tota & solida felicitas. Is, cui aliquam prosperitatis particulam negent fulmina fortunæ vel auferant, propterea non sit miser. (§. XI.) Praestat, si utrumque as-

sequi haud liceat, non honorari, quam non esse honorabilem.

At quo itinere ad honorem verum pevenitur? Via maxime compendiaria est haec, quam commendavit **SOCRATES**, talem esse, qualis videri velis; esse autem bonum & societati pro virili utillem (*a*). Modestiam paeclare agentis sponte sequitur honos; eum, a quo sicutenter appetitur, fugit.

§. CXXV. Sextus societatis a natura institutae (§. 100.) fructus est via expedita ad jungendas societas peculiares. Sunt enim infinita bonorum genera, quae nec sibi solus quisque, neque alieno auxilio comparare possit, nisi arctius cum aliis conjugatur. Natura quidem certum felicitatis gradum hominibus patefecit societate inter eos universali fundanda, sed simul plurim, quam quae ex hac nasci queunt, commodorum cognoscendorum & consequendorum facultatem illis reddit, ut, quemadmodum nata secum prosperitatis initia perficere & adaugere possint, inquirant, & jungendis voluntatibus suis ac viribus quaesitas vitae jucundioris accessiones assequi laborent. Hunc naturae ductum, hanc commodi sui perspicientiam, secuti ineunt societas peculiares maiores, minores, magnorum aut exiguum bonorum procreatrices, in breve vel longum tempus, vel in perpetuum. Hujusmodi societas peculiares

(*a*) **CATO** (ait **SALLUSTIUS** in bello **Catilin.** c. 54.) non divitiis cum divite, non factione cum factiosis, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum abstinentia innocentia certabat; esse, quam videri, bonus malebat; ita quo minus gloriam petebat, eo magis eam assequebatur.

res definimus duorum vel plurium conjunctiones ad aliquod bonorum genus, quod sibi proponunt, communibus viribus secundum eam, in quam consenserant, normam obtinendum. Insunt in ea definitio-
ne haec notiones: 1) bonum aliquod communis con-
fensu electum, ad quod socii connituntur. Id vo-
catur *bonum societatis commune*. Est illud positum
vel in bonis corporis, aut animi, vel in rebus ex-
ternis conservandis, acquirendis, administrandis,
recuperandis, prout sociis placuerit.

Hi 2) conjungunt vires suas, quibus idem, quod
quaerunt, bonum assequantur. Quae conju-
ngatio eo spectat, ut partim suis quisque actioni-
bus illius boni communis adeptionem non impe-
diat, partim ut in eo efficiendo partes quisque
suas impigre obeat.

3) Bonum *commune cum societati* sit proposi-
tum; sequitur, ut suam ejus partem socius quis-
que habere cupiat. Prodesse, seu commoda exter-
na afferte, paucis aut pluribus per detrimenta irre-
parabiliae aut perniciem reliquorum, non censem-
tur esse mens eorum, qui coeunt. Societas, quae
vulgo vocatur *leonina*, haud est societas, sed vis
valentioris in debiliorem.

4) Quicquid boni quisque sibi, salva fide so-
ciis data, parare potest, quoniam in eo conse-
quendo laborans ei, quod sibi proposuerunt so-
ci, bono non obseruit, illud appellatur bonum
particulare, seu *cujusque proprium*, propterea quod
illud sibi quisque non tanquam socius, sed tan-
quam homo liber, nullo, ne id quaerat, societatis
vinculo prohibitus, praefstat.

5) Naturae societatis repugnat, unum alterum
ve socium querere lucrum aliquod cum damno
societatis, hujusque viribus ad tale propositum con-

sequendum abuti. Uti bonum societatis non debet esse contrarium bono particulari, sic nec hoc illi.

6) Subsidia, quibus socii utuntur ad id, quod sibi proposuerunt, obtainendum, legitima sint opportet, hoc est, regulis moralibus non contraria, ne eo, quod volunt, impetrato plus sibi aliis-ve mali, quam emolumenti, afferant.

7) Ad ea subsidia refertur norma communis, ad quam socii actiones suas dirigunt. Haec appellatur lex societatis, quae vel ex hujus natura perspicitur, vel pacto sociorum singulare statuta & prescripta est.

Ex quibus appareat, qui fiat, ut aliae ab aliis societas peculiares discrepent, non tantum sociorum numero, diuturnitate temporis, in quod fiunt, aut perpetuitate, sed & propositi, ad quod collineant, ambitu & nobilitate, ac subsidiis. In his eligendis nisi etiam illae, quae idem habent propositum, ab aliis different; (e. c. *informa impedita*) quandoque sibi ipsis non constarent.

Regulae, quae singulorum sociorum actus ad bonum commune dirigunt, vel unanimi, vel unius, vel paucorum, pluriumque ex voluntate statuuntur. *Aequalis* dicitur *societas*, in qua omnium sententiis decreta fiunt. Coetus, qui multis ex hominibus constat, isque diutinus aut perpetuus, non potest esse coetus perfecte sapientum, qui ad unum omnes paribus intelligentiae & bonae mentis dotibus praediti semper videant verum, neque unquam velint aliquid, nisi bonum. Quae ingeniorum humanorum infirmitas cum non possit prudentes latere societatis fundatores; concludere solent, sua ipsorum interesse, ut in negotiis communibus regendis consentiens singulorum voluntas pro lege non semper habeatur. Exinde nata est divisio societatum in *aequales* & *inaequales*. In his penes alios est facultas

tas statuendi, quid rationi boni communis conveniat, quae appellatur *imperium*, & ea, quae statuta sint, etiam ab invitis per vim exigendi, quae dicitur *potestas*; penes alios vero, et si reliquorum decretis parum contentos, est *obsequium*. Ingenium humanum in commoda sua, praecipue *externa*, intentum quam plures id genus consociationes invenit. Cunctae videntur referri ad duas posse, *publicas* & *privatas*. Hae plerumque eo consilio ineuntur, ut voluntate aut obitu eorum, a quibus sunt initiae, solvantur; illae, ut continua novorum sociorum substitutione in locum eorum, qui defecerunt, fiant perpetuae & aeternae, utque adjunctam habeant potestatem aliquam maiorem aut minorem coetus totius in singulos socios, naturae ejus, ad quod efficiendum spectant, boni consentaneam & adstrictam.

Perfectio societatis cuiusque est consensus institutorum, quibus utitur, & studii singulorum sociorum cum bono communi. Perfectionis illius gradus aëstimatur ex propositi communis amplitudine ac nobilitate, & ex adjumentorum illi assequendo inservientium prudenti delectu, porro ex momentis ad voluntates fleetendas efficacibus & perpetuo vigentibus, ne quis in consiliis capienda suum communi commodum opponat, denique ex concordia, hoc est, alacritate communi & constantia subsidiis communiter electis utendi, ut destinata perficiantur.

Nullius societatis, *parvae* aut *magnae*, administratio plane vacat incommodis: optima est illa, quae minimis urgetur. Quae vero haec est? In qua plurimi socii vera societatis commoda perspiciunt, & paucissimi sua a communibus divellere cogitant, nedum caeteros, ut ambitionis, avaritiae, aliarumque cupiditatum suarum
vi-

vitiosarum ministri siant, fraudulenter aut **violen-**
ter adigere audent.

§. CXXVI. Ex privatis societatibus *perpetuis*
duae praesertim sunt *eximia* vitae *prosperioris* *ad-*
minicula, *amicitia* & *conjugium*.

Amicitia est gradus summus benevolentiae inter
duos intercedentis, ex magna propensionum con-
fessione, vel & ex stabiliori utilitatum, aut peri-
culorum, communione ortus. *Vera*, hoc est, *alma*
verorum magnorumque honorum (§. 10.) *genitrix*,
non est ea omnis, quae valde fervet, aut quae tem-
pore haud *exiguo* conservatur, sed qua, qui sunt,
boni, hoc est, regularum vitae naturalium tenaces,
ad felicitatem mutuam communiter fruendam &
amplificandam connituntur. Nam vix fieri potest,
quin, quae malefaciendi causa jungitur amicitia
(*fatio*), illa desinat in contemnū & odium, simu-
latque unus eorum consiliorum particeps erroris aut
pravitatis suae magnitudinem & effectus persentiscit.

Amicitiam veram in bonis vitae praecipuis ha-
bere, non est indicium *exiguæ* firmitatis & mi-
nutarum virium, ut sibi persuadent, qui repudiato
hoc tanto vitae beatæ adminiculo, velut infra
se posito, viribus suis nimium confidunt. Neque
suavitas, quam parit amicitia *vera*, bonum est
exiguum, ut putant, qui in opibus, in domina-
tione, in voluptatibus abdominis, bonum sum-
mum ponentes, suum gaudium gaudent, alienum
non curant, suaque felicitati decedere putant,
quiequid amici causa scirunt, veluti cum in socie-
tatem molestiarum ei occurrentium veniunt. Hi
certe voluptatis subtilioris sensum amiserunt, quam
vinculum caritatis maximum æque in adversis atque
in secundis rebus habet. Potius constans & perpetuus
hujus necessitudinis cultus est signum ingenii perspi-
ca-

cacis, ea jucunde vivendi adjumenta, quae natura parca manu dedit, cognoscentis, justo ac majori ob rafitatem pretio aestimantis, & ardenter amplectentis.

Fida est amicitia, firma, veri & dicendi & audiendi cupida, verecunda, adjutrix virtutis. In nullius fraudem conspirans, ob sordidum lucri certamen numquam rixosa aut frigida, nunquam suspiciosa, semper aversa a veteri vitae regula, *amantquam esurus*, ac ne supremo quidem divisa die funeri superstes perennat. Neque ejus, quae dissolvitur ante mortem, poenitere innocentem potest. Hic defectionem hominis, cui totum se dererat, merito dolet, non ulciscitur, nec magis amici, qui fuit, quam cum esset, sit proditor.

Quousque patet fiducia, quam in amici fide & efficacitate merito collocamus? Quid ei negari fas est, quidve nefas? Arcta haec copula non exvertit prudentiam, neque hue spectat, ut nimia indulgentia sibi noceat amici, sed ut dando negandoque sibi profint. Non quaevis benignitas prodeat. (§. 119.) Neque amici voluntas, nec nostri erga eum amoris impetus facere possunt, ut rerum natura mutetur, & quae huic adversantur, ea siant boha, quoniam amici causa peraguntur. Huic recte negamus, quod quemvis hominem homini non concedere immutabiles felicitatis humanae regulae jubent. Illud praestemus, quod ei etiam cum incommodo nostro haud denegari, generis humani interest.

§. CXXVII. Cum coelibatus paucis conveniat, vaga Venus nulli: natura vim amoris & amicitiae conjungit, ut mas & semina individuum utriusque fortunae societatem contrahere non dubitant; quae appellatur *matrimonium*.

Virum & uxorem, si naturae vera & amplissima hominibus bona commendantis vocem audiant, non

non coeca libido, non luxuria, non avaritia per-
moverint; ut hac firma societate conglutinentur;
illae causae dum corpora jungunt, distrahunt animos.
Illi demum hae conjugē vera caritate coalescunt,
qui se diligunt, hoc est, perspectis animorum dotti-
bus sē magni faciunt. *Perpetua* est ea societas. Ad
certūm tempus inita non magis est matrimonium,
quam pācta in diem certum amicitia. Amator ad
tempus, amicus perpetuo amat. Atque ea perpe-
tuitate efficitur, ut tum augendae illorum, qui hoc
arctissimo vinculo conjunguntur, felicitati apprime
inserviat conjugium, tum ut genus humanum, eo
subsidio, ac per educationem diligentem rationis, doni
illius divini praestantissimi, usus propagetur. Utro-
que hoc nomine gratum esse Deo, ac divinitus insti-
tutum dici posse, ex illis patebit, quae de consiliis
divinis in via felicitatis humanae ordinata exqui-
tendis infra (§. 177.) disputabimus.

Non unicus illius finis est sobolis procreatio & edu-
catio, sed & mutuum spectat vitae adjumentum. (a)

Utrum rectum ac sapiens fuerit eorum consilium,
qui nuptias contraxerunt; non ex eventu, sed ex
spe probabili aestimandum, quam de incrementis
mutuae felicitatis habuere conjuges, cum hanc in-
dis-

(a) V. pracepta XENOPHONIS *Oeconom.* VII.
De coniunctione animorum, quae inter virum & uxori-
tem Romae fuit optimis temporibus, v. COLUMEL-
LA de *re rustica* I. XII. praef. De Germanis refert
TACITUS de M. G. c. 19. nemo illic virtus ridet:
nec corrumpere & corrupti seculum vocatur. Melius
quidem adbuc eae civitates, in quibus tantum virgines
nubunt, & cum spe votoque uxor semel transigitur.
Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus,
unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupi-
ditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimo-
niū ament.

dissolubilem conjunctionem devincirent. Omnis actio bona, cuius eventus partim a fortuna penderet, parit effectum necessarium (§. 39.) animi se ipso contenti, sibique nihil exprobrantis, si spes boni successus eo tempore fuit probabilior, quo, quid ageretur, deliberatum fuit, quam metus exitus improsperi, prudentiam omnem aut vires humanas superantibus. (a)

§. CXXVIII. Expositis commodis, quae ex societate naturali in singulos derivantur, restat, ut nec mala eam comitantia, modumque illa effugiendi, tollendi, leniendi, praetermittamus. Haec vel 1) ex alienis, vel 2) ex propriis ejus, quem preiunt, factis nascuntur; vel 3) sunt mixti generis.

Ad quod tertium genus referri debet contagio, quae ex corruptis eorum, quibuscum vivendum est, moribus originem dicit. Nam in quavis morborum moralium propagatione pattim illi peccant, qui corrumpti, partim illi, qui corrumpuntur. Depravatio morum; quibus societas quaedam infecta dicitur, est colluvies quaedam principiorum moralium, seu regularium vivendi, a pluribus, aut saltim ab iis comprobatarum, quorum facta & judicia plurimum auctoritatis habent, quaeque proinde imitatorum ardorem ac numerum augent. His principiis multi socii a cura suorum aut societatis commodorum avocati adducuntur, ut nihil eorum, quae non puniuntur, vituperabile, aut sibi non permisum, dicent. Huc pertinet, praeter intemperantiam libidinis cum suis effectis, religionis omnis irrisio, & Egoismus Moralis (§. 154.). Gradus major huius

(a) Biantis argumentum refellit A. GELLIUS N. A. V. 11.

jus depravationis est; cum quaelibet, ut ait TACITUS, *vitia ridentur*; maximus, cum homines conspicui illis gloriantur.

Primum, quod memoravi, *malarum genus*, vel 1) a maligno proposito (*dolo*) proficiscitur, vel 2) ab imprudentia, (*culpa*) seu neglecta intentione animi in ea evitanda, quae aliis noxia fore praevideri potuit, vel 3) accidit casu magis, quam alterius voluntate aut imprudentia. *Casus* hoc significatus est eventus, quem praevidere, vel avertere is non potuit, qui in actu quodam legitimo versatus alteri nocuit.

Dolus alias dicitur *directus*, cum quis id ipsum malum alteri confecit, aut conficeret cogitat, de quo hic queritur; alias est *obliquus*, cum quis pro malo, quod inferre voluit, diversi generis malum praeter expectationem infert; v. c. cum, qui verberare voluit, praeter opinionem verberibus adversarium occidit.

Incommoda quounque modo inferantur, vel possunt arceri & sarciri, vel medelam respuunt. Avertuntur prudentia, repelluntur defensione, reparantur satisfaktione. Adversus caeteras *acrumnas*, quibus resisti aut remedium adhiberi non potest, recurrendum ad patientiae. (§. 88.) & fortitudinis (§. 86.) robur. Solatum peti potest ex cogitatione majorum vitae commodorum, quibus ab quasdam acerbitates intervenientes carere nolis, & quorum pretium minus evitabili quarundam molestiarum intercursu quandoque intenditur.

§. CXXIX. *Genera malarum*, quae alii aliis dolor, aut culpa (§. 128.) important, sunt *duo*. (§. 131.) Primum oritur ex factis, quibus alii aliorum bona IV. aggrediuntur, quae JCTi nomine *sui comprehendunt*: 1) *vitae* & *corporis incolumentem*

tem 2.) libertatem extēnam, (§. 142.) 3.) rerum possessionem & dominium legitime acquisitum, denique 4.) id, quod alter alteri ex pâlo debet.

Arbitriam & privationem possessionis horum quatuor bonorum & impeditiōnēm in libero eorum usū, invito eo, ad quem pertainent, factam, appellamus laeſionem, injuriam, (vīm nefarīam, significati vociis latiori.) Malum ex laeſione ortum dicimus dānum. Idque esse duplex, ex definitione nostra patet. Alterum est positum in ereptione aut diminutione eorum bonorum, alterum in usū eorum libero violenter impedito.

Nolle naturam, ut homines sibi dāma mutuo inferant, apparet tum ex stimulo insito defensionis, tum ex eo, quod actus violentos, quibus haec quatuor communia hominum quasi sacra impetuntur, magnum & commune odium invasoris, veluti hostis communis, celerrime consequatur. Tum enim suam rēm agi, suum hoc esse periculum, insita quadam sympathia adacti putant cuncti, indignantur, fremunt, ad vim & arma proclamant. Plebs Rōmanā cum audit, in senatu, in loco sancto, intererūt esse Caesarem, nondū faces importat conjuratorum aedibus. Perosa dominos non vulciscit caudem viri magni, quenq; suspicio affectati dominatus adduxerat in invidiam. Sed simulac recitantur Senatus consultat, simulac plebs audit testamentum Cæsaris, simulac videt vestem, quam monstrat Antonius, cruenta vulnerum vestigia ante oculos constituentem, inflammatur, non dominum, sed insidias, vim, locum caedis, ignobilem impetum, patrem sibi nefarie ereptum cogitans, nulla spē lucri, sola indignitate facti permota, exercitatur percussores, insequitur, poscit ad supplicium, n̄c ponit modum furori.

In primis quod ad violatam promissionis fidem at-
X sinet;

tinet, inest in homine naturalis quaedam intolerantia alieni ludibrii. Hoc acres doloris morsus relinquit in animo, cum ejus, qui fallitur, tum spectatoris. Vix quisquam se tenerè potest, videns bona aliorum fidei petulanter ac maligne insultari.

Praeter insitum homini odium fraudis & violentiae, ratio *sancitatem* horum quatuor bonorum ex effectu necessario concludit, quem eorum precaria & lubrica possessio habitura erat; nempe *societas omnis eversione*. Nihil ad hanc expetendam, sublata illa functitate, alicet homines. Fugerent turbulentos ac viribus suis praefidentes, quos improbitas & spes praedae ac dominatus ad quidvis audiendum incitaret; majusque pretium statuerent tranquillae solitudini, quam infidae communitati. Quid enim cum hominibus vivendo lucrarentur? Interirent, aut prae metu sensu[m] molestiatum, quae ex laedendi licentia provenirent, vix sentirentur societas naturalis commoda (§. 112.). Studiū earum felicitatis partium, quarum adiectione vitam placidam deposita, inter Homines sibi perpetuo insidiantes redderetur non posse.

Igitur aut salva & inviolata haec bona cuique esse oportet, aut *bella perpetua* nascentur, horrida bellicosum adversus omnes. Placet naturae primum, quia detestatur extremum. (§. 108.)

Concludimus, sive ejus, quam natura inter omnes instituit, sive ejus, quam quidam homines fecere ipsi, societas basin esse quietem (securitatem). Haec vera est status hominum congregatorum, quibus ab aliena vi arbitaria nullus dannorum metus probabilis aut perpessia irreparablis impendet. Ad hanc quietem tuendam, hoc est, ad naturam quatuor bonorum, quae indicavimus, explicandam, & ad subsidia, quibus illa & defendi possunt & recuperari, exponenda spectat jurisprudentia universa, cum naturalis tunc cunctis, ut (§. 263.) explanabitur.

§. CXXX.

S. CXXX. Adversas damna (§. 129.) inferenda aut illata non semper precessit alteratio sinis valent. Nullum ab quoque remedium efficax fuerit, nisi hoc sit ut vis sufficiens vim illatam reprimat. Vim hoc loco cum Hoc interpretamur aggressionem vitae & corporis, libertatis, possessio-
nis & dominii alieni, denique denegationem ejus, quod alteri ex pacto debetur (§. 129). Usus virium physicarum ad taliem vim alteri faciendam, hoc est, ad unum de quatuor illis bonis, aut saltem ad hanc unum eorum usum alteri adimendum, appellatur *actus violentus*. Metus vel unum de his quatuor bonis, siendum ea omnia, perdendi, terreni ea violare sapientem, ut ab incepto desistat, aut adgit, et cum violacionem, ut nocere desinat danda satisfactione. *Sarmatiam a Germania quondam*, inquit. *T A C I T U S*, separavit *mutuus metus*. *Complexus actuum violentorum*, quibus damnior instans, vel ejus dati & non reparati continuo hem, avertere conamus, dicitur *defensio per se*. Natura homines societate plevinavit (§. 100.) Cum sibi semper sit consentanea non potest non eos actus probare, quibus solis tum naturalis, tum specialis ea jusque societatis eversio impediti potest (§. 129.). At vero si desint subsidia, quibus damage evitentur, aut reparentur, homines dissociantur. Igitur dum natura voluit, vitae communicatem non dirinx, etiam non potuit vetare vim, qua *vis nefaria* (§. 129.) repellitur, quoniam sine ea perit quies societatis humanae, & quiete, sublata ratio societatis ineundae & colendae tollitur.

Neque *salva hominum aequalitate*, quam natura sapienter constituit, (§. 110.) fieri potest, ut viribus suis uti liceat alteri ad nocendum, alteri non liceat ad impediendum, quominus malum cogitatum sibi inferatur, aut illatum perpetuo supersit.

De conventionibus speciatim animadvertisendum,

eos, qui has faciunt, se coactui alieno subiecere, vimque, si fidem fecellerint, se passuros spondere, ut promissa facere, vel si ea ob perfidiam servari non possint, id quod interest praestare cogantur. Vim aliena rapientis odit natura, sua defendantis aut erupta recuperantis probat, quoniam illa dissolvit omnem hominis cum homine necessitudinem, haec tuerit & confirmat.

Hujus autem coactus formido non nocet felicitati hominum, sed eos a malefacto absterret. Sit ei ingrata, qui sibi quidvis licere velit; revera ei expedit, ne se ipsum malo vero impliceat. Toti societati, ne metuat, salutare est, temorem turbulenta incauti, ut deposito nocendi consilio quietem commonam haud turbent.

Est tamen aliquando vere & multo jucundius, abstinere a violenta defensione, quam vim repellere. Pone, damnum tibi impendens vel illicitum esse leve, aut tuis viribus facile reparabile, contra malum, quod tui defendendi causa illatus sis, adversario valde grave futurum, & vel omnino non, vel difficulter, reparabile. Quod bonum nos ultra negligere & perdere oportebat, ut alterius aut mala sublevemus, aut commoda augemus: illud invitis nobis auferendum aut recuperare, sed dimittere, nostrum vere interest.

Beneficus est, (§. 117.) qui tantum valet robore animi, ut & defensione ei, a quo laesus est, grave & magnum malum allatura abstineat. Demonstrat enim animum sui ipsius victoria nobilem (§. 85.), qui, ne auctor fias aerumnarum ejus, a quo dannum accepit, hoc, licet sibi valde sit acerbum, & multorum bonorum adeptionem impediatur, tolerare, quam propulsare, malit. Hac cogitatione sensum doloris ex tali jactura orti minuit, vel tollit, quoniam in se

ip.

ipso acquiescit. & aliis, qui eus sibi ipsi imperantibus nobilitatem cernunt, reveratione dignus videtur.

§. CXXXI. Praeter hoc primum (§. 128.) genus malorum, quae a vi (§. 129.) profiscuntur, datur & aliud, quod *fere ea* nocet vitae jucunditati ac progressui felicitatis. Id nobis venit nomine *incommodorum*.

His duplii modo affici possumus, 1) dum vere nobis profutura alii homines *omittunt*; 2) dum ea faciunt, quae brevis vel longinquus doloris causam nobis afferunt, quamvis IV. bona (§. 129.) numerata haud aggrediantur.

Quod postremum duplique evenit; vel cum solidi suis viribus, vel cum per alios nocent. Nocent per alios, quos eo adducunt, ut qui non facient, ei desint, vel obficiunt.

§. CXXXII. Quorum vitiorum fontes inquiri oportet; ut *remedia* reperiantur. Ut non facias, quae a te fieri alterius vere interest, saepe moveris causa speciali ad eum adstricta, a quo juvando te retrahis sentis. Sic non amas hominem; & interdum non potes dicere, quare? Obscura quaedam rationem impellit. forsitan primus ejus hominis aspectus imagines doloris aut fastidii cuiusdam acerbas, licet obscuras, quarum causa non illi, sed aliis tribuenda est, menti exhibens, hanc ab eo statim alienavit.

Non cor durum sed molle, hoc est, mentem proclivem ad gaudium ex gaudio. & dolorem ex dolore alieno capiendum, natura dedit hominibus. Id quod instinctus *benignitatis*, caeterique, qui tanquam surculi ex hac stirpe nascentur, (§. 102. seqq.), planum faciunt.

¶ Callus illi animi ex variis causis nascitor & succrescit. Nunc education ad alios negligendos ob diversum vitae genus, ob differentiam originis nobilioris aut dignobilioris; ob institutorum, morum, cognitionis, factorum dissimilitudinem, tenetos detorquet, & per totam vitam inducat. Nunc propensio cœsusque dominans facit, at eorum, quorum ope ad eam sequendam non eget, incuria, vel & contemtus, obrepant in animum. Nunc pigritia refrigerat calorem, alios iuvandi. In primis flagrans privati comodi cupiditas, omnem alienae utilitatis respectum opprimens, merentur congelari. Non rurquam vel continua afflictionum serie, vel consuetudine multos calamitosos eosque diu videndi, ardorescit animus, & tanquam ab adsuetis affici desinit, neque incalescit, nisi novum calamitatis genus, aut novus ejus gradus, qui ab adsuetis distinguere possit, ei faces subjiciat.

§. CXXXII. Faciendo (§. 13) sibi invicem nocent homines, a) caritate inepta (§. 118.) [quam SENECA bonitatem saeviam appellat]; veluti pia mater prolem suam cupit se esse ingenio & virtute priorem, & tamen nihil illi negat. Eodem numero est dominus servum manamittens, quem deteriorem fore licentia non ignorat. Par est culpa testatoris, qui prodigo, dum sciens eum sine conditione scripsit horedem, venenum largitur, non beneficium. Cor bonum, quod vocant, seu perpetuo rigore stimuloru[m] misericordiae & communicatio[n]is (§. 103.) efficientia, prodest societati, cum ad rationis normam dirigitur. Haec dignoscit do[lo]res, quos alii auferri non oportet, & gaudia, quae praestat cum aliis non communicari. Non committam, (inquit SENECA) ut passus dies, ille aman-

amando me occidit. Saepe nihil interest inter amicorum munera, & hostium vota. Sic intempestivus misericordiae aestus judicem injuste decernere cogit, cum in malum ex ea secuturum etiam dato liberandi spatio, non intuetur.

b) Insuper sibi officiunt homines quacunque significacione malevolentiae, sive nuda ea & inefficaci, sive efficaci, hoc est, in actus aliis ingratos & noxios erumpente. Etiam simplex animi a nobis alieni testificatio habet aliquid ingratii. Quae acerbitas augetur pro magnitudine virium alienarum, quibus detrimentum nobis afferri potest, & proportionum pondere, ob quas ab illorum malevolentia nobis metuimus.

Malignitas actuosa partim recta via, partim obliqua per alios, nocet.

Recta, alios vexando variisque modis enervando, vel eorum incrementis ac bonis consiliis matitiose intercedendo, vel efficiendo, ut impliciti in errores aut vitia ultro se debilitasse videantur. Saepe enim, qui suis viribus non possunt, aliorum imbecillitate valere conantur. Quo fit, ut consiliis subdolis, largitionibus, adulazione, similibusque momentis eos corrumpant, quorum progressi felicitati insidias struant, faciantque exemplis & illecebris, ut illi infidiarum incauti in erratorum pravarumque cupiditatum, ac malorum ex iis nascentium, communionem ultro ruant.

Oblique nocent, qui benevolentiam aliorum erga eos, quibus male cupiunt, refrigerant vel delent, dum hos in contemnum aut odium adducunt calumniis, suspicionibus excitandis, irrisione. Unde duplex malum nascitur; unum, dum eos, quibus insidiantur, favoris alieni fructibus privant; alterum, dum eos, quorum animos corruptos

ruptos diffidentia aut contemptu hominum vere utilium imbuerunt, ab utenda horum opera avertunt.

§. CXXXIV. Incommoda, (§. 131.) quae alii aliis afferunt, perinde ac *damna*, (§. 129.) non omnia nascuntur ex *odia*. *Odium* est dolor ex alterius prosperitate, ac voluptas ex hujus diminutione vel interitu, adjunctum habens propositum nocendi. Multa facta, quibus alter alteri nocet, sine odio oriuntura contemptus neque enim is, qui spemnitur, odio dignus judicatur. Libido nocendi saepe manat ab indigentia, a conscientia propriae infirmitatis, porro a petulantia, ab avaritia, ab ambitione, a cupiditate aliis cum aliorum detimento placandi & gratificandi, ab impetu coeco & vehementi celeritatem ingenii bonis dictis ostentandi. Sic non quaeviſ dicacitas ex malevolentia gignitur. Eum, qui in facetiis gloriolam aucupatur, conviviam, ut inquit *JUVENALIS*, *joco mordente facetum & salibus vehementem*, saepe subita quaedam mentis quasi titillatio rapit, ut jocis & imagine alienae infirmitatis ingeniſe picta primum sibi ipſi admirabilis videatur, deinde admirationem aliorum velut acuminis suo debitam, exposcat, cuius qui nullum sensum plausu risuve prodant, eos aut fatuos aut invidos judicet, illos autem, qui sibi par pari referre ausint, insolentes, quod se de possessione privilegii facete maledicendi deturbent. Sensim homo dicax venit in hanc cum aliis versandi consuetudinem, & dum falso dicendi libidine, cuius modum tenere dedidicit, aliis valde nocet, admodum purus sibi integerque vitae videtur.

Sunt alia nocendi consilia, quae indomitam bonorum aliquorum cupiditatem manifestius produnt, quam animum malignum adversus eorum possessores vel petidores. Denum, cum his cupiditatibus resistitur, odium in resistentem subnascitur. Quo facto idem

idem velle, distrahit animos, eosque vel mutuae violentiae ardore committit, vel in mutuam fraudem reddit ingeniosos.

Is cupiditatum conflictus rarer esse solet inter eos, qui in agris collocati labore, quam maledictis aut imperio in alios affectando, tempus terere molunt, frequentior contra in urbibus & cœtibus quibusque majoribus.

Nam quo major est hominum variii generis eodem loco habitantium, præcipue otiosorum copia, quo frequentiores eorum sunt congressus; eo plura desideria fere quotidie ipsa haec multitudine & arctiori coniunctione gignuntur; haec vero multiplicata rerum, quae a multis simul expetuntur, paucitate in contentionem venire necesse est. Amorem opum propagat plurimum opulentorum concursatio: ambitionem honorum & imperii incitat eorum splendor, qui illis decoribus fulgent. In primis a magnis convenientibus, in quibus negotia communia tractantur, non solet, vixque diu potest, abesse laudis cupiditas & eminendi ardor. Hoc autem saepe inflammat studium viis occultis multisque artibus merita aliena obfuscandi, vel in invidiam adducendi.

Varia insuper vitae genera, (v. c. *opifia*) quorum emolumenta a fiducia ac favore aliorum pendent, gignunt contentiones, deinde discordias. Finge præterea, concurrere homines desidiosos & inertes, qui sibi honores & officia publica quaestuosa vindicent, alios, ut nonnisi laboriosa & parum lucrosa gerant, natos esse patent; deprimunt bene merentes, ne sibi obstent, etsi eos odio non prosequantur. Verbo, opum aviditas, rei domesticæ angustæ ratio, præsumtae opiniones vel gentilitiae, vel in quadam universa societate receptae de vili aut honorifice & quibusdam necessariis vivendi genere, (e. c. abstinenti ab omni labore

quaestusario, a commercio) & familes causae facere possunt, ut homines in magnis viventes coetibus primo earundem vitae commoditatum & prosperitatem fieri competitores, exinde adversarii semet supplantare parati, tandem inimici efficaces & violenti,

§. CXXXV. Incommidis, quae ab odio nascuntur, plerumque causa subest offensionis cuiusdam (sive mali vere aut opinatio illati, sive auxiliij cujuscunque denegati) vivax & quandoque manens intimoque corde concepta cogitatio. Ad hunc locum pertinent *livor* & *aestus ultiōnis*.

Livor, seu *invidia*, est dolor animum torquens cogitationeiboni (§. 10.) alieni, quod quis vel adipisci, vel (quod est proprium *Zelotypiae*) se unum possidere, frustra concupiscit. Natura non adducit homines ad hanc aegritudinem, qua, velut febri lenta, tabescunt. Invitat tantummodo eos ad mutuam *aemulationem*, hoc est, ad studium vires alienas observandi & imitandi, (§. 98.) iisque suas exaequandi, atque adeo efficiendi, ut eminant (§. 105.), certe ut alii antecellendo eas non deprimant, quoniam ex Graecorum proverbio *occultae musicæ nullus est respectus*.

Invidia ut plurimum incipit a conatu inani patria cum aliis faciendi, & a desperatione aemulantis, quod se non idem videat consecutum, quod alium, sed alium idem, quod se. Duo enim sunt invidiorum genera; unum eorum, qui cum *Pompejo* parem, eorum alterum, qui superiorem ferre non possunt. Saepe superbia gentilitia, saepe etiam inertia inveterata ne quidem patiuntur, nasci ardorem ejus, quem invidus spectat, imitandi aut superandi. Pervadit mente invidi tanto acerbior sensus propriae infirmitatis, quanto conspicitora sunt bona, quae sibi cum aliis, non autem aliis secum, commu-

munitu esse, velut Torquetum vano desiderio status alieni cum suo commutandi. Inde provenit odium primo leve & inefficax, mox gliscens, tandem mordax, quod erupit in vehementem nocendi impetum. Vis hujus impetus augetur, quo manifestius cernit invidus, se propter impotentiam suam ab aliis neglegit, & in primis ab eo. ipso superbius despici, cuius praestantiam veram aut hominum opinione eminentem ferre nequit. Doloris vehementia ex eo intelligi potest, quod imbecillitatis suae verae aut opinatae conscientia perpetuo exerciciatur. Sentit ejus, quicum se confert, praesentis visu & absentis imagine crebro mentem suam subeunte vulnera sua refricari. Quoties illum cogitat, toties sibi displicet, nec tamen ei intentus esse desinit. Uno itaque remedio dolendi causam tolli posse putat, vel ut is, quem irretortis spectatum oculis doloris sui auctorem unicum judicat, vere fiat, aut opinione hominum existimetur debilior, vel ut removeatur. Hinc pascitur in vivis livor, post fata quiescit. Atque ut ait HORATIUS, *ut fulgore suo, qui praegravat artes extra se positas, extinxus amabitur idem.* Motus animi invidentis saepe repetiti gignunt morbum perpetuum, qui appellatur *invidentia*. Est habitus animi se ipsum excellentiae aut aequalitatis alienae cogitatione perpetuo torquentis.

Planum est, invidiam esse foetum mentis hebetoris, ultro, sine ullo fructu, semet excruciantis, proinde lignam verae imbecillitatis. Qui invidet, minor est, inquit PLINIUS. Cadebat Roma, cum, ut Caesar de *conspiracyne Catilinaria* reprimenda sententiam rogatus in Senatu dixit, Senatores non quoadmodum maiores fecerant, *imitari bonos*, sed his invidere coepissent. Sed nulla est invidia suctior & exitiosior, quam eorum, qui graviter dolent, se allis

pat

pares non esse eo vitiogum flagitiorumque genere, quod turpi coecae multitudinis errore in decorum numero habetur.

Quantum noceat hic morbus tum ei, cuius annum pervalet, tum societati; docet multitudo hominum, quos inter se commisit & enecavit, quos, ve tantaes aegritudinis impatiens consilia optimam disturbare, factiones ad eum, cui invidenter, affligendum inire, bella ciere adegit. Unde saepenumero perpetua populorum rivalium certamira, &, ut hoc utar, unde bellum Punicum tertium? non a metu potentiae alienae, non a lucri cupiditate, non a studio plus prosperitatis civibus aliena ruina comparandi, (quanquam & hoc consilium contra naturam est) sed quod altera gens alterius splendorem & opes aequo animo spectare non potest.

Efficacius & naturae accommodatus remedium bujus aegritudinis vitandae aut sanandae est, nosse vires suas, eas metiri, &, quantum fieri potest, augere; non tam cogitare, qui sint alii, quam qualem te esse conveniat; haud cogitare solos viribus superiores, sed & pares atque inferiores; denique in comparatione cum iis, quibus natura, aut fortuna, fuit faventior, nullam ponere miseriam.

§. CXXXVI. Ad sui defensionem naturalis hominem instinctus impellit, non ad unctionem. *Defendit se se*, qui malum instans vel continuationem ejus, quod illatum est, avertit. *Ulciscitur facinus*, qui vel ejus machinatori vel ejus effectori, postquam est depulsum, aut reparari non posse intelligitur, idcirco nocet, ut eum pariter dolere gestiat. *Est itaque malevolentia proclivis & prompta ad malum pro male aut struc-
tione*

aut illato rependendum. Differt ab *ira*, quae non semper ulciscendi impetum continet.

Ultio alia est prompta & praesens, alia lenta & insidiosa; haec uti *malitiae plenior*, sic plerumque nocentior. Adversus occultos enim impetus difficilior, quam contra apertos, est *defensio*.

Infantes naturali incitatione incensi malum verum aut opinatum ab aliis instans aut illatum amovere, ardenter conantur. Eo depulso contenti ponunt odium. Sed in *isto defensionis & ultionis confinio* in cupiditatem par pari referendi facile prolabuntur. Incitantur, ut hoc faciant, nonnunquam monitis educatorum, plerumque exemplis aequalium, & poenis ipsis, quibus afficiuntur, aut alios plecti vident. Cum enim poenas tempestive ac sapienter irrogatas non nisi *defensionem* adversus mala futura esse, nondum intelligent; axioma generale ex his, quae vident & audiunt, quaeque ipsi quandoque sentiunt, confessim colligunt: faciemus esse, ut qui se dolere coegerit, is vicissim doleat. Quem sentiendi modum perperam vulgus imperitum vocat *jus talionis*, idque esse *naturale* judicat.

Neque inusitatum est, etiam adultiores ultionem cum defensione commiscere, cumque malum par aut majus ei conferunt, a quo sibi nocium esse queruntur, se non vindicasse facinus, sed id tantum, quod alterius injuria sibi abesset, recuperare voluisse, sibi ipsis persuadere conentur (a).

Neque vero natura vim suam omnem *vindictas cupiditati* repugnantem (§. 51.) in tenella aetate statim amittit. Grata infantibus est ultio, quamdiu

(a) Illustre exemplum Reginae captivae, cuius corpori centurio quidam Romanus vim fecerat, commemorat **LIVIUS XXXVIII**, 24.

diu malum sibi illatum sentiunt, eamque cum *defensione* confundunt. Protidolor suscepitus fugit, malique accepiti effectus tolluntur, obscuratur cogitatio facti improbi, a quo illud provenit, language incipit odium auctoris, & tandem sensu mali acceptu plane extineto evanescit.

S. CXXVIII. Si nihil fere modo vulgus odit maleficos, bellicis vindictam; quia in illorum imago aliquid quasi hostile & communiter noxiū mentibus exhibit. At simulac sceleratorum ad poenias dandas productorū in vultus poenitentiam, ac vincula illis injecta & apparatus suppliciū in opiam virium nocendi demonstrant tacita plebis quoque commiseratio torpidatos prosequitur. Delecta malitia imagine, ac metu orni submoto, extinguitur odium nocentis. Si ab his, qui sunt corruptissimi, discresseris, pulcher ab omnibus censetur animus, quiccum tunc si posset, suo confidente rebore iughoscat; pulchritus contra videtur, & tria dolorem suum moderari nequit, re vera impotens est; qui aeternas iras fovet ac coquit. Quae impunita mortalis est conspicitor & indignior; si, qui hominem, a quo Iesus est, & offensas, quibus ne hic sum quidem de fastigio suo deminideat, contemnere possit, tantum concepto indulget dolori, ut sibi maniter insulstantem proculceret. Aquila non capiat museas. Nec quicquam est gloriosius, inquit SENECA, principe iuris pene laeso. Quam pulchra lectuque suavis, quam ad achendū imitationis stimulum apposita est laus ful. Caesaris, qua sumimus eum orator extulit. Nihil oblivisci soles, nisi injurias! Cum, ut iterum utar verbis SENECAE, ultioris contumeliosissimum genus sit, non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio; quam erat ad gratiam reconciliandā effixa illud Augusti, CINNAM (qui Pompeji M. ex

ex filia nepos erat) detecta periculosa ejus conspiratione, his verbis blandis allegentis: ex hodierna die CINNA inter nos amicitia incipiat (4): Quam egregie dictum a L. novoco XII, quem Gallia merito patrem suum vocavit: *injurias Duci aurelianensi factas non ulciscitur Rex Galliae!* Meas his factis suaviter detulsa horret responsum TIBERIU, unum, quod quidam in custodiam supplicium causa datus rogabat, beneficium, poenae maturitatem, acerbe negantis his verbis: *nondum tecum in gratiam redii.*

Undenam vindictae morbus? Multum in eo gignendo valet indoles nativa, (5. 79.) sexus, in primis educatione tum privata, tum publica, nitens praecuditatis usque inveteratis populi cuiusque opinionibus. Exempla praebent sententiae gentium Borealium de iniuriciis hereditariis, mortes per antiqui Arabum, & Judaeorum in hoc genere errores a Servatore & Apostolis notati & oversi.

S. CXXXVIII. Meditatio nitionis est plena acriis animum perpetuo fodientis & exulcerantis. Expletio ejus gignit voluptatem brevem, sed semper falsam, nonnunquam ciuiissime transeuntem in poenitentiam ac tormenta mentis continua. Nisi incolis atque militaris ratione in casu militaris ut etiam in rebus civilibus ad modicis (a) Eleganter SENECA: *Boruum principem Augustum,* & bene illi convenisse parentis nomen fatemur, ubi nullam aliam chusam, quam quod contumelias quoque suar, quae acerbiores principibus esse solent, quam iugantes, nulla crudelitate exequuntur, quod proderet in se distis sacrifici, quod dare illum poemus apparcat, cum exigeras. Haec Augustus senum, aut iam in senectute, annis vergentibus, in adolescentia coluisse, multa fecit, ad quae invitus oculos resorgerat.

Hil itaque, postquam percepta est, boni importat multum vero mali, quod eam aut necessario aut plerumque consequitur. Pro uno vulnere duo interfert. Novant ejus, cui pat pro malo mensura est reddita, ultiori tempi provocat. Is enim videtur sibi plus mali perpessus esse, quam fecit. Ac cum permulti ex se alios judicare consueverint: solus ultiōnis metus saepe efficit, ut quem offenderint, eum, tanquam hostem certum, persecui incipient. Proprium humani ingenii est (ut ait annos mille & septingentos obseruavit Tacitus) odisse, quem laeseris. Ex quo etiam cognoscitur, cur ultiō non plante expleta laederitatem vehementius, quam expleta, irritet. Excitat denique haec animi impotentia aliorum in ultorem odio. Proinde alias ex aliis iniuriciis, & eum his calamitatibus, sevens, disrumpit commune vinculum, quo homines ad se multibz juvandos natū continentur.

Nēque est, quod tutiores futuros existimes, qui mala malis rependant, quam qui ignoscendo se adversus impetus futuros muniant, quia illi saepe eorum extimescent ultiōrem, quorū vanam sine viribus defensionem contineant, ut proinde metus ultiōnis sit necessarius ad quietem societatis humanae conservandam. Etenim hujus ipsius quietis ratio contra ultiōrem valet, quoniam hanc si natura permisisset, nullus discordiarum & discidiorum inter homines terminus foret. Nam hūic cupiditati, quae instar delirii mentem perpetuis quasi stimulis ad nocendum incitat, si indulgere liceat, quis tandem ejus unquam modus fuerit? Quis exactam injuriae acceptac & mali vicissim inferendi rationem definiverit? Num ex dolore quisque suo, qui vere aut opinione sux klesus est? Nequissime is erit iudex, quem iracula torquet? An sati cognitam ejus, quem impestit,

tit, adversatij naturam habet, ut gradum doloris huic vicissim incassii ex ejus, quem ipse sentit, modo accurate definiat. An forte alii homines ejus aestimationis arbitri erunt? Qui? Extra partes positi. Hi qui erunt? Num quem doloris sui ~~aestimatorum~~ constituet is, qui injuriam accepit, quem non recusat, qui fecit? Supersunt plura momenta praeter illum *vindictae metum*, quibus reprimatur malignitas (§. 140). Certe VESPASIANUS tranquillus & jucundius regnavit, qui majestatis reis paene omnibus supplicia condonavit, quam TIBERIUS, CAELIGULA, NERO, DOMITIANUS, qui fere nulli.

Morbi, perpetuo ulciscendi studio mentem agitantis, vitandi aut sanandi remedia sunt: ea offenditionum genera, quae tolerat mens *nobilis*, (§. 130.) aut detrimentum, quod reparari nequit, reputare ut tempestatem; avertere cogitationem ab auctore ejus mali; & hujus sensum acerbum, tum studio alia sibi bona comparandi, tum iis, quae patientiae (§. 88.) propria sunt, subsidiis extingue.

Mens appellatur *generosa*, quae etiam offenditione quadam acerbissime affecta, quod prudentiae suae, fortitudinis, aut innocentiae, labore confidit, nullam vindictae cupiditatem sentit, vel subortam facile contundit. Mens *generosa* est tranquilla & plena hilaritatis.

§. CXXXIX. Rarior ultiōnis aēstu est *crudelitas*, quae ex sola malignitate, etiam nullatenus provocata, nascitur. Neque enim, quod censuit WOLFIUS, in sola vehementiori ultiōnis cupiditate subsistit. Est gaudium malignum ex gravi & vix, aut omnino non, sanguibili hominis unius plurimi dolore conceptum, in primis eo, cuius isipse, qui gaudet, auctor est. Abhorret natura ab hoc vitio, vel dicari scelere. Horreſcit animus visa vel audita immanitate, cui non est

adsuetus, in primis vero homo haud malignus, cui facinus aliquod crudele admittendum proponitur.

Hic morbus saepe oritur in prima aetate a levitate & a petulantia adversus animalia & homines. Nutritur adulorum rixis, iisque omnibus, quae efficiunt, ut cor lapidescat (§. 132.). Confirmatur opinione a teneris suscepta, vile esse aliquod hominum genus, eorumque tergo, capiti, famae, quieti si vis inferatur, nullum nefas admitti. Adde, corporis temperatione nativa ac statu ali hanc animi affectionem. Partim series actuum malitiosorum & sanguinolentorum multum & continue visa, lecta, audita, facit, ut paulatim radices agat.

Zelotypia, vindicæ cupiditas, timiditas, quæ nulla remedia periculorum depellendorum, nisi atrocissima, superesse judicat, calamitas magna & subita mentem adeo percellens, ut ea tempus inquietendi, an sit mali illius auctor, qui videtur, sibi non sumat, hæ similesque causæ inflammant furorem exquisitis aliorum cruciatibus gaudendi. In primis commune eorum est, qui se polluerunt criminibus, ut ad tegenda, quæ admirerunt, nova admittant, scelerum conscos & ministros metuant, hosque propterea in miseriam immergant, aut insidiosis perimant. Quorum clementia, qua interdum gloriantur, quid est aliud, nisi intermissio ac minor gradus crudelitatis? Tandem hoc vitium in rabiem belluina atrociorum formatæ (a). Tunc plane vilescit aestimatio sanguinis humani. Sititur. Cummodi exemplorum plena est dominicae potestatis apud Spartanos & Rōmanos atrocitas, ac bellorum,

(a) Suetonius de Caligula c. 27. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat, quorum uni valetudinem excusanti lecticam misit. Alium e spectaculo poenae opulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. Add. SENeca de Ira II, 33.

ruth, in primitis civilium, tam antiquiorum, quam recentiorum, historia. Venit ad summum crudelitas, & ultiōrem adversus saevos maxime irritat, cum non impetu aut ira, sed risu jocoque, imbecilliores omni resistendi facultate destituti excatnificantur. Spectat ex turri Nero incendium Romae, pulchritudine flammae laetus, & scenico habitu decantat halos in Ilii. Notus est TIBERII arte saeviendi praecellentis sarcasmus, qui hominem intempestive facetum mortuo cuidam, dum effertetur, insulutram, ut Augus̄tu renuntiaret, legata, quae reliquisset, nondum exsoluta esse, his solutis interfici iusst̄, ut celeriter nuntium afferret eidem testatori, hunc facta esse, quae ultima voluntate mandasset.

Quod ad effectus hujus morbi attinet, sibi ipsi vehementer nocet, qui cum aliis crudeliter agit. Caret suavitate benignitatis. Cognit a malitia sua, necessario excruciatur sera poenitentia, atque adeo quanto longius ab omni humanitate desciscit, tanto vehementius in se ipsum saevit (§. 109). Perdit existimationem & benevolentiam aliorum hominum. Detestantur crudelem omnes, etiam illi, qui sunt extra periculum positi. Indignantur, mortuo leoni insultari. Inermem & prostratum caedi, plebs infama aversatur & horret. Ex quo odio communī novus malorum crudelitatem punientium fons nascitur.

Cujus morbi societatibus perniciosi ut initii temstive obsistatur, causas, ex quibus eum oriri vidimus, & quaelibet irritamenta submovevi oportet. Idecirco inhumanum & immane gladiatorium spectaculum sapienter prohibuit Constantinus M. Facile enim fiunt crudeles, qui factis crudelibus spectandis oculos pascete adsuescunt (a). Qui fit, nisi assiduita-

(a) *Gladiatorium munus*, inquit Livius XL1, 20. Roma

tate supplicia irrogandi, ut nonnulli magistratus, teneritate cordis exuta, Draconi sicut similes, qui suam puniendo libidinem ne quidem sanguine & capitum poena exsaturare potuit?

§. CXL. Ad *damna* avertenda aut reparanda vim concessit natura (§. 129.). Ad *incommoda* (§. 131.) vel effugienda, vel lenienda, vel tollenda, haec *generatim* homini commendavit subsidia; 1) diligentem eorum, quae *offensionem* gignere possent, evitatem; 2) *necessariam defensionem*, (§. 159.) sed *non violentam*, ne mala generis humani hac *ipsa defensione* ingravescant. (§. 240.) Tertium subsidium est *mitis*, placabilis, & simul fortis animus (*a*). Fortis, inquam, animus, justaque sui fiducia elatus arectet insidias & igitur mobiles impetus, nobiles non pertimescit, ac tam firmus in rectis propositis, quam a prava obstinatione alienus, & nunquam ad eam descendens *imbecillitatem*. ut malum malo reperdat, (§. 138.) malitiam alienam frangit pudore (§. 104.) & beneficiis (§. 117). Incertus, quid consilii capiat, animus, inter indulgentiam quasvis indignitates patientem & justam elationem ad

manae consuetudinis primo majore cum terrore hominum, insuetorum ad tale spectaculum, quam voluptate dedit (PERSEUS), deinde saepius dando, & modo vulneribus tenuis, modo sine missione etiam, & familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, & armorum studium plerisque juvenum accedit.

(a) VALERIUS M. III, 7, 7. Cato vero superior, inquit, saepenumero ab inimicis ad causae dictacionem vocatus, nec ullo unquam crimen convictus, ad ultimum tantum fiduciae in sua innocentia reposuit, ut ab his in quaestione publicam deductus, Tib. Gracchum, a quo in administratione reipublicae ad multum odium dissidebat, judicem depositeret. Qua quidem animi praestantia pertinaciam eorum infestandi se inbibuit.

ad ea, quae sibi quisque & aliis debet, adversariis obmovenda enitentem fluctuans, accedit audaciam nihil in malis consiliis efficiendis intentatum relinquendi. Hanc sola firmitudo mentis tempestive malis hominibus non cedentis, sed vires necessarias impigre opponentis coeret.

§. CXLI. Supereft pars *incommodorum* ultima, (§. 131.) quae sua magis, quam aliena, & plerumque sua solius culpa, sibi aliquis in societate consciente, (§. 128.)

Haec ex duplice vitae instituto nascuntur: altero, cum quis metuens, ne ab aliis vitae suae commoditas ac prosperitas, & actionum suarum dirigeniarum ratio, nimis pendeant, ad alienam voluntatem se accommodare omnino renuit: altero, cum quis suam aliis voluntatem in majoris minorisque momenti negotiis submittendo, ultro coecus, aut timidus humiliisque verum felicitatis iter derelinquit (*cum quis nimis se reddit ab aliis independentem aut dependentem*).

§. CXLII. Dum arcto mutuae indigentiae vinculo natura devinxit homines; voluit, ut alii de aliis pendeant: (§. 110.) ingenerato autem *efficitatis* (§. 62.) ac *libertatis* stimulo simul id egit, ne nimis. Pendere ab altero is dicitur, qui partem felicitatis fate verae aut opinatae non a suo ipsius iudicio usque virium suarum, sed ab alterius voluntate & viribus, suspensam habet.

Vidimus (§. 50.), libertas quid significet psychologis, cum versantur in ordine explicando, quo anima se accingit ad deliberandum, deliberat, decerat, ac decreta sua exequitur. Exposuimus (§. 84.) majorem ejusdem libertatis gradum, qui vulgo *moralis* dicitur, in quem convenit illud Se-

necque: inestimabile bonum est, suum fieri. Aliam sententiam habet id vocabulum in vita communia inter homines societate devinctos. Hi cum de libertate sua loquuntur, usum virium suarum voluntarium per alios homines haud impeditum intelligunt,

Hoc significat quae vim habeat, ex statu ei opposito planius intelligitur, nempe ex coactu, seu necessitate agendi aut vivendi ex alieno arbitrio. Haec necessitas oritur 1) ex eo coactu, quo vires nobis adimuntur agendi ex voluntate nostra (veluti cum quis vinculis constrictus locum mutare nequit, quae dici possit necessitas *physica*). 2) Provenit a metu injecto mali alicujus gravis, positi sive in *ademptione* bonorum, quae a *natura* aut ex *pacto* habemus, (§. 129.) sive in negata adēptione eorum, quibus *crede* aut *opinione nostra* egemus, quaeque nonnisi voluntario aliorum auxilio comparare possumus; denique in variis vexationum, non aliter quam aliis morem gerendo vitabilium, generibus.

Ille *coactus directus* vocari potest, hic *obliquus*.

Ex quibus efficitur *prima libertatis definitio*. Quippe est legitima hominis facultas actiones suas non ex aliorum, quibus circumfunditur, hominum, sed ex sua voluntate regendi (h. e. agendi sine sensu seu mente coactus alieni ad id efficiendum, quod non sibi, sed aliis placet, & ad id, quod aliis displicet, omittendum). Sive est status hominis rectionem actionum suarum externarum haud suspensam ab aliorum hominum arbitrio habentis (h. e. a regulis agendi bonis aut malis invito obtrusis.) Utque libertas accuratius a *licentia* distinguitur, recte dicitur *potestas absque laesione* (§. 129.) & *offensione* (§. 131.) aliorum hominum id agendi, quod velis. Est vero *licentia*, usus virium ad alios affligendos molestiaque afficiendos. (§. 131.) aut laedendos, (§. 129.) audacter exhibitus. Oritur a spe prosperi successus faci-

facinorum malignorum & a fiduciam effugiendi vicentum vel obliquum coactum ad reparandam injuriam aut offensionem, & a spe impunitatis. Atque eam quidem sententiam, qua discernitur a licentia laedente, libertatis vocabulo subjiciunt JCTi, cum ejus jura tradunt, (§. 130).

Suus (suae spontis, sui arbitrii) est, qui plane nullas actiones habet suspensas ab alieno arbitrio. Talis vix quisquam est, nisi solivagus. Nam simul atque alii prope alios cominorari & habitare incipiunt, aut specialem societatem qualcumque, aequalem aut inaequalem, faciunt; necesse est, eos, si certi esse velint de mutuo auxilio, illis non displicere, quos sibi adjutores consiliorum suorum adjungere, aut, ne eorum fiant impedidores, adducere velint. Qualibet actione, quam mali cuiusdam effugiendi, aut boni cuiusdam per alios impetrandi causa, aegre & invitus decernas, quaedam libertatis particula deterritur. Sic quodvis decori (§. 131.) praeceptum, quod servas, ne contemnaris aut videaris ridiculus, non patitur, ut aequa sis tuae spontis, ac in solitudine, aut raro quae sitis in hominum congressibus futurus eras.

Libertatis autem diminutio varia est pro multitudine aut paucitate actionum, quibus nos cum molestia aliqua inviti ad arbitrium alienum accommodamus, pro diuturnitate aut brevitate conditionis, quas illam obsequii necessitatem nobis injicit, proque incerta cognitione status futuri, quale quantique incommodi ferae futurum sit arbitrium, cui parere cogamur.

Alia vero est coarctatio libertatis, alia, quae in hac sola a multis ponitur, felicitatis diminutio; quae res non sine magno errantium incommodo commiscentur. Nam ex illa id, quod velint alii, faciendo ac patiendi ne-

cessitate saepe nascitur eius commodum maius, cui quendam libertatis suae jacturam fecit, (veluti leges bonae, quibus civis obtemperat, ad hujus utriusque feruntur). Verum si epe accidit, ut ex obediendi & patienti necessitate is solus fructum capiat, ejus voluntati non resistatur, & ne hic quidem aliam quandoque ferat, nisi malitiosam alios vexandi voluptatem. Hoc contemptu maxima & tristitia libertatis coercitio est cancer perpetuus impensis aut parum sonis, commodorum, que ex societatis emanare possunt, valetudinis, fortunae, & plerumque tranquillitatis animi everior. Huic proxima censetur, nec tamen *sicutura* est *fortius* (*extera privata*), seu *per se* *honestus*, actiones suas *arbitrii* *et* *arbitrium* *criterii*, *quoniam* *et* *legitimus* (§. 304). *as conformari* in vicere amittere.

Hacenus de prime libertatis beneficiis cum hominibus agentium (*externis*) significatu. Est & alias more communis locutionis invetus, qui indecet genus quoddam libertatis mortali possum in conservacione ejusdem libertatis servare, quam modo definitivam, adversus iniuriam, que a communiis opinatis voluntarie servitris orientur: sed est rebus animalibus (§. §4) a pugna & luctu appetitio: ad alios, a fictis iustis, & a ceteris affectu, sibi carentibus.

Habituas (*ex antiqua voce sententia*) est imbecillitas animi ultra consistentis ad contumelias vitae externa seu suis iustis viribus parvici, seu a solo aliorum favore suspiria, levili affectu & obsequio emenda.

Ex hac duplaci libertatis, quam explicate arguenda, portione intellegitur, qui sunt, ut quoniam homines dulci, sed necessario, se ipsum esse deciderant, dum eadem tempore, quo libertatis suae sunt, et quoniam, hoc est, nisi quoniam impetu-

perare nolunt, recte appellantur servi maximè obnoxii. De cuius servitutis voluntariae origine diversoque gradu §. 147. exponetur. (a).

§. CXLIII. Ejus, quam priori loco (§. 142.) definiyimus, libertatis studium natura cuique insevit. Sentiunt ejus igniculos produntque infantes pariter atque adulti. Illi monitoribus asperi segnesque ad iussos labores, blande explicata ratione, cur aliquid facere jubeantur aut vetentur, alacriter faciunt imperata; quasi nunc non pareant jubentibus, sed sibi. Puberes saepenumero momentum temporis, quo fiant suae spontis, impatienter exspectant.

Adulti, etiam qui servitio sunt adsueti, frequentunt, simulac superblam jubentis, atque imbocillatorem & vanam suam sine viribus iram, & sibi injunctam cedendi ac parenti necessitatem cogitant, Od id ipsum imperios corum; quos non metunt, vocibus magna vi reclamant; ac bona praecepta interdum ob eam solam causam, quod aspero vocis sono vultuque minante superbe enuntiantur, magno suo & societas incommodo reficiunt. Nationes, quae sine legibus & magistratu vivunt, a miti quoque & salutari imperio abhorrent, maluntque parce ac duperter vivere, quam bonis affluere & parere.

Neque est, quod naturam sibi repugnasse putes, dum odio cuiusvis coactus & imperii, in quod non consenseris, cupiditatem dominandi adjunxerit, hoc est, aequales suos per vim aut molestias compellendi;

(a) Hereditatis spes, inquit CICERO, quid iniquitas in servienda non suscipit? quem iurum iocundissimorbi senis non observat? Loquitur ad voluntatem. Quicquid denuntiatum sit, facit... Affectatur, affidet, munitatur. Quid verum est liberis? Quid denique servi non inertis?

endi, ut faciant aut patiantur, quod velis. Damus, amorem potentiae & dominationis vehementissimum in illis saepenumero cerni, qui de libertate quibusvis viribus tuenda aut recuperanda dies non esque declamant ac quiritantur. Unde haec naturae mira quasi diversitas? Unde haec infixa in querundam mentibus desideriorum conflictio? Non a praevalida dulcis otii cupidine, ut putavit *Helvetius*, non semper a maligno aliis nocendi proposito, nec semper ab avaritia, nunquam a natura, Haec non probat indomitam & malignam cupiditatem cuiuscunque virium principatus, ex quo aliorum hominum damna & detrimenta, ac tacita status intolerabilis odia existant, Eam itaque homini haud insevit,

Nascitur ea vehemens cupiditas a variis causis, interdum ab *ambitione immoderata* (§. 125.) plerumque ab effrenato libertatis studio. Nam qui quod volunt, vehementer volunt, illi aegre ferunt, sibi resisti. Quod ne fiat, vires quaerunt, ut ex voluntate sua agere possint, & qui sibi obsistat, metuant neminem. Proinde deprimere alios laborant, ut sibi, sive aequa sive iniqua volentibus, vel non possint obniti, vel non ausint. Quemvis enim actum ei, quod efficere cupiunt, oppositum libertatis sue diminutionem esse putant, ideoque eo actu dolent, cuius doloris metu ut semel se exonerent, potentiam appetunt. Constantiores ad eam virium praepotentiam & dominationis cupiditatem capient, ac retinendam impulsus in cholericis & melanocholicis, quam in sanguineis, & in primis in phlegmaticis, insunt. Magna praecipue vis est adsuetationis, qua manens hominum indoles formatur. (§. 79.) Proles tenera, cuius imperio tota domus regitur, adeo adsuescit, fieri imperata sua, ut ad ultior summam sibi injuriam fieri putet, nisi tota vita, dominetur. Accedit eandem dominationis

avit

aviditatem spreta imbecillitas eorum, qui parere coguntur.

Caeterum insignis est utilitas stimuli naturalis, quo ad libertatem tuendam incitamus, si regatur rationis imperio. Erigit animos, ut sibi non evilescant ipsi, sed fortius resistant, si qui contra naturae consilium (§. 142.) ausint jugum invitis incutere, eove incusso sibi videantur altiores, quam ut inferiore & infirmorem aequa ac se esse hominem, & eosdem libertatis suae haud perdendae igniculos in se experiri, cogitent. Inflammatur hominem, ut sapere ausit; ut vires acquirere, ut suo niti robore, quam vires ab aliena vi pendentes ac precarias habere malit. Alacres rerum utilium inventores, solerces & cordatos errorum perniciosorum ac pravorum consiliorum oppugnatores, fortes hominum oppressorum defensores efficit.

§. CXLIV. In generatam libertatis appetitionem ratione regi portet §. 50.) hoc est, prout res secedant, ejus impetum insendere aut sedare ac reprimere (§. 52.). Regere cum instinctum significat facere, ut cum supremo felicitatis studio consentiat. Ad hoc instinctus & regulae morales omnes collineant. Num enim is, qui plena libertate utitur, omnes felicitatis numeros habet, is autem, qui non omnino sui est arbitrii, nullus? Quid si, ne cui malo impliceris, obsequio necessario impediatis in pravis consiliis capiendis aut exequendis? Quid si ad ea, quae tibi vere prosunt, facienda metu aliis displicendi commovearis? Invitus tibi consules; at consules. Sique nihil in vita hominum est ab omni parte beatum; quid est, cur malum minus in quadam libertatis delibatione positum, cui succedit major quietes & plurium bonorum verorum successio, pro interitu felicitatis habeatur? Verbo, libertas naturalis est pars

pars felicitatis humanæ, non tota felicitas. (§. 143.) Quatenus ejus diminutio nos majoribus bonis societatis & stabilioribus impertit, eatenus haec in bonorum verorum numero ducenda est:

Itaque rationis (§. 36.) munus est, inquitere hinc in effectus ingenii trucis, omnem hominis, qui alienae voluntati parere aut cedere debeat, statum detestantis, illinc in effectus illius ingenii, quod se cuidam voluntati aut potestati unius, paucorum, plurium idcirco subjicit, ut sibi & societati magis proficit. Hac comparatione facta patet, a) libertatem plenam, hoc est, omnem imperii & coactus directi vel obliqui (§. 142.) immunitatem non exigi, ut homines felicitatis sibi a natura destinatae fianc participes. b) Perspicuum est, non quamvis imitationem, nec quamlibet conformatiōnem voluntatis nostrae ad alienam, a nullius coactus metu probabili profectam, tollere libertatem, aut humilitatis nomine de honestari posse. c) Opinio firma hominis, se libertatem suam integrā possidere, non impedit, quo minus reapse cum gravi sub & aliorum incommmodo serviat. Videbimus de his distribute.

Quod ad primum a) attinet; in quavis societate speciali magna aut parva, quaedam libertatis particula singulis decedit. Prorsunt societates specialis generi humano. (§. 125.) Ergo hunc quaedam quoque libertatis delibatio expedit. Civem esse, nonne in florentissima quadam regione Europea plus aestimandum est, quam degere inter Caraibas, (§. 143.) Baravorum in America finitos, sine legibus, sine imperio, sine magistratu, viventes nisi in bello usque ad pacem? Sapientis, qui ingenio & probitate sua multum prodest reipublicae, minusne felix judicandus est, quam ille, qui ne a cujusquam potestate in negotiis gerendis pendeat, vitam otio trahigere malit?

Tri-

Triplici coactus generi potissimum subjici, hominum interest, ei nempe, quod coniunctum est cum *educatione*, quod ab *injuria*, quam alter intulit, alter accepit, quodve a *consensu* oritur. 1) Parentum & educatorum potestati natura subjecit tenellos infantes, ut vivere discant, utque simul adfuescant tempore libertatis studium, cum nocet. 2) Natura improbat libertatem resistendi illi coactui, qui in defensione necessaria inest, atque ad avertendam vel depellendam laesionem spectat. (§. 129. 130.) 3) Legimus coactus oritur a *consensu*, si quis in alienam potestatem perpetuam, (veluti *cives*) vel in coactum ad certos actus restrictum, (e. c. *foederati*) consentire potuit (§. 304) ac consensit.

Cum dulce sit, haud impedit efficere posse, quod velis; necesse est, aliquid acerbi habere quamvis coactus, praesertim violenti, patientiam. At illam tamen acerbitudinem tanquam salutarem & *verae voluptatis* procreatrixem aliquando natura probat. Est quandoque non doluisse dolor verus, & non cogi, malum. Praeterquam quod haec amaritudo vitari potest, si ultro facias, quod fieri oportet, ut commodis societatis potiaris; magni fructus ex felici educatione (§. 162.), ex quiete generis humani per vim conservata, ex paectorum fide, (§. 129.) non solum in universos homines, sed in eos quoque redundant, quos natura ei, quem probavit, coactui resistere eo consilio prohibet, ut iidem pescatores iicti sapere incipient.

§. CXLV. Diximus secundo (§. 144. n. b.), non quodvis obsequium voluntarium, nulloque coactu, ne quidem obliquo, cuiquam incussum, esse deformare & nocere. Inquirendum itaque est, ecquod sit humile malique ferax, aut sapiens.

Liber est (§. 1.), qui paret rationi. Ergo hoc sensu non desinunt esse liberi, qui quod bonum esse

esse in sententiis & actibus alienis, intelligunt. illud ultiro approbant, imitantur, sequuntur; (§. 142.) Magno propterea in errore versatur illud inter philosophantes genus, quod, ne cum vulgo vere sapiant, in contraria ruit. Equis ignorat, magnum numerum hominum ad contemnum religionis orthnis summo malo suo dilabi, ut superbius revellant vitacula opiniorum publice receptarum, & se in plenam, ut putant, libertatem restituendo caeteros sicut umbras contemnant? Ejusdem generis exemplum est *Cynica decori negligentia & dicacitas*:

Nec minus falsam libertatis notionem sibi fingunt, qui, ne leges ab aliis *in negotiis publicis* administrandis accepisse videantur, *quamvis auctoritatem*, licet *quaestam meritis*, spurnunt; ejusve tantum habent odium, ut malint ruete in tenebris, quam Lynceos sequendo nusquatti offendere. Ex quo errore duplex vitium manare solet; alterum est pertinacia seu morositas hominum in consiliis suis, etiam iis, quae manifeste patet rationi adversa esse, mordicus tuendis; alterum est vehementis contra alios dicendi & nitendi aestus, quem vulgo *spiritum contradicendi* vocant. Qui quidem aestus hunc exitum publice & privatim exitiosum habere consuevit: ut *quies & bona consilia* intereant rixis, societas peculiares dissolvantur, nascantur factiones, regna & populi evettantur.

§. CXLVI. Multa concurrunt, ut hic gravis in statuenda libertatis *natione* error oriatur, adolescent & omnis fere medicamenti vim superet: Praetet *nativam indolem*; (§. 79.) & *educacionem*, nimis indulgentem infantum animo indomito, causae peculiares sunt: a) falsa de *honore* (§. 124.) opinio, quae prudens obsequium cum vili
humili-

humilitate & ingenii imbecillitate commiscet. b)
superbia suis temere praefidens viribus, (§. 79.)
atque aliquid eximium & a vulgari sentiendi &
agendi ratione alienum affectans. Accedit 3) *livor,*
 (§. 135.) seu ut TACITUS, ait, *vixum magnis*
& parvis civitatibus commune, ignoratio recti &
invidia. Adde 4) *ambitiosam dominationis pravae*
pér vim & cum alieno incommodo quaerendae aut
tuendae cupiditatem. (§. 143.) His causis effici-
 tur, ut libertas iæpe vocetur, nullius potestatis
 legitimo modo acquisitæ vim pati velle, servitus,
 non dominari.

§. CXLVII. Vidiimus, quando reprimendus
 fit impetus, qui ab ingenito libertatis amore nasci-
 tur. Supereft, ut dispiciamus, quando fit exci-
 tandus, postquam ejus quasi nervos mala consue-
 tudo incidit.

Uti servire persaepc sibi videntur, quorum fal-
 ya est libertas, ita minus, quam sibi videntur,
 sunt liberi, (§. 144. n. c.) qui *coeca fiducia* se
 aliis applicant, illisve volentes, nulla gravi de
 causa, magno cum incommodo suo, se reddunt
 obnoxios. Merito illi dicuntur *humiles*, quoniam vel
 se privant aut non utuntur facultatibus suis, quibus
 sibi praestare poterant liberi, quod alienis viribus
 servi consequuntur, vel malum tolerabile, plerum-
 que opinatum, servitute voluntaria longe majorum
 malorum genitrice depellunt.

Quales sunt, qui nunquam secuti habitare ad-
 fueti verentur, ne cum soli sint, sui taedio ene-
 centur, qui fortunæ suæ, quam cum felicitate com-
 miscent (§. 21.), praesidium *unicum* in fragili a-
 liorum fortuna & mutabili favore ponunt, qui ava-
 ri sententias, dicta, facta, vultum, ad alienum arbit-
 trium & exemplum, ob spem cujuscunque lucri, pro-
 tem-

tempore serviliter fingunt (*a*), quive timidi ob ~~con-~~
ceptum mali, etiam levioris, metum idem fa-
ciunt.

In primis eo numero sunt, qui cum suae spontis
esse possent, non, ut illi, *temporario* se jugo subji-
ciunt, sed id *perpetuum* vitae genuseumque *vivendi*
cursum ultro deligunt, in quo magnam aut maximam
actionum suarum partem a certorum hominum ar-
bitratu, etiam inepto & pravo, diu aut perpetuo
suspensam habere coguntur. Quo *leviora* sunt com-
moda, quae in *vicem libertatis attritae aut amissae*
capiuntur, quo *magis voluntaria* est haec hominis se
ipsum deprimentis conditio, quoque difficilior est
adeptio status melioris, aut priscae libertatis recupe-
ratio: eo longius servi voluntarii a rationis semita
aberrant. Cum quandoque *Germani aleam sobrii*,
pro more gentis, inter seria exercere soliti, (quod
miratur *TACITUS*) *extremo jaectu de libertate con-*
tenderent, viciique adirent servitutem volunta-
riam; quantullae voluptati forte successit ingens
calamitatum series & inevitabilis perpetuitas (*b*)!

§. CXLVIII. Sunt praeter enumeratas aliae cau-
fae, quae servitutem voluntariam gignunt & au-
gent. Praeterquam enim, quod dantur homines,
quos *natura servos* vocat *ARISTOTELIS*: (*c*) haud parum conditio soli & aëris, pluri-
maum

(*a*). *In obsequium plus aequo pronus* (inquit *HORATIUS*) & imi *Derisor lexi*, sic nutum divitis borret,
sic iterat voces, & verba cadentia tollit, Ut puerum
saevio credas dictata magistro Reddere, vel partes ini-
num tractare secundas.

(*b*). *De Moribus Germanorum c. 24.*

(*c*). *Politic. I. 2. LIVIUS 36, 17. Syri, inquit,*
& *Astacii genera hominum servituti nata.*

mum vis educationis in accipiendis opinionibus potentissima facit, ut homines eam conditionem depressam subeant, vel ultro sibi impositam haud exuant.

Consuetudo alienae voluntati parendi nata ex cupiditate commoditatibus vitae tranquille fruendi, aut ex desperatione potentiae alienae resistendi, paulatim eam gignit *focordiam*, ut, quamvis sine majoris mali metu libertatem recuperare posse, conditionem tamen, cui adsueveris, mutare non lis. Praeterea metus odii alieni, denegatique aditus & jucundi confortii, damnorum, offendionum, poenarum, porro vehemens voluptatum & avarie opum cupiditas, indigentia opinata rerum, quarum adeptio ab aliena voluntate pendet, sunt invitamenta hujusmodi depressae conditionis (*dependentiae*) tum non recusandae tum expetendae.

Neque in earum causarum numero omittendum est *odium aequalium*, vel eorum, quos non esse aequales piget, horum arrogantia, violentia, avaritia, excitatum; quo fit, ut ei iisve, quem quosve magnificias, perpetuo parere malis, quam pati, ut illi superiores agant aut pares sint, quos nec sanguine, nec naturae dotibus, nec meritis tibi antecellere aut parres judices, quesve multis de causis ferre non possis.

Saepe servos quoque facit laudum, honoris & imperii ambitio. Uni aut paucis humiliter servit homo *ambitiosus*, ut sexcentis conservis superbe dominetur. *Diogenes* captus rogabat, ei ut venderetur domino, qui *domino egeret*.

Diuturna voluntatis inclinatio ad alienum arbitrium conformata cum in succum quasi & sanguinem est adsuetatione conversa, definit in pigritiam jugo suo superbientem ac gloriantem, & in contemptum hominum auream mendicitatem fastui & potentiae praferentium.

M

Pri-

Primus inter servos Regum Asiaticorum, Iubricae fortunae inflatus ludibrio, despiciebat cīvem Romanum liberum, qui ut esset liber, infinitos cives ferre pares, sibi gloriosum ducebat.

Eorum vero miseranda est conditio, quibus paupertas imperat, ut necessaria vitae alimenta a ditionibus opera sua emant, hortimque proinde cupiditati obtemperent, velut foenerator a debitorē, cui iudicem rigidum fortunarumque eversiōnem minatur, triste quandoque coecumque obsequium extorquet.

Cognitis servitutis voluntariae fontibus perspicua fit harum regularum veritas: ut defendas libertatem aduersus vim & coactum nefarium, (§. 129.) fortis (§. 86.) esto: sed ne ultro cuiquam servias, pelle ignorantiae & errorum tenebras, minue cupiditates, & fac, ut indigeas paucis, te vero commodorum fuorum adjutorem & amplificatorem ut quaerano plurimi.

§. CXLIX. Late patent mala, quae ex libertatis abdicatione ultro facta existunt. Ea saepe efficitur, ut, quid sit verum, quid decens, quid jucundum, quid bonum, non ex se ipso, sed ex dominante vel pluriorum, vel eorum, qui plurimum habent auctoritatis, sententia & gustu aestinmetur. Quam earo multis nationibus pretio constat inveterata illa servitus, vestitum & ornamenti capitis non naturae, sed externorum arbitrio dicam, an in his rebus levitati, aut ingenioso quaestus studio, acommodandi! Observamus praeterea, isdem, qui ultro serviant, ingratam esse saepe servitutis cum aliena libertate collationem. Omnis servus voluntarius est hominis in eadem societate libertatem suam fortiter defendantis os oracelius. Id quod (ut alia tam)

dam) eorum, qui *sectae aut factioni* *cuidam se magnificant*, (a) fervor docet, quo homines, suarum qui non sunt partium, acriter insectantur, ad itas vero qui transiunt, illis omnia, etiam teterima, condonant. Ex quo etiam intelligitur, non omnem errorum & morum corruptorum propagationem celerem aut valde fusam ab iringenito initandi studio (§. 128.) sed partim ab intolerantia libertatis eorum, qui servire noluit, proficiisci, quos; qui aliis serviunt vexationibus vehementissimis cogunt, sibi externe similes fieri. Haec saepe fuit causa acerbarum, quas vocant, *persecutionum*.

Duo potissimum exempla servitutis voluntariae latissime disseminatae hoc loco afferemus: alterum *regularum existimatios tuendae*, quae inter Europaeos puncti honoris nomine veniunt; alterum *luxus necessarii*.

Quod ad primam attinet; a Scythicis moribus orta, gentium originis Germanicae communis, turbido, quod *medium* vocant, aevò communia, & ad praesens tempus propagata est. opinio vel de eo, quod ad laesionem honoris pertineat; vel qua via in hoc tuendo utendum sit (b). Haec vero via eo spectat, ut contumelia contentu vulnerum & mortis demonstrato refellatur. Ista opinio inveterata in finibus Europaeis dominatur rationi, vincit vim severitatis edictorum, ipsumque saepe cogit legislatorem, exigere & laudare; quod fieri vetat.

§. CL. Luxuriam Latini depravationem morum cum immoderata pecuniae profusione conjunctam

(a) SENECA de tranquillitate animi circa finem, ait: *Catoni ebrietas objecta est. Facilius efficiet, quisquis objicerit, hoc crimen honestum, quam turpem Casarem.* Adde PLIN. lib. 3. ep. 12.

(b) MONTESQUIEU *l'esprit des loix* liv. 28. c. 26.

Etiam interpretari solent. Mitiorem ei vocabulo sententiam *vulgaris loquendi usus* subjicit. Secundum hunc non mores asotorum, non quemvis actum, quo impendia fiunt in superflua comparanda ac consumenda, non quamlibet magnificentiam, aut quamvis prodigam pecuniae effusionem *ex opinione publica* laudabilem e. c. *in funerum sumtibus, templorum ornamentis &c.* designat. Est potius studium multiplicandi aut variandi usum rerum sumtuosarum, quae sensuum voluptatibus per se non malis inserviunt.

Si eam vocem in hanc sententiam interpretaris, luxus non omnis nocet. Si noceret; id vitium vel in *natura omnis voluptatis sensuum* residere oporteret, quod (§. 67.) consutavimus, vel in earundem voluptatum variatione, quae per se nihil malum habet, vel in sumtibus, quibus illae comparantur. At vero asseri nequit, nullum posse luxum conjungi cum parsimonia, magnisque impendiis semper effundi patrimonium. Haec potius societati profunt, dum aliquid eos, & nonnunquam locupletant, qui opera sua quaestum facere, quam aliena desides stipe nutriti malunt, agricolas, officiales, artifices, mercatores.

Restat itaque, ut vitium, quod in luxu inesse dicitur, ponatur in studio ipso varietatem voluptatum quolibet pretio redimendi. Id studium potest esse ardenter, & ultra modum sumtuosum ac continuum. Quod si luxus in *propensionem dominantem* (§. 80.) convertatur, homo sibi servit, proinde multis bonis fruendis aut efficiendis redditur ineptus, & ad varia mala audenda incitatur. Sensim enim ea propensio vigorem corporis aut ingenii pessumdat, tempus negotiis gerendis danum consumit, laboris dulcedinem aufert, taedium operum parit, quae continuam meditationem, aut diligentiam longinquam exigunt. Ita fit, ut

c.

e. c. strenuus disciplinarum cultus ad hominum ultro miserorum umbracula regetur. Verum non sibi solis obsunt luxuriosi. *Oblige id vitium societati nocet.* Opibus enim dissipatis e. c. perduntur facultates sublevandi egenos. Sic *luxus mensae fieri* potest, ut ad fruendam gulæ titillationem celerrime transeuntem magna rerum copia consumta, earum pretio ob raritatem intendo, inducta rerum ad vivendum necessiarum inopia auctoritate, tenues duriter vivere vel esurire cogantur.

§. CLI. Nos *hoc loco* in primis observatus, quantum luxus naturalem imitandi instinctum irritans exemplō nocere possit. Vi enim imitatio-
nis efficitur, ut paulatim fiat *necessarius*, & non tam singulis, quam toti societati, detrimento esse incipiat. *Necessarium* vocamus, quem qui non imitantur, vel aperte repudiant, illi in contemptum seu paupertatis seu avaritiae, vel in odiū perniciaciae id, quod aliis optabile & magnum videtur, respicen-
tis, & exinde in varia vexationum genera incur-
runt, aut eorum, quae non nisi alieno favore adipi-
sci possunt, non sunt compotes. (Exempla prae-
bent ambitio funerum, ludorum editio, &c. apud Romanos, de quibus jam rusticatis & miseriae est, inquit SENECA, yelle, quantum sat est.)

Quos

(a) CATO cum retinendam esse legem Oppiam de cultu mulierum in Senatu contenderet, vultis hoc certamen, inquit, uxoribus vestris injicere, Quirites, ut di-
vites id babere valint, quod nulla alia possit pauperes.
Nae, simul pudere, quod non oportet, coepert; quod
oportet, non pudebit. Quae de suo poterit, parabit:
quae non poterit, virum regabit. Miserum illum vi-
rum, & qui exoratus & qui non exoratus erit! quum,
quod ipse non dederit, datum ab aliis videbit. LIVIUS
34, 4.

M 3

Quos non irretiunt voluptatum illecebrae, eorum constantiam saepe frangit contemnus (*a*). Ita fit, ut luxum etiam illi, quibus displicet, convertant in genus feriae & necessariae occupationis.

Hac vero necessitate sumptus nimios faciendi proniscue inventa, paulatim efficitur gurges quidam malorum, quae tum per se, tum ob celeritatem propagationis ad varias civium classes, tum ob difficultatem medelue, premunt societatem. Oblectionum publicarum & privatarum variatione in formam artis redacta, huic studere, hac excellere, id demum vocatur vita frui. Paulatim eos enervat mollitudo, quorum labore, fortitudo, firmitate sustentari debebat societas. Pignus, vitae elegantis nomine coruscans, ornamento est opulentis, eoque magis nocet, quo plures, qui sibi labore societati poterant esse uiles, defidi vitae afluens & implicat (velut *lexus fennicorum* docet.). Gliscit mos indigentiae terminos non naturae, sed opinioni hominum eiisque in horas mutabili, convenienter extendendi in infinitum (§. 6^o). Exinde ingruit labes avariae cuiusdam necessarie, quoniam multa postmodi

(*a*) SALLUST. Bell. Cat. c. 12. de exercitu R. castris exercitus. Ordine cum bene natus: priusque omnes homini esse conpererat (vnde enim ex iis a Sallustio temporibus recordari & ex gloria. Asperitas, pacemque agnoscere debet esse virtus, pacemque pacis uirtus, uirtusque amorem pacis uirtus. Igmar ex aliis, exercitus bene natus exercitus non pugnare debet: pugna, uiriliter esse, non uirtus pacis, exercitus pugnare, pugnans, exercitus esse uirtus exercitus pugnans, uiriliter esse, non exercitus exercitus. Ahi. ex ergo, pugnans, exercitus exercitus uirtus exercitus. SIXTUS p. 55. 57. PLINIES H. N. c. 12 & 33 primum & 211. L. 33. uirtus & exercitus.

dendi necessitas non relinquit locum continentiae modicae & abstinentiae nonnisi legitima desideranti.

Hinc venalia sunt omnia. Probitas alget. Multitudo peccantium extinguit peccandi pudorem. Hic primum fugit ex familiis, mox ex toto corpore societatis. *Corrumpere & corrumphi*, ut ait **TACITUS**, *saeculum* vocatur. Sequitur hoc, ut conjugum fides habeatur ludibrio. Forunati sibi vindicentur caelibes & orbi. Liberos nutrire, matri inhonorum; educare, utriusque parenti onus intolerandum. Vicissim liberorum erga parentes reverentia nulla, nedum amor. *Filius ante diem patrios inquiet in annos.* Posteritatis & cura & judicium ridetur.

Sensim domos complures invadit vera egestas. Cum re deficit animus, nec tamen finiuntur desideria. Fides tota in societate sit angustior. Quaeruntur novi sumptuum fontes. Dummodo juppetat, unde molliter ac jucunde viyas, nil refert, cui servias. Ita pereunte libertatis aculeo, qualiscunque sit imperiorum forma fundatur dominus sive externorum, sive praepotentium & audaciorum insipi civitatis. Hoç modo post *Cn. Manhi triumphum* perdidit Romanam liberam luxurias, postquam *necessaria extitisset*, & civium plurimorum *propenso dominans*; eodemque fascino Romani populos, libertatis conservandas olim studiosissimos, sibi obnoxios fecerunt (*a*),

§. CLII.

(*a*) Apposite **TACITUS** in vita socii sui, ut *bomines*, ait, *dispersi ac rudes*, (Britanni) *adque bello faciles, quieti & otio per voluptates assueferent, bortari privatim, adjuvare publice, ut templa, fora, domus exstruerent, laudando promos & castiganda segnes.* Ita honoris aemulatio pro necessitate erat. *Pauitimumque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea & conviviorum elegantiam, idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.*

§. CLII. Ex dictis apparet, quantum noceat, tum alienae voluntati sine exceptione se mancipare, (§. 147. seqq.) tum se nunquam aliis obsequio adjungere. (§. 143.) Restat, ut despiciamus, quemadmodum in singulis vitae privatae & publicae actibus regendi sint fines *facilitatis probae ac malae*, hoc est, quo usque promptus ad indulgentiam & ad concedendum, quod aliis placet, animus cum regulis moralibus (§. 20) conveniat aut his repugnet. Quam reti diligenter inquire, non in vita tantum communi, sed & speciatim in eorum, qui in collegia ac corpora descripti sunt, congressibus haud parum utilitatis habet.

Si ex eo, quod probes ac sequaris consilium, facta, mores aliorum, nihil mali pertimescendum sit, boni autem aliquid sperandum: ille, quod extreum sibi recte proponit, felicitatis studio convenienter agit, adeoque sapit, qui se ad aliorum dicta & mores accommodat. Recta vero consilia & salubria ideo rejicere, quoniam eorum ipse non sis auctor, & infra te positum censeas, exempla accipere potius, quam dare, est indicium minutii ingenii, quod umbra laudis celerrime evanescentis captum vera bona sua omnino non aut parum cognita negligit, & aliena impedit. Talis agendi consuetudo animum annuntiat superbia inflatum, aut livore tabidum, ae dummodo id, quod cupit, assequatur, mali alieni, sive privati sive publici, incuriosum. Quod qui facit, is se ipsum odio prosequitur. (§. 97.).

Si vero errant alii, si que ex facilitate ad errantium sententias atque exempla se accommodandi, neque malum sit metuendum, atque ex dissensione, & morositate mordicus aliis obloquendi & obnitionis, ex duabus malis propositis levius el gere, est sapientis.

Cu-

Corruptit veritatem hujus judicij timiditas nimia. Haec est habitus mentis fingentis mala, quam sunt, majora & eorum pericula non probabilia. (§. 87.) Hac imbecillitate efficitur, ut parvi ducas acerbitudinem obsequii comitem, dummodo aliis non disciplinas, haud intelligens, saepe certam esse placendiam, in praesens ob dissensum, & ob perseverantiam in proposito, negligi vel contemni. Periculax recti animus ab iis ipsis, quibus aliquamdiu fuit molestus, nisi omnem humanitatis & honestatis sensum exuerint, re melius intellecta, laudatur & colitur.

Est vero firmitati sapienti in consiliis, quae recta esse novimus, tuendis, tanto magis studendum, quanto facilior est prolapsio a timiditate nimia diu multumque fatigata, in violentiam & ferociam: nisi homo timidus ratione & exercitatione id rarum benignitatis robur sit adeptus, ut surgentes ex laesa patientia animi motus violentos rabidosque subito compescat.

§. CLIII. Tres ex hoc enunciato conclusiones profluunt iis praesertim necessariae, quorum est in senatu & collegiis publicis ac privatorum coetibus res agere, aut de communi commodo consilia dare. Qui quod *prave* volunt aguntque, id a nobis simul fieri vel non impediri cupiunt, illi seu sciant, minus rectum esse illud, quod velint, seu bona fide, sed imprudenter, a tramite recto aberrent, vel in eo sunt, ut 1) noceant aliis, vel 2) ut sibi, vel 3) ut nobis.

1) Si, quod moliuntur, cum cuiusquam *laesione*, (§. 129.) aut cum gravi societatis humanae vel specialis incommodo (§. 131.) conjunctum est, vir libertatem suam recte aestimans nunquam consentiet in eam perversitatem, nec cedet pra-

va jubentibus, vel nefariorum consiliorum machinatoribus se adjutorem adjunget. Sic *minis populi*, cuius *praeses* erat, adduci non potuit. *Socrates*, ut novem Praetores infontes damnaret.

Verum non sufficit improbitatis alienae patrocinium abnuere: *rei malae impeditorem quoque te esse oportet*, si *legitime promiseris*, (§. 129. 304.) (*e. c. magistratus, Senator*) quidam pravarum molitionum generi te intercessurum, vel & citra pictum, si *videas*, id malum, quod ex successu facti improbi aut imprudentis aliis conficeretur, vere majus fore illo, quod ex ejus impeditione sit pertimescendum. (§. 100.)

Concordia, hoc est, idem velle & idem nolle, magnum merito habetur cuiusvis coetus & condimentum & firmamentum. (§. 109.) At quae concordia? Num ea, cuius fructus, plerumque caduci, majoribus ac manentibus totius societatis incommodis redimuntur? Num ea, qua sit, ut neglecto bona communi, & ne privati quidem commodi veri ratione habita, in suam & aliorum necem socii sint unanimes? *Concordiae salutaris* in quacunque societate colendae studium est prudentia *sociorum* & *praecipue eorum*, qui *societatem moderantur*, in id perpetuo intenta, ut pugna volantatum huic vere exitiosa evitetur, aut tollatur remediis, quantum fieri potest, lenissimis.

Constans, seu *habitus animi non deflectentis a recto*, tramite ob metum alienae indignationis, est verae fortitudinis effectus, cum mala gravia impendent a denegatione obsequii. (§. 86.) Est sibi ipsi mercea. Facit enim, ut vites contemnunt ex timiditate, mollitia, aut levitate, ex sordidi quaestus, vel laudis

dis ineptae cupiditate, verbo ex humilitate nascemus. Facit quoque, ut effugias odium ejus, cui obsequio tuo nocitus eras, utque vites aegritudinem ex conspectu mali alieni, cuius conficiendi socius extitisti ob metum ei iisve *displacendi*, quem quosve tibi male cupere nolis. Nobilis (inquit *Plinius in praefatione H. N.*) illa *Ciceronis suspiratio*: *o te felicem M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet!*

Denique animus in malis consiliis repudiandis atque impediendis constans, dum roboris sui sibi est conscientia, necessario gaudet. Fortis erat, sibique non poterat non magnus videri *Themistocles*, cum frangeret impetum *Eurybiadi* his verbis: *feri, sed audi.*

Facile autem discernitur *constantia* ab *obstinacione* aliis obstreperi. Haec plorunque ingenii habetioris socia & index certa, nonnunquam ambitionis effrenis & malignae filia est, & ad mala vel non arcenda vel facienda mentem obdurat, proinde nocet, displicer acutioribus omnibus, facitque, ut pervicacem sui ipsius extremo poeniteat.

Sume 2), hoc agere aliquem, ut obstinatione sua, hoc est, proposito pertinaci intercedendi vel haud auscultandi bonis consiliis, sibi ipsi noceat. Est quandoque *genus beneficii*, (§. 117.) nihil agere, sed pati, ut homo pervicax faciat, quod vellet, modo spes sit, fore, ut post sensum levis mali *ex pertinacia nisi sapere* incipiat.

Fac denique 3), dum aliis gratificamur, aut dum aliorum voluntati non resistimus, *nobilis ipsis iastare malum grave*, contra ex denegato obsequio exiguum postulanti & urgenti, ut in fraudem nostram simus morigeri, non cedere, est sapientis. Merito, ut hoc utar, vituperatorum voculas contempsit *Cicerone*, qui, postquam *Cato* sibi mortem conscientisset, criminis loco esse putarent, quod amissione publica rineret. Uti humilietas (ea sensu, quo vere teret)

teres hoc vocabulum interpretantur) universè est effectus & indicium servitutis cuiusdam voluntariæ; sic qui aliquid facit se indignum, ut malum aliquod eo, quod ex humilitate sua nascitur, levius effugiat, ejus vitii merito coarguitur. At caveat quisque, ne quid se indignum putet, quod prava hominum opinione ad indignitatem refertur. Num confessio criminis aut veniae petitio, quam ab innocentे aut parum sonte extorquent, quorum interest spe proposita abolitionis, injustitiam sententiae suae tegere, hujusque omissam executionem nomine clementiae involvere, est res aequa indigna eo, cui is metus incutitur, atque eo, qui hunc incuslit (a)?

Mala, quae ex assensione vel obsequio nostro *nobis* imminent, *levia* sunt ea, quorum sensus est brevis, ac reparatio facilis. Cum de his subeundis agitur, hominis *perspicacis* & *cordati* est, tedium ex eo, quod cedat aliorum imbecillitati & erroribus, nascens, potius *tolerare*, quam pertinaciter resistendo aut non obsequendo animos *cœcos* vel obstinatos ad majorem vehementiam, ac mala alia ex aliis serenda, inflammare. Novit enim, in parvis cedendo mentes emolliri, ut in magnis rationi in posterum auscultent. Sic *peragat tranquilla potestas*, quod violenta nequit.

SEC-

(a) *Galba* cum & invidia & odio populi premeretur, duabus filiis suis in humeros elatis populum Romanum, tanquam in procinctu testamentum ficeret, sine libra atque tabulis tutorem instituere dixit illorum orbitati, poemas daturus, nisi his pueris lacrimisque usus esset. An, huic, ut *Rutilius* eam vocabat, *humilitati* exilium fuerat vel mors anteponenda? Neque vero solum dixit *Rutilius*, *anteponi debuisse sed & sensisse ac fecit*, ut refere CICERO de Oratore l, 53. qui de Socrate c. 54. addit, *soluisse cum oratione difesa innocentiam suam defendi*.

SECTIO V.

Quantum inter sit hominis, homini prodeesse.

§. CLIV. **H**aec tenus exposuimus de homine so-
cietatem considerante instar hor-
ti, flores, neque eos sine spinis, offerentis, illos
ut carpat, ab his ut sibi caveat. Restat, ut stu-
dium hominis persequamur, viribus suis vicissim
contententis, bona societatis & singulorum au-
gere, ac mala sublevare. Inquiramus in vinculum
illud arctissimum & indissolubile, quo natura con-
junxit φιλαυτίαν & φιλανθρωπίαν, hoc est studium
perpetuum gaudendi felicitate aliena, praesertim
hac ejus parte, quam ipse creaveris.

Homini prodeesse, hominis interest. (§. 99.
100.) Tribus momentis ad id efficiendum impelli
potest.

Primum est hoc, ut habeat ministros bonorum com-
parandorum, praecipue corporis & externorum,
quam primum ea appetit. (§. 109. 116.) Qui
hoc momento ad alios juvandos aut non violan-
dos, *unice aut maxime* impellitur: ille *nunquam*
aut raro gaudet viribus alienis, nisi *quatenus* &
quamdiu iis indiget. Cujusmodi habitus animi non
gaudentis bono alieno, nisi quatenus hoc sibi quaes-
tuosum fore sperat, si potest *amor erga aliis vo-*
cari, recte dicitur *amor mercenarius*.

Quae quidem affectio sensim animo infixa creat
morbum curatu difficillimum, qui *egoismi moralis*
nomine venit. Is est habitus animi omnem
hominum curam quaestus expertem plane abji-
cien-

cientis; & homines non aliter diligenter, nisi tanquam instrumenta voluptatum corporis sui, opum famae, aut commodorum externorum consequendorum, ac quodrumvis consiliorum suorum efficiendorum. Quo morbo qui laborat; is anxius, ne aliorum causa faciat nimium, semper facit patrum. Sublata intentione nervorum benignitatis, perjucundos hujus fructus sibi ipse intercipit: (§. 102.) quibus amittentis dat poenas inepti in se ipsum amoris. (§. 96.)

Inter varias hujus depravationis causas natus ex potentia contemptus infirmiorum locum habet non ultimum. Potentes saepe, quicquid volunt; id vehementer volunt, ideoque homines fortes & liberos perosi, imbecilliores conquirunt; ac largitionibus, egestate, metu compulsos facile repetiunt, qui, quod velint, patientur aut faciant. Horum quo major est copia, & quo minori ea pretio redimitur, eo procliviores iudei sunt homines, qui superiores sunt viribus, ut desuescant premium aliquod benevolentiae aliorum erga se statuere; utque solam operam alienam, instar mercis venalis, ex indigentia & usu suo, non autem hominem & ejus animum aestiment.

§. CLV. Momentum secundum alios juvandi (§. 154.) oritur ex benignitate, quae incalens & actibus specialibus demonstrari gestiens gignit amorem purum hominis in hominem. Hic est benignitas impensis nitens ad gaudium capiendum ex conspectu atque amplificatione bonorum alienorum, sine ulla cuspuncque emolumenti, praeter id gaudium, desideratione. Igitur hic amor non omnem felicitatis propriae respectum excludit. Neque eum excludere potest: (§. 12.) Quod qui exigunt, illi revera postulant, ut natura entis intelligentis, quod quia est intelligens;

gens, ad se amandum fertur, & speciatim *natura animae humanae* immutetur.

Quippe corporum ideas acquirimus nervorum ab ipsis affectorum ministerio: sed status animorum alienorum non potest nobis innotescere, nisi per observationem ejus similitudinem cum nostris animi statu, hujus vero cognitionem nobis *sensus internus* appetit. Itaque quaenam est operatio mentis, aerumnas alienas minuere *ardenter* laborantis? Mens eas sibi tanta claritatis vi proponit, ut quasi pulsata chorda, quae vocatur misericordia, idem, quo alterum premi videt, doloris genus, & paene eundem motus dolorifici gradum in se experiatur. Similiter ut aliquis eo ardore in alienis, quo in suis commodis, augendis labore, fieri non potest, nisi dulcedinem ex bono alteri comparando praesentiat, tanquam suam, utpote suis viribus creatam, qua quamdiu is gaudeat, cui obvenit, tamdiu ad se quoque perennia gaudia perventura cernat. Sine hac statutus alieni in nostrum, ut ita dicam, conversione, qua ex duobus quasi fit unus, nullus existit amor boni alieni, nisi omnino aut ex parte mercenarius. (§. 154.) Et hoc nobis voluimus, cum diximus, si illo, quem definivimus, *amore sincero* desideretur purior, naturam animae mutari oportere.

Tertium momentum aliis hominibus opitulandi habet aliquid ex utroque amore mixtum, cum suavitate, quam per se offert bonorum alienorum conspectus, accedit spes commodi ex iisdem in nos redundaturi. Hoc *amore mixto* efficitur, ut dum quis gaudet facta quadam accessione ad bona ejus, cui favet, simul se respiciat, & fructus ex aliena messe a se quoque capiendos cogitet ac spe praecipiat.

Qui non alias, nisi hujus *mixti amoris*, capaces esse homines statuunt, illi vi *Sympathiae nativae* (§. 102.)

(§. 102.) refelluntur. Hac enim fieri potest, ut, quod modo diximus, status aliorum hominum celerima fictione idem nobis, qui noster, videatur, utque inde oriatur conatus vehemens illius status continuationem aut cessationem pari, vel certe haud multo minori, ac si nostra res ageretur, ardore efficiendi. Jactatus flumine mortique proximus opem anxie implorat. Quanta celeritate commovetur adstantis animus! An ei permittit natura, ut frigide ratiocinetur; quis est ille, cui feram auxilium? Quam ille gratiam referet? Praestarene mergicum fluctibus luctantem? Ei succurrens quantum ipse adibet periculum? Suntne, qui videant factum, laudent, divulgent, extollant, remunerentur? Haec deliberatio, haec *computatio lucri aut detrimenti*, quid est, nisi velle, ut homo pereat? Ingenitus naturae impulsus praevenit, contundit, evertit lentorem illius ratiocinii. Sola vox miserantis, sola præsentissimi discriminis imago, nulla a cedente lucrificandi dimensione, agitat, pellit, incendit animum. Hic proinde connitur, servare hominem. Servasse gaudet. In hoc facti præmia naturali acquiescit.

Neque minor esse voluptatem experimur, inferire aliis, quam aliis nobis. Estque non plane insolitum, gratulatorem ipsum impensis, quam eum, cui gratulatur, gaudere. Is cui benefecimus, ob id ipsum nobis fit carior. Juvenem bonum, docilem, eruditum, iis, quae percepit, recte utentem præceptor amat. Fallitur itaque EPICURUS, homines ratus non futuros beneficos, nisi essent imbecilli.

§. CLVI. Educatione, assiduitate imitandi, & assuefactiōne omnes in lucro faciendo cogitationes defigendi fieri potest: ut vel nullo erga alios amore, vel duntaxat mercenario, imbuatur animus, sibi vivens, non aliis. Di-

Dignior homine & verae voluptatis feracior est *amor purus*, qualis est v. c. *amicorum*, aut ille, quo eos, quos reveremur, etiam ignotos professumur. Is exfuscat animum, ut suum amabilitati & merito cuiusque pretium statuat, ac de iis quoque gestiat bene mereti, a quibus nihil emolumenti aut desiderat, aut sperat.

Hunc amorem nullus dolor consequi potest ob spes remunerationis fallaces, quia nullas concepit. Sentit ex eo se capere gaudium solidum, idque, si se intenta mente observaverit, experietur esse maius, quam quod ex boni cuiusdam physici adaptione percipitur. Uti nobis multo jucundius est, aliorum hominum benevolentia, quam eas, juvari: uti longe est suavius, felicitate hominum, quam caeterarum rerum animatarum aut inanimatarum praestantia, pascere oculos: ita triste est, non posse juvare alios, dulce adjuvare, & multo dulcius, alios suis ornatos amplificatosque viribus quam alienis cantueri.

Sola cogitatio, hoc amoris genere hominem Deo similiorem fieri, quantum habet suavitatis!

s. CLVII. Interest hominis, ne *adversarios* quidem *improbos* a sincera caritate sua excipere. Inimicus dicitur, qui odio perpetuo alterum prosequitur. Efficax est, qui quamvis nocendi opportunitatem studiose captat. Odium vehementissimum inimici est illud, in quo explendo nullis remedis pravis parcitur, donec exanimantur vires ejus, in quem faba cruditur, isque ad incitatem redigatur. Hoc sensus acerbissimos exprimit versus vulgatus, periret amici, dum inimici intercidunt. Inefficax est inimicus, qui cum, quem or-

N

dit;

dit, non juvat, quique ejus imbecillitate crescente aut calamitatibus in sinu gaudet sine animo ejus molestias augendi. Natura, dum vindictae cupiditatem punit, (§. 138.) simul nos avocat ab odio perenhi eorum, qui male nobis cupiunt aut faciunt: hoc est, a consilio perpetuo a) nocendi inimico, vel b) eum non vivandi, vel c) ejus malis gaudendi.

Ac primum quidem ex notione ejus odii, quam sit contra naturam, facile intelligitur.

Uti enim acrimonia humorum nocet corpori: ita constans odii cuiusvis amarulentia animo, sitque ea tanto innocentior, quanto profundius in recessus animi penetravit. (§. 169.) Qui enim odit, ille dolet. Dolor autem voluntarius, cuius ex stirpe veterissimi bonum hanc fascit, repugnat naturae. (§. 61.) Num quis fructus existit ex inimici odio? Si lateat, nullus, nisi ut nos ultiro torqueamus: illi erumpit, hoc habemus, ut is, a quo laesant offensio suinus, ideo, quod metuit ultionem, efficacius nos odisse incipiat, quam nos illum, & sibi in posterum nos non aggredi, sed se defendere, & eorum, quibuscum coniunctus est, opem contra nos merito impetrare videatur.

Nem tantum odisse inimicis, sed & eum non amare, est contra naturam. Amor inimici est studium inimicorum, quae hominem homini praestare oportet, inimico negans, odii, quo fertur, efficiens non his necessaria defensione testimoniari, causisque ejus odii, quam primum fieri potest, tollendi.

Causa odii seu a nostra culpa, seu ab inuidiosis insidiis iuris artibus, seu ab inimici errore, cuius culpa nemini, nisi ei sibi tribui potest, exoritur. Tunc potest benignitate quancunque arridente

OC-

o^ccasione inimico inserviendi (a), sine superba animumque ejus aegrum magis exulcerante magnitudinis cujusdam affectatione, qua qui ignoscit, superior, & is, cui ignoscitur, vilius videatur. Tollit odium quoque potest liberali culpae confessione ac reparatione mali, vel manifestam itaque demonstratione, nullam, levem, aut excusabilem esse inimicitiae causam, & habere iniucum, cur suis diffidat impulsoribus.

Neque est, quod dicas, fieri non posse, ut ab ejus viribus *frangendis*, abstineamus, imo ut illis *conservandis* vel *augendis* gaudemus, quibus quis in fraudem nostram abutitur. Certe consilium nobis maligne nocendi aversamur. Sed an praeter hoc in adversario nihil est, quod admiremur, nihil, quo aliis utilis esse queat? non praesentia animi, non celeritas ingenii, non vigor in consiliis capientis, firmitas in exequendis &c.? Si nobis nocet, an omnibus? Quem si prosternamus, multisne magna, quibus per eum potiuntur, commoda intercipiemus? At vero inquis, non possumus oblivisci offenditionum. Sit difficile. Est vera pro diversa hominum indole (§. 79.) non aequa difficile omnibus. Praestari potest. Non posse, praetenditur. Velle deest. Exercitatio mentis ad hanc sibi imperandi artem descendam continua negligitur. Uu datur ars memoriae, ita & *oblivionis*.

Porro instas, tam suave esse, iniucum *ulcisci*, ut huic impulsui oblate occasione resistere, vix cuiusquam vires suppetant... Quid hominem, (ad Atticum scribit CICERO) & odo. Utinam *ulcisci* possim; sed illum *ulciscetur* mires sui. Spes vero votumque illiberale: *iniucum ulciscetur mires sui!* Sapiente dignius illud: fiat melior. Cer-

(a) V. Socratis consilium apud XENEPHONTEM Memor. III, 8. seqq. N 2

te is impulsus vincī consuetudine & cogitatione mali consequentis potest. Nam vindicta non exsatiata auget doloris ex offensa nati mortis; explexa parit nova mala, (§. 138.) & seram pōenitentiam. Unum naturā probat ultionis genus, non ulcisci. Sic hominem sentire, expedit, posse autem, eorum, qui recte senserunt, exemplū evincunt.

Acedit, in ipso actu, quo ignoscimus inimicis, & odio deposito consumimus, quandū inesse dulcedinem, quae suavitatem ex pertinaci odio nascētū valde superat. Illa enim sincera est, nihilque doloris ad nixum habet; huic aliquid amarulenti inest, & tacitum, quod sibi quisque ipsi facit, opprobrium, contra naturam egisse. Aeschini ob ignominiam judicij Athenis cedenti, Rhodumque se conferenti, adest Demosthenes, & quem facundia sua fulmine exalem fecerat, eum abeuntem alio jurat pecunia. Si gauderet, hitem obtinuisse; minusve gavisus est, damnato opere tuisse? Neque Aeschinem adeo urebat vindictae cupiditas, ut, quem vincere laboraverat aemules, er' vicitus male diceret. Cum legisset suavissimā rōce coram Rhodiis eam, qua superatus erat, orationem, pro Cresiphonte editam a Demosthene, admirantibus omnibus. *quāto, inquit, magis adiurare vixi, si audieretis ipsum?*

Concludamus; ignorare eum commoda inimicis, antequam ea invictis inimicis capiendi, ac facta ipsius tranquilitatem non amare, inimicum qui ederit, imo qui non amet.

§. CLVIII. Quenam vero sit genera commotionum, quibus alios impedit, quare malum, & quibus inferentis abstinere, felicitatis nostra intereat; ex superioribus intelligitur. Videlicet Secūdū & quid quaque emolumēti ex societate

tate humana ad se redire cupiat, quibusve in ea molestiis affici possit. Eadem est natura cunctorum hominum. Idem omnibus inest felicitatis desiderium. Eadem hujus consequendae sublidia cuilibet sunt naturaliter proposita.

Hoc fundamento nititur veritas duorum enuntiatorum: unius; *quae tibi non vis fieri, quia felicitatem tuam vere impediunt, ea alteri ne feceris:* (§. 129 seqq.) alterius; *quae tibi ab aliis vis fieri, tanquam tibi vere utilia,* (§. 112 seqq.) *ea fac alteri.*

§. CLIX. Ex quibus efficitur, ut suae qui velit consulere felicitati, ille statum alienum, tanquam si esset suus, considerare debeat. Multae, sed ad pauca capita facile redigendae, ex hoc principio conclusiones ducuntur.

Se ipsum perficiat quisque, ut eo magis proficit quam plurimis. Idcirco quid se vere felicem praestet, studiose inquirat, ut quid sit vere aliis quoque profuturum, ab utilitate opinata accurate distinguat.

Uti minima de malis, & maxima de gaudiis sibi evenire cupit, qui sapit; itaq; hanc quoque legem in aliis sublevandis & juvandis sequatur. Resputat voluptatem, tanquam fallacem, necesse est, (§. 9) quam emere non posset, nisi aliorum hominum dolore graviori & difficulter sanabili. Lubens gaudeat minus, ut alii gaudeant firmius & impensis.

Hac imbutus animi affectione, ipso facto, quo se perficit, alios, &c., dum alios complectitur, se amat. Hinc alia aliorum causa non faciet, alia faciet. 1) Non faciet dolo aut culpa, (§. 128.) quae aliorum conditionem reddunt deteriorem, firmiter persuasum habens, non pati naturae ordinem, ut ex eo actu, quo aliis detrahitur, aut nocetur, bonum aliquod verum (§. 10.) reportetur. Ob-

struet itaque omni vi in se ipso fontes cupiditatis aliis nocendi, quos *sect.* 4. indicavimus.

Quamobrem a quavis malitia aversus, a) non gaudebit aliorum malis aut imbecillitate, neque in aliis *assentatione* corrumpendis, decipiendis, ludibrio habendis ponet ingenii decus, nec calumniari quenquam gestiet, vel de absentibus per ridiculum aut maledice loqui, ut ad tempus placeat audientibus, vel se ipsum superbius extollat.

b) Ne ab aliis offendatur, unde consilium nocendi nasci possit, non *diffidentia perpetua*, sed magnitudine animi se armabit ac prudentia. His duabus viribus munitus, iracundiae impetum miti dictorum factorumque alienorum interpretatione retundet. Quod ut facere possit, malitiosos esse homines, non temere suspicabitur. Si appareat malignitas; sua se probitate involvens patienter mala supra invidiam positus, nec maleficieni nocebit, nisi in *defensionis necessitatem* conjectus tela non tantum clypeo excipere, sed & arma, quibus invaditur, adversario demere cogatur.

c) Hujus vero defensionis modum non excedet, sed injuriam accipere malet, quam facere. Placabilis, & illius, *errare humanum esse*, semper memor, bona fide ignoscet peccantibus, & gratiam reconciliabit, quamprimum potest. Neque incoctum pectorre geret virus ultionis, facta compositione.

Novit d) dandum esse aliquid praedjudicatis hominum opinionibus, quas si corrigeret auctor, nihil plus feceris, quam ut morbo cuidam sanando graviorem ex ipsa medela ortum substituas. Propterea siti quasdam vitae jucunditates negabit, quas aliis offendicula fore prospicit. Sic ab aliqua magnificencia, a luxu quodam licito, a quodam vivendi genere, quod alii minus piut iudicant, liberaliter abstinebit, ne hi indignentur,

pe

ne illis, qui quae honeste sunt, peccatis superstitione aut maligne annumerant, displiceat, ne urantur inyidia, qui alienum pecus grandius uter habere irretorit, oculisi spectant, ne alii fervore imitandi virium suarum modum excedente in perniciem ruant.

II.) Porro non satis habet φιλάνθρωπος, cavyere sibi ab eo omni, quod noceat. Prodeesse his, qui sunt & erunt, enixe studebit. Illis, qui fuerunt, gratum faciendi viribus destitutus ante mortem et spe bonae eorum memoriae colendae superiorumque mandatorum sancte servandorum recreabit; exrum autem, quae gesserunt, recordatione hara maligna sibi & aliis secum viventibus proderit sibi, ne animus adsuescat vel maledicentiae virus suum, dum impune possit, evomenti, vel autoritiae neminem, nisi qui utilitatem aliquam afferrat, aliquo numero habenti.

Commodorum societatis vere studiosus, vires corporis & animi ob eam causam augebit. Imbuet ingenium veris notionibus (e. c. honoris (§. 124.) libertatis (144.), non tantum ne erroris syi contagione, alios imprudens inficiat, sed & ut alios exemplum mentis linguaeque liberae ab erroribus in viam revocare possit.

b) Atque dum hoc studio tenetur, luverum ex eo ad se redditum, haud exigue ad calculos revocat. Nobilia mens ex eo solo, quod factorum aliis utilium sibi conscientia est, fructum voluptratis cum centeno ad se redundare sentit. Atque adeo, ut supra dictum est, non perditur beneficium quod non redditur.

c.) Juvabit alios, id supplens, quod suis sibi viribus comparare non possunt. Itaque intempestiva liberalitate aut opera eorum pigritiam non acuet. Auxilium feret, aliorum damna (§. 129.) & incommoda (§. 130.) avertendo, vel iis, qui

bus premauntur, minuendis aut tollendis, (v. c. cum litibus alienis amicus gratiae conciliator intercedit) vel bona aliorum physica augendo, vel, quod praecipuum est, efficiendo, ut bona moralia (§. 10.) quamplurima sibi ipsis comparandi facultatem nanciscantur.

(d.) Juvabit homines ope sua egentes quoque non rogantes & insrios. An & invitos? Non violenter neque eo modo, ut de eorum libertate contra naturam detrahatur. (§. 129.) Sed oblique ac sine vi beneficium merenti etiam invito recte tribuet, illi in primis, per quem aliis hominibus consuli potest. Coetus quidam v. c. laborat erroribus noxiis, sed inveteratis & tam jucundis, ut illos deponere nolit. Hosne aggreditur? Quid? Num medicus aegrotum, qui sanari nolit, amicum deseret? Explicator & propagator veritatis erit, sed adhibita prudentia, ne oculi tenebris diu adsueta subito magnae luci expositi caligent.

Dénique e) cujusque interest, amare hominem tanquam hominem. Sibi deest, qui adeo distrahit animum quamplurimorum notitia, ut singulorū curam abjicit frigidus, utque nulli ardori in singulis complectendis, nulli amicitiae fervori, patiet. Sibi & ille deest, qui paucis, quive coetui cuidam speciali, vel qui patriae suae ita se addicit, ut reliquos homines aut populos negligat, ac popularem alicujus definiti loci se esse unice cogitans, cives totius mundi, quasi unius urbis, se esse non meminerit. Nam non eo consilio natura comprobat *societas speciales*, (§. 127.) ut detrahant illius societatis eommodis, quam inter universos devinxit, sed ut illae hujus perfectioni, proinde felicitati generis humani augendae, adminiculantur. Homini cuique expedit non sibi, sed toti.

toti se natum credere mundo. (§. 100.) (a) Egregie Socrates, cum rogaretur, cujas esset, mundanum se esse respondit.

§. CLX. *Instinctus benevolentiae* (§. 102) nos ad eos complectendos dicit, quos novimus, & quorum bonis nostra opera acquisitis veluti interesse possumus. Omnes enim naturae impulsus ad praesens bonum & quasi ante oculos positum aut nobis aut aliis compatandum tendunt. (§. 52.) Sed ratio, effectum etiam remotiorum ex actionibus nostris profluentium seriem ac naturam perspiciebat, docet nos, his quoque prouesse, qui quales sint, ignoramus.

Nam aucto verarum voluptatum numero & pondere, augetur felicitas. (§. 14.) Actio igitur nostra eo magis atget felicitatem nostram: quo majorum, quo plurimum, & quo stabiliorem voluptatum cauissas, (§. 10.) quoque pluribus eas hominibus, sive notis, sive ignotis, impertit, sic quo major est eorum numerus, ad quos eadem bona ab illis ipsis, quibus per nos obvenierunt, derivantur & propagantur.

§. CLXI. Ex quo colligimus; 1) curam posteritatis cum felicitate nostra naturaliter contrineri. Pluris valet hoc momentum ex vera voluptate nascens, qua mens, de posteris bene meruisse sibi conscientia, afficitur, quam, quo alii consilia omnia spectare malint, desiderium gloriae immortalis. Teste nocte tot viris ingenii & meritorum gloria eminentibus (b), tot heroibus, bbeducta,

(a) Cf. CICERO de legibus, I, 23.

(b) Cf. Idem de Platonis Jepicro Tufo. quae

ducta, qui ceciderunt illacrumabiles, gloria funeri diu superstes, nedum perennis, inter eos eventus bonarum actionum adventitios referri debet, quorum spes plerumque est parum probabilis, certa fiducia nunquam (§. 43.).

Serere autem arbores, ex quibus posteri demum fructus carpant, ignari, cuius providentiae eos referant acceptos, est manetque res plena oblationis, cum in hac vita, tum post mortem: seu homini post obitum aliqua contingat mortalium, a quibus discessit, notitia, seu omnis negetur. Anima status pristini sibi conscientia facti generi humano diu utilis jucunda recordatione tanquam praemio ejus naturali fruetur.

Potest insuper fieri, estque probabile eventum, ut propter beneficia in ignotos vel in posteros collata majorem felicitatis gradum *mortuis* Deus attribuat, illisque neget, qui nihil in commune salutariter agentes non prosunt, nisi dum moriuntur. Quorum illud cogitare, quantus est ad alios juvandos aculeus, hoc autem metuere, quantus morsus doloris!

§. CLXII. Eidem enuntiato (§. 160.) consequens est conclusio secunda: *educationem* diligenter eorum, qui propter aetatem se ipsis regere non possunt, esse effectum animi benigni, non solum iis, qui reguntur, sed & educatori ipsi, salutarem.

Educatio (§. 206 207.) est continuata animi intentio in eo elaborantis, ut soboles infirma conservetur, ac corporis & animi viribus aucta, suas ipsa actiones regulis felicitatis convenienter regere discat. *Physica* est, quae corpus curat. *Moralis* dicitur, quae format praestantiam *ingenii* & praecipue *indolis*; seu disciplina educatorum & magistrorum aetati impuberi &

& puberi consulat: seu adultiores ad confortia hominum aetate majorum admissi ratiociniis & imitatione ad genus vitae sibi aliisque utile & jucundum conformentur.

Bene educatus quisque eas vires collegit, sibi & aliis multa ut bona comparare possit. Tanto itaque major per educationem privatam fit accessio ad felicitatem educatoris, quanto felicior hujus opera & cura est ille, quam educavit, quantoque major hominum copia ab homine illo bene conformato felicitatis suae vel primordia vel firmamenta vel augmenta repetit.

Ad hoc difficile opus suspiciendum excitat parentes peculiaris quaedam & ipsorum naturae propria impulsio (*σοεγήν*). Eosdem confirmat in hoc proposito, & alios, ut idem faciant, praeter misericordiam ac caritatem erga pupillorum parentes, adducit cogitatio malorum in societatem redundantium, si negligatur educatio, & copiae bonorum, si recte administratur.

§. CLXIII. 3) Ex asserto superiori (§. 160.) concludimus, *vetus illud, dulce est imperare, recte dici, si qui sic sentiunt, hanc dulcedinem ponant in studio continuo augendi vires ingenii & animi sui, iisque ita utendi, ut, quos regunt, eos in malis depellendis bonisque consequendis adjuvent eorumque voluntates sic inflectant, ut adversus suam ipsorum prosperitatem, seu inertia seu pravis consiliis, haud connitantur, sed sibi ipsis & ejusdem civitatis civibus prodesse discant ac strenue laborent.*

Hanc operam sedulo & impense dare, est regere societatem. Neque enim is hanc regit, qui suis praefidens viribus jubet, quid fieri velit, nec vult, quod facere obedientium refert, sed ad suum commodum aut

arbitrium homines coetui, cui praest, adscriptos vivere; ut servum dominus, compellit. Is regit socios, qui maximam, quae haberi potest, eorum bonorum copiam ipsis prospicit, propter quae societas inita est, quique efficit, ut ad haec conservanda & augenda suas singuli vires ultro, nec nisi necessitate exigente coacti, conferant.

Bonus itaque societatis moderator tam est alienus a maligna violatione, quam ab incuria, boni communis. (§. 125.) Hanc vitae rationem gigant imperitia, superstitionis, fuga laboris, vita delicata, mollis, luxuriosa, dominandi aviditas, superbia, Egoismus.

Si fortuna hominibus nihil potest praestare magis, quam vires beneficiendi plurimis; merito iudicantur infortunatissimi, quibus ad civitatum imperia natus aut eyectis sunt vires summae, ut prodeesse possint, sed mens tam laeta, ut nolint.

§. CLXIV. 4) Ex dictis (§. 180.) efficitur, si inter plures, qui ope nostra indigent, aliquis sit deligidus, quia non sufficiens juvandis omnibus, non esse eum anteponendum, qui nobis plurimum egeat, nec cui nos qualicunque de causa maxime faveamus, sed illum, per quem nostra adjutum re aut opera effici queat, ut quamplurimorum commoda augeamus. Hinc & mortes praematurae bonorum Regum, servitorum patriae, herorum cet. nos merito movent vehementius, quam eorum privatorum, quibus erexit non civitati, sed nobis solis nocetur. Idem globus, qui *Turennium* occidit, brachium abstulit *Hilario*, rei tormentariae praefecto. Hic videns casu suo illacrumare filium, non me inquit, fili, hunc ploca magnum virum exanimem! Nihilne igitur dabitur fayori, nihil amicitiae, ni-

nihil grato animo, nihil propinquis & familiae? Tantum, quantum dari potest nostro, non communis hominum ac civium detimento graviori. Ita qui imperium ex publica utilitate administrat, suo ex patrimonio dona ei confert, cui favet, honores vero publicos illis, per quos civitati se maxime profuturum sperat.

§. CLXV. Neque vero *aequale erga omnes* studium natura exigit. Ferventiori amore *amicos*, (§. 126.) propinquos ob gratiam progenitorum memoriam, eosque, a quibus beneficia accepimus, (§. 120.) merito prosequimur, atque *cetera si sint paria*, (§. 164.) recte ipsos praे aliis, tanquam nobis notiores vel utiliores, adjuvamus & complectimur.

Magnum iriter haec momenta locum damus beneficiorum recordationi. Grata mens est studium jucundum ac perpetuum beneficia accepta agnoscendi & estimandi, atque eorum datori grata quaerere & utilia liberaliter praestandi.

Studium appellavi *jucundum*, quoniam in ipsa cogitatione facti, quod nobis profuit, & contentionis virium ad gratiam referendam, proinde in favore singulari erga eum, qui benevolo in nos animo gratum & magnopere utile aliquid nobis praestitit, aliqua ineft suavitas egregia, quam omnis mens non corrupta sentit.

Studium vocavi *perpetuum*. Neque enim gratia interpretatur *beneficia vera*, (§. 120.) qui nimis ea exiliter ad calculos revocat, ne plus reddat, quam accepit, qui festinat, ut hoc quasi aere alieno se liberet, & ubi parem se mensuram implevisse putet, ejus, cui obstrictus erat, obliviscitur instar emitoris, qui soluta pecunia venditoris non meminit. Voluntas impensa & conti-

nuo

quo id beneficium reddendi sufficit, quod reddi nequit.

Adjeci, beneficium agnoscit, & quanti sit, tandem aestimari oportere. Aestimatio non est facienda ex sola eventu, sed ex benevolentia, ex molestia atque jactura ejus, qui alteri ultro nulloque juris vinculo coactus profuit, aut saltem ex gradu utilitatis, quae ex eo facto ad accipientem pervenit. Quapropter ingratus beneficii accepti interpres est & aestimator, qui cum dante cavillatur; & venatur levissimas etiam suspiciones, non pure, sed mercenario amori (§ 154.) id, quod in se collatum sit, acceptum referri posse, pro quo proinde debeatur patrum vel omnino nihil. Talis quoque est, qui nihil ei se debere putat, cuius favore opportune adjutus, ornatus, sublevatus est, quia nihil nisi quod honeste negari aut praetermitti haud potuissest, se impetrasse, ad regendam mentis ingratiae invidiam aliis, ac tandem sibi ipsi, persuadet. Ministerium corporis emi potest, benevolentia, & quicquid ab hac sola proficietur, emi non potest. Haec cernitur in modo & ardore id faciendi, quod alterius interest, & in adhibita singulari virium ingenii & animi contentione, excogitandi viam optimam commodi alieni augendi, & ne id quidem, de quo praetermisso alter queri haud poterat, negligendi. Sic labor militis & ne pericula belli solita subterfugiat, emi potest: virtutes imperatoriae non sunt rerum venalium numero. Etiam servus de domino suo bene mereri potest.

Cumque magnitudo beneficii sit aestimanda ex multitudine & magnitudine bonorum, quae ex eo ad accipientem aut ad ejus posteros redierunt; per se patet, peccare illos in aestimandis beneficis, qui negligunt memoriam defunctorum, quorum prae-cla-

claris meritis fruuntur, quive ad posteros ejus, cui multum debent, quemque quanti faciant, ex ejus merito testari non potuerunt, gratae mentis mutuus non proferunt (*a*).

Dixi, vere utilia benefico reddi oportere. Huic vero utile non est, te ob eam causam, quod tibi proficerit, instar servi cuivis ejus voluntati omnibus fieri, ac dare postulant, quae dari nequeunt salvo aliorum jure, nec salvo studio societas humanae & civilis commoda augendi, quod natura pactique legitimi religio cuique injungit. Si milititer immerito postulat beneficis, ea in gratiam suam fieri, quae nullum illi aut valde exiguum commodum, grave vero tibi incommodum afferrent, aut te bonorum verorum adeptione privarent.

Mens vere ingrata tribus in rebus cernitur; primum in neglecta estimatione beneficii, cum accipitur, deinde in oppressa cogitatione tum pretii, quod ei inest, tum gratiae referendae, tandem in atro & terrimo animi impulsu ad mala pro bonis reddenda. Uti admodum suave est, gratum esse aut fuisse, ita mens ingrata parit & displicientiam sui & contemptum aut indignationem omnium. Superne despiciens hominem, qui quod sibi ab aliis deberi omnia, se pro acceptis quidquam debere nemini, fatuus aut arrogans credit, quive tam' est levis, ut beneficij accepti non quidem sit iniquus estimator, at ejus, a quo illud accepit, parvam aut plane nullam curam agat. Eum vero, qui pro bonis mala reddat, se aversari possunt, et inimici suos esse possunt, et omnes in corpore credidit eubo, in vita, in morte, in deo.

(*a*) Apposite SENECA de benef. IV, 30. *Hoc debemus virtutibus, inquit, ut non praesentes salum illas, sed etiam sublatas e conspectu colamus. Quomodo illae id egerunt, ut non in utram partem prodecesserint; sed beneficia sua etiam post se relinquerent, ita & nos non una civitate grati fuisse.*

omnes sentiunt & indignum judicare, qui inter homines in societate teste sentientes tolerentur. Penetrant in animum non prorsus torvitatem dura & inflexibilis deformatum querelae *Didonis*, quae ab amatore decepta furisque incensa in haec verba erumpit.

Num fletu ingemuius nostro? num lumina flexit?

Num lacrumas rictus dedit? qui miseratus amorem est?

Atque ob eam quoque causam *invidiosa* est animi ingrati effigies, quod communis utilitati a talibus exemplis metuitur, ne studium benefaciendi extirpent, quodque minime aptus putatur ad societatis cultum, qui accepta licet magna amoris causa, adeo labefactaverit amandi sensum, ut plane frigescat.

Qui vero sunt fontes vitii tam turpis tamque atroci omnibus? Plures uno. *Incuria & oblivio boni*, quod quis aliorum favori acceptum refert, nonnihilquam nascitur ab indole nativa, quam ad rectum conformare neglexit educator. aut adeo verbis factisque suis corrupit. *Est ejus imbecillitas* major gradus praecipue in illis, quibus is est corporis & animi status durabilis, quem *temperas mentis* sanguineum phlegmataci nomine appellant. Tales homines omnem in fructibus, quos capiunt, animi aciem defigunt, arborem, quam eos tulit, vel non animadvertere facile adsuescunt, vel pigre negligere. Mens vero, quae tibi ipsi vivit facit, ut eum, cuius benevolentiae se plurimum debere sentit, aversari, odio habere, persequi non vereatur, canis diversa paupertatis fortis & indurefecit. Primum malitia in veterata vix expugnari potest cogitatione placida auctoris multorum bonorum, quibus potitur. Accedit *Superbia*, ut omnia tibi nihil aliis, debere possint,

lis, nata ex falsa opinione honoris, (§. 122.) interdum & *invidia singularis*, quod si aliis, huic tamen, a quo beneficium acceperisti, te debere doleas. Atque eadem superbia acuit libertatis stimulos, ut eum, qui tibi beneficerit, molestum tibi creditorem fingas, eumque propterea sine dolore nunquam cogites. Hic dolor fit vehementior, quo difficilem gratiae relationem fore metuis. *Leve aes alienum*, inquit SENECA, *debitorem facit, grave inimicum*. Interdum aliquis idcirco odiosus est ei, de quo egregie meruit, quod hic, nisi ingratus esse velit, quaedam non facere cogatur, quae cupiat. Molestus esse solet hominibus male sentientibus, qui indomitis eorum cupiditatibus obstat.

Qui ad vitium ingratae mentis prolabitur, initio non potest non experiri vim sensus moralis (§. 47.) a tanta indignitate abhorrentis. Proinde ut se ipsum fallat & alios, quaerit integumenta suae pravitatis; e. c. accusat vultum ejus, cui multum boni acceptum refert, non semper eundem & interdum frigidorem, aut quaedam ejus errata vera aut commentitia, licet sint levissima, aut negationem alicujus rei ab eo ultius petitae. His causis se sibi aliisque purgare conantur de dissolutione vinculi cum beneficio contracti. At vero num ei, a quo veris bonis es cumulatus, nihil debes, nisi simul sit homo numeris omnibus perfectus? An si quis non tuetur pristina beneficia sua largiendis novis, perinde facit, atque si apocham ei daret, cui beneficium tribuit, ut pro hoc quidquam sibi debere desinat?

Cognitis, quos recensuimus, hujus morbi generi humano perniciosi fontibus, laborandum est, ut obstruantur. Adsuefaciendus est animus, ut, si quid boni se possidere gaudet, auctorem ejus boni simul investiget, & cum, cui multum se debere

O

int.

intelligit, non proponat animo suo sicut creditorem, sed sicut hominem sui amantem dignumque, qui vicissim ametur. Nulla est nobilior *aemulatio*, quam eorum, qui beneficiis dandis & reddendis se mutuo vincere certant.

§. CLXVI. Interest igitur hominis, aequem amare alios, ac semet ipsum. (§. 128.) Plusne aliquando alios, quam se? Est singulorum cum *societate*, & hujus cum singulis id vinculum *naturale*: ut nunquam fieri possit, veras duorum pluriumve hominum utilitates vere contendere.

Utile esse diximus, (§. 10.) quicquid bono cuidam obtinendo ita inservit, ut simul cum hoc impetrato par aut gravius malum non efficiat. Si utilitates diversorum hominum vere in contentionem venirent; fieri non posset, quin quod esset uni salutare, illud alteri noceret. Quo posito, consilium naturae omnes homines aequaliter vocantis ad feliciter vivendum, & regularum natura-
lium certitudine convelleretur. (28.)

Neque est, quod affirmes, *naturaliter* bonum in *societate* esse, quod profit plurimis, quidquid inde incommodi iū paucos redundet. Quis in *societate* hominum *naturali* infinita (§. 100.) definiet numerum hominum, ex quo, quid sit plenisque vere utile, quid vere noceat paucis, exacte aestimetur? Certae potius sunt hae regulae:

Nihil est utile universis hominibus, quod idem vere noceat singulis.

Nihil vere prodest singulis, quod noceat idem hominibus universis.

§. CLXVII. Haec si ita sint, qui fit, inquis, ut *salus societatis* aliquando exigat, res suas, libera-
ta-

tatem, incolumentem, vitam, & quicquid praeterea haud libenter dimittitur, abdicare singulos pro compluribus?

Si mala graviora, si mortis ipsa, quae pro aliis juvandis ac defendendis appetitur, felicitatem eorum, qui id faciunt; destrueret; fieri non posset, ut ille, cui sana mens est, huius malorum irreparabilium gurgiti se immitteret. Unusquisque, qui esse cupit, felicitatis, dum esse pergit, fruenda desiderium exuere nequit. (§. 11.)

Verum malis quibusdam ultro suscipiéndis intenditur gradus felicitatis, nempe ea, ex qua oritur consecutio verae voluptatis majoris. (§. 61.) Quaestio itaque, quo usque mala aliena sint averienda, aut sublevanda, nostrisredit ad hanc: quo usque ex malis, quae aliorum causa ultro subeuntur, iisque acerbioribus, (veluti libertatis & vitae privatione). felicitatis nostrae incrementum nasci & spectari possit?

§. CLXVIII. Tale incrementum enascitur;
(1) quoties defensio aliorum sub necessaria defensione nostra (§. 130.) continetur.

Alacritas nostra, bona, quae nobis in pretio sunt, pro aliis sublevandis & periculo liberandis dimitendi, parit fiduciam, idem caeteros nostra causa facturos. Tum nostra res agitur, paries cum proximus ardet. Sicubi indefensos optimi patiamur; nobis ipsis terribile illud *Polyphemi* beneficium impender. Sim, qui *Orestem*, non deerunt, qui *Pyladem* referant. Haec fiducia mutua est suavissimus societatis fructus, & egregium vitae tranquillae ac serenae praesidium, quoniam minus metuitur unius aut paucorum impetus, quem plures aut omnes repellunt.

(2) Non minuitur, sed crescit felicitas ejus;

qui detrimentum aliquod, grave quidem, reparabile tamen tulit, quod majorem utilitatem societati humanae, aut ei, cui quisque adscriptus est, speciali, afferat.

Dolor, quem mala pro aliorum salute suscepta afferunt, vel cum suavitate, quam ad id usque tempus ex societate hausimus, conferri non meretur, dum cito transit, vel gaudii, quod ex boni alieni amplificatione capimus, (§. 159.) magnitudine vincitur. *Epaminondas*, mortifero vulnere accepto, ferrum, quod ex hostili in corpore remauferat, usque eo retinuit, quoad nuntiatum esset, viceisse Boeotios. Eo nuntio accepto, satis inquit, vixi, & extracto ferro nobilem laetus animam efflavit.

Ipsum illud malum grave & diuturnum, quod aliorum causa subimus, intendit gradum voluptatis, quam contemplatio facti nobilis & conscientia parit. (§. 117.) Malle dolere, ne gravius doleant alii, est voluptas; videre, quam male sit sociis, & horum dolori non posse mederi, verus dolor.

Nulla aetate, nec nostra, defunt fortia & praeclara id genus facinora. Ut praeteream Romanos Graecosque; quem historiae peritum latent *devoti Gallorum* apud *Caesarem*? quem *clientes Germanorum*? apud quos *infame* & in omnem vitam profsum erat, *superstitem principi suo ex acie recessisse*; illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta glorię ejus adsignare, *præcipuum sacramentum* (a). Quis ignorat aemulationem illorum nobilium, qui medio, quod vocant, aevo viduas pupilosque oppressos ardore saepe nimio, quandoque

(a) *TACITUS de moribus Germ. c. 14. Add. AMLIANS MARCELLINUS XVI, 2.*

doque salutari & necessario, adversus vim & injurias defendendos susceperunt? Quanto mortis contemptu sex viri se ultro devoverunt pro servanda caeteris extrema expertis *Caleti* civibus!

Addimus, & tunc salutarem esse rerum carissimarum jaetoram, si has non aliter, quam cum aliorum *laesione* (§. 129.) conservare, aut recuperare possis. Inter eos, quos proscriptos *Triumvirorum* rabies delevit, erat Q. CICERO M. Tullii frater. Cujus filius a percussoribus prehensus, quamvis degener, nullis tamen adduci cruciatis potuit, ut patrem latentem indicaret. Hic vero non diu ferre potuit, sua causa tormentis laniari filium. Hunc ut liberaret se ipsum prodidit, fuitque haec sola inter patrem & filium contentio, uter prior interimeretur.

§. CLXIX. At vero, inquis, si mors pro salute societatis appetatur: quis inde fructus redit ad mortuum? Redit verus, magnus, stabilis.

Dulce est pro patria mori, dulce pro amico, si principis, etiam externi, si civis egregii, si amici incolumentas est conjunctior cum salute publica, quae sine talibus subsidiis conservari nequit, quam vitae nostrae prorogatio. Mors enim non abrumpit filium felicitatis humanae, sed facit, ut novam ejus periculum inchoemus. (§. 17.) Anima corpori superstes non dolebit privatione aliquot verarum voluptatum, quas ex diutiori coniunctione cum corpore suo capere potuerat. Sibi gaudebit olim sibi conscientia, multorum se hominum, multarum propaginum, salutem celeriori prioris vitae suae decursu redemisse, & exempladis prodesse. Unius viri vere magni tropaea sexcentos alios ad bene merendum de genere humano, & ad quodvis discriminem pro ea, cui addi-

Q 3. eti

eti sunt, societate bona adiundant exsuscitant. Haec spes, haec quasi anticipatio gaudii futuri, quam imago & recordatio actionis multe diu fructuosa necessario efficit, inflammare potest nobiles animos, ut *Codrus Leonidas*, & illustres heroicis aetatibus viros imitati contemplant mortem, quae societati prodest.

S E C T I O N I V .

Naturale Religionis & Felicitatis humanae.

connubium.

§. CLXX. Quemadmodum homo cum in se sola, (§. 96.) tunc in coniunctione cum aliis hominibus, (§. 98.) quaerat fontem felicitatis suae, explicavimus. Nihilne amplius ad beateque vivendum exigitur?

Tota terram natura, quatems eam peruestigare homini contingit, ad incrementata felicitatis humanae consentire videtur. Taceo, quanta cum largiate terra foeta frugibus varia & homini praecepitae jucunda gignat: ac u. e. vere nova quanta copia Flora dives, & quanta suavitate oscines, dom suum quaeque melos nativum canunt, novas spes, novas gaudendi causas, amplissima naturae quasi renovatue minera abundant. Taceo, quot & quanta subsidia mare universum, pecudes, & interiora terrae viscera, ad hominem commoditates & usum liberaliter offerantur. Mens intenta in partes, quibus haec omnia rerum universitas compotitur, in ordinem perpetuum

tuum, quo illae continentur, in leges aeternas, quibus reguntur, in *legem parsimoniae naturalis* (a), qua maxima quaeque viribus minimis & via brevissima efficientur, in vires naturae nullo aevo detritas parique semper quantitate integras, in harmoniam, qua concinunt tot discreti, & tamen conjuncti, orbes maximi, praे quibus is, quem incolimus, paene nihil est, nisi gutta in oceano, mens, inquam, in his cogitandis defixa sentit humi repens se supra humana extolli, & jam demum dignitatis suae, quae tantaram rerum minimaam quidem, veram tamen, notitiam habet, sibi conscientia, spectando fere erigit. Pascitur admirabili spectaculo. Peplum naturae utcunque retexens insigni dulcedine perfruitur. Ita fit, ut, amplificanda rerum naturalium cognitione, suae quisque felicitatis magnitudinem valde intenderet (§. 7.).

• §. CLXXI. Leve est illud felicitatis incrementum, (§. 170.) si comparetur cum eo, quod a contemplatione mundi ascendens ad cognitionem Dei animus capit.

Est Deus, suapte vi aeternus, diversus a mundo, quem simulac esse jussit, existit. Est Deus unus. Mundus, seu series rerum finitarum omnium, quae simul existant, seu sibi succedant, inter se perfecte connectuntur, mundus, inquam, nihil habet, quo mens, ut plures uno Deos esse opinetur, adduci possit,

(a) Hanc Philosophorum more explicit M A U P E R T I U S. Breviter & pulchre, ut solet, eam expressit POPE *Essay on Man* ep. 1. In human Works, two labour'd on with pain, A thousand movements scarce one purpose gain; In God's, one single can its End produce; yet serves to second too some other use.

possit. Unum ut ejus conditorem esse credamus, admirabilis omnium ejus partium utcunque cognitarum harmonia nobis persuadet. Atque huic unius rerum, quae praeter eum existunt, omnium opificis decreto immutabili sit, ut haec, quam effecit, rerum finitarum series non senescat, utque nulla ejus pars depereat, sed ut iisdem legibus perpetuis tot tantique orbes volvantur, genera rerum, quae a tempore omnem memoriam effugiente fuerunt, integrâ conserventur, & inter haec humanum genus eadem cum caeteris partibus necessitudine contineri perget. Cognitione naturae divinae, sive attributorum Dei, in dies progradientes, & ea quidem viva, ac studio faciendi, quod Numinis divino placet, quemadmodum felicitas humana ad summum evenatur fastigium, nostrum est, hoc loco inquirere.

§. CLXXII. *Deus est summa potens.* Nam cum habeat vires illis, quas mundo contulit, viribus finitis superiores, & extra Deum nihil sit, quod his limites ponere, aut vires divinitus non datas habere, possit; virium finitarum & possibilium omnium copia Deus polleat, necesse est, *Imbecillitas* quæcum sit *inopia virium possibilium*; a notione Dei eam esse alienam, manifestopatet. Ignorantia veri e. c. est signum intellectus limitati. Deus igitur limitum expers omnis veri, quod cogitari potest, aut existit, est scientissimus. Proinde errores ac vel levissimas intelligentiae tenebras arcet naturae divinae notio. Neque Deus notitiam rerum tempore & usq; acquisivit, quae est naturarum finitarum intelligendi facultate praeditarum conditio, sed, quam scientiam omnium habet perfectissimam, eam ab aeterno habet. Quae libet attributa divina necessario sunt *aeterna*.

Mens

Mens infinitam virium copiam, sine ullius imbecillitatis interventu naturae divinae propriam, cogitans maximam attonita admirationem concipit, & in suo quasi fundo fentit oriri atque incalescere summam veneratiōem, (§. 47.) quae vulgariter dicitur adoratio.

Plena haec est fiduciae & suavitatis, ac propterea longe abest a servili trepidatione. Haec enim non solum bonitati divinae, (§. 178.) sed & summae potentiae repugnat, quae nihil metuit, adeoque non necesse habet, scrylem illis, quos condidit, payorem incutere.

§. CLXXXIII. Potentissimus ac summo intelligens est Deus, ergo beatissimus. Nam cum polleat infinitis viribus: (§. 172.) has quoque habet, quibus optima & sibi maxime consentanea intelligat, & sibi ea, quae placent, omnia praefert, adeoque sibi fontem purissimi gaudii perennem aperiat. Nulla igitur pars mundi, neque is universus, beatissimae Dei naturae aliquid addere aut demere potest. Ex quo apparet, Deum, cum conderet mundum, non potuisse id agere, ut per eum ipse fieret beatior. Novum ex hoc assertum nascitur momentum adorationis. (§. 172.)

§. CLXXXIV. Deus cum sit summe intelligens ac beatissimus, necessario est sapientissimus. Sapientia est scientia, quemadmodum fines (§. 176.) alii cum aliis, & singuli cum subsidiis suis, atque orares cum felicitate entis intelligentis connectantur, seu, ut breviter definit LIBERITAS, est scientia felicitatis. Si Deus non esset summe sapiens, non posset non oriri dissensus tum inter decreta ipsarum tum inter haec atque eos, quos praevidit, effectus

O

fectus

fectus. Hanc consiliorum suorum pugnam necessario videret Deus; quia intelligentiam habet infinitam. (§. 172.) Illa repugnantiae cognitio non posset non ipsum afficere taedio: siquidem harmonia naturae intelligenti omni placet ac auctoritatem afferat. Hujusmodi taedia pugnant cum natura beatissima. Deus itaque est summe sapiens, quia est summe beatus. (§. 173.) Ubi potentia & sapientia summa, ibi *summa libertas*. Ergo Deus (§. 84) est *liberrimus* (221).

§. CLXXV. Mundus est opus Dei, (§. 171.) adeoque dignum summa sapientia. (§. 174.) Quare non potest velis universus, vel ulla illius pars, aliquid habere fortuiti, fatalesve periodos. Ubi factum, ibi nulla *ratio*, cur & quemadmodum res existant, ergo nullus *ordo*. Sed in mundo est ordo. Igitur fato nec produetus est, nec regitur.

Aeternum vidit Deus seriem ac veluti conjugationem effectuum omnium, qui hoc mundo condito non possint non ab aliis nasci: (§. 72.) vidit, ponderavit, & hanc, quam effecit, rerum seriem, ob maximam ejus harmoniam, cuicunque alii coagmentationi anteposuit.

§. CLXXVI. Cum ens intelligentia praeditum agit, is status, quem per actionem suam efficere cupit, ipsius propositum dicitur (*finis, causa finalis*). Cum agere coeco impetu, non sit argumentum naturae sapientissimae: (§. 174.) non potuit non Deus finem aliquem sibi habere propositum, tum in singularum mundi partium natura constituenda, tum in arctiori quadrangula copulatione efficienda, tum in harmonia universalium. Cumque eadem sapientia omnibus

nu-

numeris absoluta: quamcumque in consiliis divinis pugnāt, excludat: quoslibet fines Dei particulares ad supremum creationis finem collineare, necesse est.

Nulli naturae finitae contingit, hunc admirabilem consiliorum divinorum contextum plene perspicere. Deus se ipsum solus novit.

CLXXVII. Neque vero notitia omnis consiliorum Dei particularium negata est hominibus generi: licet maxima pars eorum, quae ut omnique cognita habemus, sit minima eorum, quae ignoramus.

Ex iusū rei cuiusdam cognito recte ejus consilium colligimus, a quo res constructa est, quemque hunc rei se confessae usum plene perspicere non dubitamus. Unde quod naturae rei conyenit, illud effectoris sapientis consilio responderet. Contra omnia mutatio, omnia status, eidem naturae repugnans, fini ac voluntati conditoris sapientis adversatur. Cognita itaque natura humana, hoc est hominis essentia, facultatibus, virtutibus, nexu cum caeteris mundi partibus, recte concludimus: omnem probum fecundumque libertatis nostrae usum, hoc est, omnem actionem liberarum rationum naturae, noscendam, cum eo, quod sibi Deus in creando genere humano proposuit, seu cum finibus divinis consentire, & quidquid naturae sit dissentaneum, illud consilio divino quoque aduersari. Recte dicuntur hoc sensu, non autem eo, quo Stoici, paucum a Deo non distinguentes, censurunt eos ex voluntate divina agere, qui naturam voluntatis divinæ indiceb, sequentur. o illi, sunt isti, at hoc uerum, rerum innumerarum est concordatio, homini ut possim affectre usum. Homini ea est natura, ubi illis indiget. (§. 64.) Naturaliter est quod ualde propter ueritatem etiam consilium

su fertur ad res quibus eget, in medio positas, seos in usus convertendas. Vires habet illis portiundi. Concluditur, *jus*, quod JCti vocant, *occupandi voluntati divinae convenire*.

S. CLXXVIII. *Deus cum sit sapientissimus* (§. 174.) & *beatissimas* (§. 173.) : non potest non esse summe bonus. Bonus est, qui cupit naturas voluntate praeditas, sensuque sui & appetitum felicitatis habentes, rebus, quibus indigent, instruere, videre ac praestare felices. In tanta rerum serie, quas diverso perfectionis gradu praeditas creavit Deus, naturae cuique intelligenti inservit studium suae felicitatis. Igitur si sumatur, Deum non esse summum bonum, concludi deberet; aut ipsum, dum homines crearet, simul ea non ordinasse, sine quorum concursu & quasi conspiratione physice possibilis non est ejus felicitatis adeptio, cuius desiderium iisdem naturis intelligentibus incassit; aut Deum confuso voluisse, ut hae ea, quam necessario cupiunt, felicitate careant, atque hanc necessitatem optatis carendi physicam illis imposuisse.

Si dicas, voluisse Deum, ut animae potirentur felicitate, cuius appetitum ad earum essentiam affixit, nec tamen de subsidiis necessariis simul ordinandis cogitasse; aut ponis, fieri illas felices praeter consilium diuinum; aut physica necessitate impeditas omnino fieri non posse. Quorum si sumis prius; eventum ponis fortuitum in mundo, qui, quatenus aeternum ejus effectorem cogites, neque est, neque esse potest (§. 175.) Sin sumas posteriorius, aliquem in consiliis divinis quasi hiatum admittis. Id quod cum notione summae sapientiae pugnat. Denique si sumas, Deum idcirco naturas quasdam intelligentes, quarum numero sunt homines, fecisse felicitatis suae appetentes, ut hac negata,

ian-

tanto vehementius cruciarentur, quia suave sit summo Numini, illas & intueri & efficere miseras: id sumis, quod cum summa Dei beatitate pugnat (§. 173.) Haec haud patitur, ut essentiam aliquam, necessario miseram, proinde naturae suae oppositam, probaverit, elegerit, inter fines creationis retulerit, effecerit. Ob id ipsum, quod est beatissimus, non potuit non velle potius, ut physice possibilis esset tantae felicitatis adeptio, quam, salvo totius creationis tenore seu syste-
mate, singulis naturalium intelligentium a se effe-
tarum generibus impetrari potest, & cuius desi-
derium-iisdem ingeneravit.

Verum natura finita nequit summam perfectionis capax esse. Quantilla esse potuerit privatio perfe-
ctionis plenae in homine, hoc est, quaenam sit distantia minima, qua perfectio generis humani potuerit dirimi a divina; unus mundi effector plenissime intelligit, hominum vero cognitionem plane fugit. Hoc nos docet ipsa naturae divinae notio, tantum boni assignatum esse generi humano, quantum ei pro sapientia Dei in serie rerum immensa adsignari potuerit.

§. CLXXIX. *Infinitae bonitatis effectus est Dei providentia.* Haec est ea pars decreti aeterni de mundi creatione ac conservatione facti, qua Deus tum viribus suis, (supernaturalibus) tum iis, quas rerum creatarum naturae attribuit, viribus consulti singulis mundi partibus, id est, facit vel suppeditatione subsidiorum, vel amoyendis, quae obstat possint, omnibus, ut & singulis bene esse possit, & harmonia universi conservetur. In pri-
mis autem naturis (entibus) intelligentia praedi-
tis ea prospicit bona & offert, quibus ad felici-
ter vivendum indigent, ac mala vitae felici op-
posita

posita ab iisdem avertit. Negata hac divina terum creatarum cura sumitur, sapientiam ac bonitatem Dei non esse perfectam, sed vel iri pavidendis atque eligendis subsidiis optimis, quibus prospexerit rebus creatis, sensum jucundi & injucundi habentibus, vel in iisdem efficiendis & dirigendis sibi non esse consentaneam. At vero sapientia & bonitas Dei sunt perfectissimae. Igitur de providentia Dei certi sumus.

Hanc qui cum Epicuro negant existimante, Deum *nōtuosum* non posse dici *beatum*: illi aut necessarium providentiae cum bonitate & hujus cum beatitate divina vineulum non perspicunt, aut naturae divinae (§. 172. 173. 174.) notione delituuntur. Qui vero rectionem divinam ad magnos duntaxat eventus pertinere putant, & parva curari negant: illi notione maximi & minimi, intelligentiae nostrae finitae accommodata, naturam viribus infinitis praeditam temere coērcent, aut se ipsos non intelligunt.

§. CLXXX. Jucundissima est mundi contemplatio, in primis ex ea parte, quae manifesta providentiae divinae specimina exhibet. Mundus inanimatus inservit animato. Hoc continetur immensa rerum varietas. Praeter humanum genus, entium intelligentium vires humanas aequantium aut superantium complura existere genera, probabile est. Singulis suum felicitatis gradum divinitus esse destinatum, ea, quam de summa Dei providentia habemus, notio nos concludere cogit.

At enim tot mundum deformant mala physica, imo bonis, quae mundo continentur, *sunt aquilia!* Num *vere* mala? Ubi malum, ibi dissensus in toto, quod constat ex partibus. Nos, qui minimam

niam hujus rerum universitatis particulam ut cunque cognoscimus, nos, qui ne unius quidem corporis structuram interiorem, ejus clementa, & modum, quo cohaerent atque operantur, plene perspicimus, nos, qui tot rerum genera & quasi gradationes ignoramus, qui ne unam quidem causam physicam intime perspectam habemus, nos, qui longissime distamus ab eo punto, ex quo contextus, ordo, motus, consensus partium mundi omnium pvideri possit, in tantis, quibus circumfundimur, tenebris afflere boni malique aequalitatem, ac mundi deformitatem ac vitia accusare audebimus?

Hominum certe generis, ut felicitatis fibi destinatae posset fieri particeps, ea est essentia, eae sunt vires, eo illud vinculo cum rebus ceteris a Deo creatis continetur, ut ad illud propositum assequendum omnia consentiant. Similiter Deo malorum averrunco mens grata, cum aliis careat pietatis suae testandae subsidiis, gaudia sua sincera consecrat, dum tot & tanta mala malorumque ausuum irritamenta sibi benefica & occulta manu detracta, atque occasiones veri intelligendi ac bene agendi suppeditatas, recordatur & sentit. *Physica*, *Physiologia*, *Psychologia*, rerum gestarum annales, providentiam Dei argumentis omni exceptione majoribas confirmant. Fructus philosophiae dulcissimus est, progressus in notitia Dei continuus, tanquam ejus patris, cui carior est homo, quam sibi.

§. CLXXXI. In primis vinculum illud, quo homo cum homine conjunctus est, Dei providentiam pro hominum salute excubantem evidenter demonstrat. Manet eadem sexus utriusque proportio, idem ortus, vitae ac mortis ordo: neque

que bellis, vastationibus, vel quavis actuosa hominum in suam necem ingeniosorum stultitia constans naturae ordo disturbatur. Atque ex his ipsis hominum erratis nonne concluseris necessitatem entis cuiusdam intelligentis perfectissimi vere existentis, quod ab aeterno res tam sapienter ordinaverit, ut eadem errata ordinem rerum aptissime inter se nexarunt non pervertant, sed ad perfectionem mundi conspirent?

Prava consilia & naturali hominum conglutinationi adversa mirifice inflectuntur, ut nata ex iis eventuum societati salubrium semina laetius progerminent. Sibi soli se vivere putat aliquis, sed dulei errore deceptus vivit aliis, (v. c. ambitiosus, qui strenuo labore res magnas agit) & inscius atque invitus multis prodeat. Sui incuriosus aliis se totum vivere, nullum ex humanitate, laboribus, beneficiis, commodum se referre, bona fide persuasum habet. Sibi, dum ita vitam instituit, se nihil tale cogitantem consuluisse, praeter voluptatem ex facto nascentem, perfaepe experitur. Triginta tyranni, se tantum respicientes, ad referentes omnia, furore suo de lethargo excitat languentes civium animos, ut, qui sunt, memores velut uno spiritu, ad libertatem fortiter proclament, & ejus fructibus potiantur. Rebelliones ab acutis coecorum ducibus fuscitatae, ut hi suum sub nomine libertatis dominatum stabiliant, post multas calamitates acceptas hanc posteris majorum eupham luentibus utilitatem afferunt, ut turbide age, ac bonis, quae habent, dimissis umbras captare non adsuecant, & quantum sit sua, quantum publica sorte tolerabili, contentum vivere, persentiscant. Helluo, suo tantum deferviens abdomini, complures alit homines industrios. Avarus, non nisi cum expirat, societati perutilis, heredem inopem.

pem eumque frugi hominem locupletat. Bella populos ignotos aperiunt; victas gentes cladibus ipsis erudiunt, monent, corrigunt; pace facta hostes conjungunt communis utilitatis vinculo, novamque inter eos necessitudinem mutua artium communicatione & mercatura arctius devinciunt, &c.

§. CLXXXII. At vero pars hominum innumera-
bilis miseria implicatur! Hanc si non praevidit
Deus, an providus appellari potest? Si praevisa-
non avertit, quia non potuit, an summe potens?
si potuit, sed noluit, an bonus?

Uique Deus praevidit eventus futuros tam *mo-
rales*, hoc est, a naturarum, quas fecit, intelligenti-
um libertate proficentes, quam *physicus*, quia
eorum eventuum causas efficientes & modum atque
ordinem, quo hae causae agunt, ab aeterno no-
vit. Praescivit originem & copulationem *mo-
mentorum*, (§. 2.) quorū vim pro libertate sua
homo quisque intendere aut minuere potuerat,
aut reapse intendit ac minuit, ut voluntatem
suam ad aliquid decernendum & efficiendum in-
flechterent. Haec certa status hominum futuri
cognitio nihil de eorum libertate detrahit.

Insuper scivit Deus, quae *causae physicas* essent
certo tempore veluti concursarae ad magnas ae-
rumnas uni, paucis, quamplurimis, universae cui-
dam nationi, comparandas. Non potuit ignorare,
futuros complures, quos tempestas aut dira fugae
necessitas in loca inhospita & sterilia se recipere
cogat, ubi nulla eos coeli clementia recreet, nul-
lus, nisi tenuis, victus & moleste quaesitus nutriat.
Hisne igitur licet esse beatis? inquies. Profecto
non licet molliter educatis, non *Sybaritis*, non
Ovidio ad extremos *Getas* relegato. At hominis

P

ea

ea natura est, ut, modo sit corpore sanus, etiam duris adsuescat. An natura *Lappones* neglexit? An hi sunt patrii soli minus amantes, quam quibus, ut jucunde vivant, aer mitior, navigatio, mercatura, largam ac saepe nimiam rerum naturalium & arte factarum copiam subministrant?

Verum salva res est. Miseria non est, quam multi in sola malorum corporis copia & bonorum externorum privatione ponunt. (§. 21.) Calamitates, quae a casu, a malevolentia vel ab imprudentia aliena oriuntur, felicitatem, dum sentiuntur, minuunt, non auferunt. Superatas meminisse juvat. Habet patientia ac fortitudo sua commoda. (§. 87. 88.) Quippe rebus adversis animus a multis inceptis malis retrahitur; illecebrarum vis hebetatur, dum mens tristibus adsueta ad motus ab illis recipiendos nimis languida in rectum propendere pergit. Prudentia Dei, hominibus salva eorum libertate consulens, multas saepe occasiones praebet in se ipsos & ea, quae eveniunt, aciem suam intendendi, atque beneficiam & adversis ipsis majora mala avertentem Dei manum agnoscendi. Insuper spei, forte melius, lenimento aluntur & eriguntur animi. Denique *mala physica absoluta* proprio significatu in mundo dari, (§. 180.) negavimus. Consentunt ea, quae hoc nomine appellantur, omnia ad statum mundi perfectissimum, licet nos longam veluti catenam bonorum ex illis nascentium perspicere, yetent intellectus limites.

At vero, inquis, vitas hominum circumfundunt *mala vera voluntaria*. Fatemur. Sed Deum culpa vacare, ex notione sapientiae ac bonitatis divinae recte colligitur.

Nati ad feliciter vivendum homines non sunt, nisi ultro, miseri.

Prae-

Praebuit providum Numen momenta gravissima recte agendi. *Impedimenta moralia naturae entis intelligentis accommodata.* veluti *sensum moralem, instinctus, conscientiam, poenitendi necessitatem & amarorem, facultatem rationis usū bonum.* & *malum distinguendi,* objectit errori, quo in viam felicitati contrariam homines abripiuntur. (§. 33. seqq.) His si falso putent, se esse miseros, quia non adipiscantur, quae desiderant; si negligant parata verorum malorum, quibus premuntur, solatia; si culpam suam aspero poenitentiae sensu luant; nihil est, in quo Dei bonitatem coarguas. Culpae suae effecta sentiunt.

Ex notione Dei, & ex conditione physica animae humanae, praeterea colligitur, posse fieri, ut quae de perfectionibus divinis, & de modo misericordiam nostram perennem vitandi, ex sola naturae contemplatione intelligi nequeunt, ea speciali *revelatione divina* nobis aperiantur. Hujus patefactionis singularis notas expendit ratio, ut veram ab opinatis & confictis discernat. Videt, illas notas uni disciplinae convenire, quam Christo devoti veram judicamus. Concludit, hanc doctrinam de natura divina & de modo aeternae beatitatis consequendae, deque secretis in ea quaerenda auxiliis divinis, esse beneficii summi a Dei providentia profecti loco grata accipiedam.

§. CLXXXIII. Neque vero providentia Dei hominibus, tanquam machinis, definitam felicitatis mensuram assignavit. Pars bonorum, quibus ille veluti orbis felicitatis humanae absolvitur, hominum naturae ita propriam fecit, ut in eam ipsi nihil potestatis habeant. Alteram ejus telae partem illis, tamquam naturis intelligentibus, adeoque libere agentibus, texendam commisit. Quapropter ut noscent libertatis suae (§. 50.) ser-

vare modum, finemque tueri, adaperuit illis normam sapienter agendi, hoc est, *conditiones*, quibus servatis illam felicitatis sibi destinatae mensuram demum implere possint. Hae conditiones appellantur *præcepta & leges Dei*. Quibus ut obtemperari possit, dedit Deus homini vim cognoscendi nexus inter vitam cum illa norma congruentem & felicitatis, ad quam *naturali impetu* fertur, adeptionem, proinde demonstravit, si bi placere, ut ad eam hoc modo, eoque solo possibili, perveniat. In hac ipsa cognitione ineptus movens animum, nata non tantum ex cogitatione potentiae, bonitatis, & sapientiae divinae, sed & ex persuasione, nostra referre, ut ad normam nobis divinitus patefactam actiones nostras dirigamus. Animus hujus solius utilitatis malorumque, si normam illam negligas, cognitione commotus ad agendum, quod Deo placet, dicitur *voluntati divinae parere*. Restricte is dicitur *Deo obedire*, qui actiones suas ad voluntatem divinam ob certam de sapientia & bonitate divina persuasionem, etiam sine cognitione certi generis bonorum inde ad se redundantium, conformat. (infra §. 219.)

Ex qua obedientia, si foret plena, status hominum *moralis* oriretur cum finibus divinis consentiens, adeoque bonus, hoc est verissimarum ac purissimarum voluptatum foecundus, & Deo acceptus usque eo, ut *viribus etiam supernaturalibus* tot ac tanta beneficia summum Numen *commodis recte factorum naturalibus* superaddere posset, quot & quanta generis humani natura, & sapiens eorum cum rerum universitate contextus patitur. At autem, inquis, si ex observatione regularum divinarum effecta existunt, ex quorum ad felicitatem humanam consensu colligitur, illas regulas esse divinas; qui fit, ut iisdem commodis non omnes

po-

potiantur, sed ut Deus alios prae aliis indulgentius tractet, multique nullum ex obedientia fructum capiant? Nullumne fructum? Si non nunc, ergo nunquam? (§. 17.) e. c. Regula, *valitudinem felicitatis tuae adminiculatricem diligenter cura*, non eo spectat, ut ab omnibus malis libereris, quae nascuntur ex causis physicis, quibus quo minus corpori tuo noceatur, efficere nequeas, sed ut ea, quae ab his causis imminent, detrimenta effugias, quatenus id in viribus tuis sit possum, utque id incommodum, quod vitari nequit, quoniam tua culpa non est arcessitum, cum grato quodam innocentiae tuae sensu patienter feras. Regula, *pietati erga Deum studio*, non eo spectat, ut illa largas tibi opes & quasvis vitae commoditates prae impiis impertiat, sed ut nullas tibi det, nisi eas, quae tibi aliisque vere pro sint, utque mentem det firmam, ac rerum, quas possidet, copiis ita fruentem, ut his erexit in se ipsa fontem jucunditatis dolori incidenti praevalentis perpetuo reperiat.

§. CLXXXIV. Non sua caussa Deus, ut fieret beatior, sed amore generis humani, ut hoc ejus, quae in optima rerum serie possibilis est, felicitatis particeps fieri posset, plenam postulat obedientiam. *Perfectissimus* num nostra opera potest fieri *perfectior*? hoc est, num successu temporis, ut more humano loquar, majorem attributorum (*realitatum*) aut multitudinem, aut harmoniam, acquirere potest, cuius novo quasi ex conspectu novam capiat oblationem, & uberiorem beatitatis suae gradum exaggeret? (§. 172.) Num per infirmos, nullisque viribus, nisi quas dare voluerit, quasque nutu suo evertere possit, instructos, mutari potest *patentissimus*? Suus est (*independens*). Sibi solus sufficit.

Stolidæ magna pars gentiliū putavit, & sibi Deos inter se, & prosperis hominum successibus invidere. Rectius ea de re judicarunt veteres *philosophi*. Livor est effectus infirmitatis (§. 135.) Cui nihil virium deest, numine suo qui fortunam omnem regit, orbesque creat, torquet, evertit, an is cuiquam invidere potest?

Beatitatis divinae omnem accessionem aut decessionem excludentis perennitas, nulla ope, nulla, ut conservetur, cujusquam naturæ intelligentis obedientia indigens, veram *majestatis divinae* notionem absolvit. Haec majestas nec cum mundo universo, nec cum ulla ejus parte, licet praestantissima, communicari potest. Igitur a majestate imperii humani, & a juris publici regulis, pro naturali infirmitate eorum, qui civitates regunt, necessariis, ad rationem imperii divini explicandam si quando argumentari liceat, cause & reverenter argumentandum erit.

§ CLXXXV. Si sibi homines *obtemperare* idcirco Deus voluit, (§ 184) ut singulis actionibus ad regulas ab aeterno statutas conformandis sibi causas verarum, & una hac via parabilem, voluptatum compararent: patet, singula morum praecepta divinitus ordinata esse demonstrationes viae brevissimæ ad felicitatem generi humano propositam. *Qui Dei leges violat*, inquit AUGUSTINUS, *non Deo notet, sed sibi*. Verissime Servator jugum, quod discipulis suis incepit, tene esse dixit & onus leve.

Ex eodem enuntiato efficitur, studium hominis in eo elaborantis, ut voluntati divinae congruent se amet, atque alios aequi ac se ipsum, esse gratam summum Numinis adorationem (§. 173. 184.) Recte apud CICERONEM CAELO: *Nec vero dubitet agricola, quaerenti, cui serat? respondere: Diis*

*Dis immortalibus, qui me non accipere modo haec
a majoribus voluerunt, sed etiam posteris tradere.*

§. CLXXXVI. Tanta Dei, suapte vi beatissimi, potentia, sapientia & benignitas maxima ejus *fiducia* summoque *amore* animum hominis cujusque imbuere potest, & ejus, qui sapit, plene imbuit. Fiducia in rebus gerendis animos regit ac confirmat, inque adversis tranquillat. Amor Dei eos voluptate purissima permulcat.

Fiducia (bona) est persuasio certa, ex gubernatione optima nascens, mundi patrem hominum aeternum ipsorum generi id, quod salva bonitate & justitia sua potuerit, bonum tribuisse & porro tributurum. Igitur haec fiducia, quae sola Deo digna est, non continentur ea, quae bona quidem vindicantur, sed vere mala sunt: veluti si quis sola Dei prouidentia confisus, quod in se est, facere negligat, quam spem divini auxilii pigrum vocare solent. Fiduciae bonae notio docet, eam, qua movemur, ut voluntati divinae paramus, nunquam esse *coecam* posse. Nislitur enim hac certissima regula: nihil divinitus praecipi, nisi quod bonum sit, nihil ventari, nisi quod malum; a patre nos regi sapiensissimo, qui teu det, quae cupimus, seu neget, nobis optime provideat. (§. 180.)

Ex hac fiducia nascuntur preces. Hae sunt optata, ut bona animi, corporis, & ea, quae dicuntur externa, nobis divinitas conferantur, spe adepitionis positiva in divina sapientia & bonitate. Breviter, preces sunt desideria bonorum conjuncta cum spe ea impetrandi divino beneficio. Non Dei, sed nostrum interest, preces mente conciperet, & conceptas verbis explicare. (§. 184. 193.) Seu Deus quaedam bona non nisi sub lege precationis largiri velit, seu ea neget, quae nos ignari exitus

temere petimus; sola cogitatio jucunda attributorum divinorum, quae notione precum continentur, sola Dei veneratio, a qua illae qascuntur, & sine qua non sunt nisi inanes verborum formulae, *soni sine mente*, nec non, qui eas comitatur, sensus jucundissimus fiduciae in providentia divina, augent felicitatem. Inane est, quod earum utilitati ab iis objicitur, qui veram naturam decretorum divinorum de praevisis ab aeterno precibus factorum non inquirunt, sed ea sejungunt a bonitate & sapientia divina, aut qui fatali necessitatibus eventus humaos subesse putant, quam temere fingi, (§. 177.) diximus (a).

Ea, quae Deum oramus, *bona vera* (§. 10.) esse oportet. Irreverens in providum & sanctissimum humani generis Patrem est opinio, posse eum precibus expugnari, ut sit effector imprudentiae aut malitia optatorum humanorum. Si quis ei, quem odit, mala imprecatur; non huic, sed sibi, nocet, dum res indignas a justissimo judice petit. An enim eum ignorare fas erat, execrations ab invidia odioque aut a desperatione ultionis suis viribus explendae profectas, non posse acceptas esse Deo Optimo Maximo quamcunque malignitatem abominanti & punienti? Malitiae suae sub specie pietatis aut boni publici indulgere, non est Deum precari, sed, ut verbo vulgari utar, *blasphemare*.

Diximus, *bona animi sub precum definitione contineri*. (§. 180.) Male quidam philosophi, & inter hos SENECA, negarunt, *bonam mentem a Deo peti*

(a) SENECA de providentia, c. 5., nibil cogit, inquit, nibil patior, invitus nec servio Deo nec assentio, eo quidem magis, quod scio certa & in aeternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt, & quantum cuique rasset, prima nascentiam bona dispositi.

peti debere. (a) An enim haec a solis hominum vi-ribus pendet? An a nulla pendet conditione corpo-ris, a nullis, quas societas gignit, corruptelis? a nullis causis internis, quae eam in cognitione & fuga perpetua mali, atque in progressu studii re-ete faciendi impediunt? a nullis causis externis, quae, salva ejus libertate, divinitus removeri, aut, ut ad recti studium gignendum, conservandum, incitandum, restaurandum, concurrant, effici ho-minis interest? Rectius JUVENALIS, optandum est, inquit, *ut sit mens sana in corpore sano.*

§ CLXXXVII. Summus erga Deum amor (§. 186.) est studium ponendi summam voluptatem in cognitione naturae divinae amplificanda & in persuasione statum nostrum moralem Deo gratim esse. Non alius amor Dei purus, nisi hic, in ho-minem cadere videtur. (§. 145.) Quo magis Deum amas, eo impensius te ipsum (§. 96.)

§. CLXXXVIII. Si Deus est infinite sapiens & bonus: est & infinite verax & justus.

Constans veritatis enuntiandae amor est positus in studio haud intermisso ita iis veritatem significandi, quorum vere interest, eam scire, ut in errorem sibi aliisve perniciosum non inducantur. Late patet necessaria homini ad feliciter vivendum co-gnitio.

(a) Quo & spectant verba CICERONIS, qui in libro III. de Natura Deorum c. 36. Num quis, inquit, quod bonus vir esset, gratias Diis egit unquam? At quod dives, quod honoratus, quod incolamus; Toremque optimum maxi-mum ob eas res appellant, non quod nos justos, tem-perantes, sapientes efficiat, sed quod saluos, incolumes, opulentos, copiosos.

gnitio. Ast & quaedam ignorantia ipsi salutaris est. (§. 72. 121.) Quid scire interdit hominum generis, quidve ignorare; his solus aestimare potest, qui summa praeditus sapientia hominis naturam, quidve ea ferre possit, ac seriem eventuum, horumque remotiorum omnium cum proximis vinculum, plenissime perspicit. Hinc inevitabilem futuri temporis exitum nos latere, ipsumque animae a corpore solutae statum nos haud plene intelligere, Dei beneficium est. (§. 90.) Ea vero, quae scitu nobis sunt necessaria, tam evidenter significare, quam postulat modus & terminus intelligentiae humanae praefinitus, summae bonitati convenit. Ob eam causam recte concluditur, certas & evidentes esse regulas naturales felicitatis humanae, quoniam sint divinae (§. 28. 273.).

§. CLXXXIX. Regulas aeternas vitae felicis tueri, ejus, a quo sunt profectae, sapientia dignum est. *Tueri has regulas significat facere, salva libertate entis cuiusque intelligentis finiti propria, ut illae vel non violentur, vel ut malum ex earum violatione ortum reparetur, ne id asequendo, ad quod illae spectant, bono obstet.* Cum non potuerit non Deus pro sapientia sua regulas liberis hominum actionibus praefinitas tueri; ad id asequendum sensu voluptatis & doloris illis ingenito utitur. Ex provido usu hujus subsidii nascitur notio justitiae divinae (rectoriae.) Haec enim est pars providentiae divinae, qua fit, ut Deus adhibeat se hunc voluptatis & doloris entibus intelligentibus impressum ad vigorem regularum tuendum, quas ad viam felicitatis ipsa demonstrandam promulgavit. Tempus, modulus, proportio in utroque subsidio adhibendo, ut convenienter sapientiae & bonitati infinitae; summa

ma exigit horum attributorum divinorum confessio. Sic tarditas iustitiae divinae malefacta humana vindicantis quandoque gravitate poenarum compensatur.

Itaque non est, cur accusemus ac Dei bonitati opponamus justitiam, qua fit, ut actiones nostras regulis, quas statuit, contrarias variorum bonorum privatio aut denegatio consequatur. Si horum suppeditatio cum salute generis humani ac conservatione ordinis in tuendo creationis systemate necessarii pugnet: quid statuat *sapiens bonitas?*

At enim, cur *malis bene est*, inquis; in hos cur non statim, cur non manifesta omnibus fulmina mittuntur? Praeter dicta (§. 296.), respondemus, non semper malos esse, qui videantur, nec pro bonis, quibus eos potiri miramur, semper ducenda esse, quae splendeant, & aliquando, *ne bonis male sit, certo incommodorum genere malos non puniri*. Qui flagitant, ut quivis vitiosus omni genere malorum, quod omnibus patet, statim obruatur, quive desiderant, ut nunquam voti sui participes fieri possint improbi, illi vitiosorum causa volunt mutari ordinem naturae universae. Hi si non eo, quod illi volunt, *malo*, an nullo premuntur. Impii sunt qui atra bile perciti Deum esse justum negant, quia, quas velint, poenas iis non infligat, quos execrantur.

At enim, porro initas, *cur bonis saepius male est?* Praeter id, quod (§. 180.) disputavimus, observamus; saepe melius esse, ut proborum optatis fortuna non respondeat, utque bona causa non statim triumphet; res adversas homini saepe prodesse (§. 182.); nec satis bonos esse, qui quod non aequi sibi, ac improbis, bene sucedant omnia, querantur invidi.

Est vero, cur iustitiam Dei timeamus, id est,
cum

eum *statum* detestemur, quem quia aeternus generis humani rector pro summa sapientia sua aversatur, boni exsortem malique feracem fore, praevidemus. Is *timor* non est oppositus amori (§. 187.) sed ex hoc nascitur. Veneratio omnis (§. 124.) est *vicina* obedientiae. Illa ad hanc non abnuendam homines non plane corruptos impellit. Ei, quem revereris, quamprimum te non posse non displicere cogitas, simul in te ipso sentis disponentiam tui. Ac praesertim quem ob magna beneficia in nos collata vere amamus, ejus voluntati statum nostrum moralem opponere, similitimemus. Id fit vi *sensus moralis* omnibus ingenerati (§. 47.).

Timorem Dei a veneratione & amore sejungit *supersticio*. Hujus notio valde involuta est, quoniam multiplex ejus forma est. In ea semper inest sollicitudo inepta, ex variis causis nata, veluti ex opinione falsa de vi siderum in fortunam hominum, de potentia spirituum finitorum hominibus faventium aut inimicorum infinita, de modo hos placandi sibi propitios faciendi, vel ne noceant, vel ut in futuris eventibus indicandis, ac bonis, quae desiderantur, impetrandis auxilium praestent. Universè dici potest, esse metum inanem entis aliquius, quod sub sensus haud cedit, sive non existentes, sive nullum nocendi, vel ea, quae expetuntur, praestandi vires aut voluntatem habentis, quo meata ad futilia, aut ad ea, quae naturae sunt contraria, facienda homo impellatur. Nascitur vel ex ignorantia causarum physicarum, quae eventus miros gignunt, vel ex inscita eorum, quae de sapienti mundi gubernatione nos ratio aut sacrae literae docent. Huc spectant *astrologia* atque ea, quae reçenset *CICERO*, *signa*, quibus *futura praenuntiari* solerent; velati *fusus jecoris*,

coryi

cōrvi cantus, volatus aquilae, stellae trajectio, voces furentium, sortes, somnia, oracula, divinationes. Adden necromantiam, vanitatem magicam, varia eorum *sartilegiorum* genera, quae prudenter veterunt summi Pontifices, multaque alia portenta phantasiae corruptae & trepidae credulitatis (*a*). Qui fit, ut haec talis sollicitudo in eos quoque cadat, qui magna singularis acuminis laude celebrantur, in *Julios Caesares*, in *Julianos*?

Restricte superstitio significat mentem Divinae bonitati & sapientiae diffidentem ac sollicitam, ne possit Deum sibi conciliare, nisi per mala sibi aliisve hominibus contra naturam (*v. c. humanis hostiis Deorum aras & templa funestando*) ac veram eorum, quae in sacro codice docemur, sententiam illata.

Superstitio alia ab alia gradu pravitatis differt, vel pro *culpa* hominis, id verum, quod scire poterat ac debebat, ignorantis, vel pro variā *aestimatione effectuum*, quos progignit, hoc est, pro magnitudine malorum ex ea in hominem superstitionis & in societatem redundantium, tandem pro difficultate hunc morbum sanandi.

Si ex ea parte consideretur, quae necessitudinem hominis cum aeterno patre suo & optimo legislatore spectat, recte dixit SENECA, (*b*) *superstitio error insanus est, amandos timet, quos colit, violat.* Nam non potest non Deo displicere, ut qui amari velit, (*§. 177.*) non metui serviliter. (*§. 172.*) Si in superstitionis effectum inter homines inquiras; multa singulis & in commune salutaria im-

(*a*) V. LIVIUS VI, 2 seq. XXIV, 10. XXVII, 25. CURTIUS IV, 13. SUETONIUS in Aug. c. 91. seq. in Tiberio c. 1. TACITUS de M. G. c. 10 seq.

(*b*) In epistola 123. circa finem.

impedit ac convellit. Gignit, pro diversa superstitionum hominum indole, vehementiores aut leviores *errores & furores fanaticos*, societatis eversores. Crudelitatem saepe accedit. Ex malis ejus effectis non sunt praetereunda duo, quorum unum commemorabimus verbis *Postumii* in oratione de *Bachanalibus tollendis*, qui (a) *nihil in speciem fallacius est*, ait, *quam prava religio*. *Ubi Deorum Numen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicantis divini juris aliquid immisum violemus*. Alterum malum est hoc, quod a summa superstitione ad religionis omnis irrisiōnē facilis est transitus. (b) Ut superstitioni eum, qui secum non facit, irreligiosum vocant: ita *religionis cujusque contemtores aut irrisores sic colligunt; cum quaeram de Deo colendo doctrinae sint manifeste superstitiones, nihil in hoc genere esse verum*.

Videant, qui superstitionem aggrediuntur, ut in locum erroris profligati statim substituant disciplinam veri, & hac imbuant animos, in quibus remota caligine majoris lucis aviditatem crearunt, ne in contrariarūnt.

§. CXC. Hactenus exposuimus, quam vim singulorum Dei attributorum meditatio ad felicitatem nostram habeat. Colligamus, quae distri-
bu-

(a) *Livius lib. 39. c. 15.*

(b) Veluti *Dionysius tyrannus Siciliae*, ut refert *CICERO, de N. D. III, 34.* cum in fanum venisset *Fo-vis Olympii*, aureum ei detraxit amiculum gravi pondere, atque in eo etiam cavillatus est, aestate gravem esse aureum amiculum, bieme frigidum, eique lineum pallium injecit, cum id esse ad omne anni tempus dicere — jam mensas argenteas omnibus delubris jussit auferri, in quibus quod more veteris Graeciae inscriptum esset, bonorum Deorum, ut se eorum honestate velle dicebat.

bute disputavimus, atque unum quasi corpus ex iis efficiamus. Hoc appellatur nomine *religionis*. Varia hujus vocis interpretatio est, sed quae ad unam revocari possit. Latiori intellectu ea complectitur & cognitionem Dei & hac cognitione veluti animatum recte agendi studium, atque adeo non aliquid doctrinarum corpus, quas ingenium humanum in formam artis redegit, sed dotem ac perfectionem quandam *animi*, Deum cognoscere & colere laborantis. Quatenus itaque *in animo inesse* dicitur religio; recte definitur, esse cognitionem Dei conjunctam cum studio perpetuo hanc perficiendi, eique convenienter vivendi. Duae sunt partes religionis hoc sensu intellectae; altera *theoretica*, quae est posita in distincta cognitione vel demonstratione dogmatum de natura Dei & hominum necessitudine cum Deo, ut per hunc fiant salvi & beati. Altera pars est posita in *praxi*, h. e. in motu perpetuo recte faciendi, quo ea cognitio mentem ciere non definit. Cognitio Dei si sit iners & inefficax; homo non magis dici potest religiosus, quam tanus, qui est sine sensu.

Neque re differt haec definitio ab ea, quae aliis probatur; qui religionem esse dicunt *gloriam Dei* & *ejus illustrationem*. Nam *gloria Dei* significat vel eum *attributorum divinorum splendorem*, ut ab entibus intelligentia finita praeditis cognosci possint, vel *ipsam horum entium majorem cognitionem de perfectionibus divinis*. Cum dicimus, *illustrare gloriam Dei*, sive *gloriae divinae convenienter agere*; ea locutio habet hanc sententiam, *ex cognitione de perfectionibus Dei deprimere momentum peaeponderans naturam* (§. 42.) *convenienter agendi*: veluti si quis inimico ignorat, aut pauperem sublevet, *Dei causa*, hoc est, quoniam eo, quo haec agit, tempore cogitat, velle Deum, ut sic agat. Eo

Ego eniti, ut cognitionem naturae divinae augeas, adorare Deum, (§. 172.) amare, (§. 187.) ei obedire, (§. 183.) in eo confidere & acquiescere, (§. 186.) pleno amoris timore gratiam ejus sibi conciliare studere (§. 189.), sunt praecipuae partes studii religionem *culendi*, & totidem causae verae, continuae, foecundissimae purissimarum, hoc est, nullis doloribus veris intermixtarum voluptatum (§. 285.). Stabilis status mentis eo enitentis, ut adorationem Dei, qua imbuta est, perpetuo studio ei placendi actionibus ad regulas divinas conformandis demonstret, *Pietas erga Deum* appellatur.

Patet igitur, religionem veram non esse effetum metus, sed fructum ingenii solertis, id, quod ad beate vivendum pertineat, perspicientis. Nihil enim boni aufert; nunquam nocet; prodest omnibus tempore omni. Praebet momentum potentissimum ea fugiendi, quae per se noxia erant futura, etiamsi nullam haberes notionem aut reverentiam Dei ea ipsa, ne nobis noceant, vetantis, hoc est, sibi, qui hominum generi optime velit, dispergere significantis. Sic mala violationem pacti injurati consequentia societati nocerent, etiamsi nulla data esset fides juratas; sed jusjurandum, quod sine religione *intern* actus foret inanis, infinite auget vim momentorum, quibus homines ad eadem mala perfidia cogitanda & detestanda impelluntur.

Facit quoque religio, ut homines pretium virium suarum non ex earum magnitudine, sed ex eo, quod sibi sint divinitus data, aestiment. Frangit surgentes superbiae viribus suis praefidentis spiritus. Tranquillitatem menti donat, ut bonis suis recte fruatur, nec nimis multa *brevi fortis jaculetur aeyo*. Motus rationi haud obedientes temperat, quod, quidquid agas,

CO-

vindice agi memineris. Potentiores monet, omne sub regno graviori regnum esse. In adversis dulcissimum ex cogitatione providentiae divinae solatium offert. Docet praeterea, non unius hominis felicitatem Deo esse propositam, sed genus humanum esse infinitatis rerum partem exiguum, cui etiam hoc consilio certam agendi viam praescriperit Deus, ut ad consilia sua in totius mundi compositione & gubernatione consentiat. Haec cogitatio majori recte facientes suavitate impertit, manante ex consensu actionum cum illis consiliis sapientissimis, & ex fiducia comprehensionis divinae. Qua fiducia illi in spem certitudinem beneficiorum divinorum in se, dum erunt, conferendorum adducuntur.

Contemptus religionis (vulgo *irreligio*) est habitus mentis omnem de Dei natura, deque gubernatione mundi ac praecipue generis humani, & de cultu divino cogitationem in se ipsa supprimentis, atque ad superstitionem, ridiculum angusti ingenii foetum, rejiciens. Tristis vero hominis contra Deum ex animo disputantis (irreligious) conditio! Si vera sint, quae sentit, ecquid inde solatii in rebus adversis? quantulum fiduciae in secundis! Quod telum contra mortis instantis aut lentè appropinquantis formidinem? Sin falsa sint, quae sibi aut aliis persuadere cupit; quantum hujus vitae suavitatem sibi aufert! quid est, quod post discessum ex hac vita speret?

Fontes ejus erat sunt varii. Prava educatio, subita & impetu facta depulsio crassae superstitionis luce veritatis simul non accensa, (§. 189.) imbecillitas ingenii, cui nihil verum certumve videtur, nisi quod sub sensus cadit, vitae male actae conscientia, cuius acerbitatem horribilis cogitatio gratiae apud Deum sublatae adauget, appetitio honoris inepti, qua sit, ut cum paucis, qui volunt

videri acutiores, errare malis, quam cum vulgo sapere.

S. CXCI. *Religio* (§. 190.) dicitur *interna*, quae in actibus mentis subsistit. Ad eam pertinet meditatio attributorum, operum, beneficiorum diuinorum, ac praeter poenitentiam cuiusvis pravitatis, studium impensum Deo placendi. *Religio* est vel *naturalis*, quam ratio ex contemplatione naturae colligit, vel *revelata*, quae priorem confirmans ac perficiens, viribus Dei, quas vocant, supernaturalibus hominum generi tradita est (§. 182.).

Ab interna religione non re, sed cogitatione, se jungitur externa. Haec enim vel de quadam *disciplina* (systemate) *doctrinarum de Dei natura & cultu*, vel de *bonis hominis cuiusque actionibus a viva Dei cognitione prognata* intelligitur. Priori significatione est *complexio*, seu *disciplina*, *dogmatum ac proceptorum de natura & voluntate divina, modoque huic voluntati convenienter agendi, quae quis pro veris se habere proficitur*. Posteriori significatione, quam hoc loco sequimur, est *conplexus actionum externalium & signa & effecta internae religionis exhibentium*.

Quaelibet actio externa est pia & pars *religionis externae* (*actio externa religiosa*), quae proficitur a vero cognitione voluntatis & divinae a studio ei convenienter agendi. (§. 178.) Concludimus, 1) religionem internam non esse veram, (ea significatione, quam (§. 190.) interpretari sumus) cui actiones externae haud respondeant; 2) fraudem & simulationem esse homine indignissimam, non autem religionem externam dici posse, quam quis internae meditato opponat; proinde 3) neutri eum actum esse consentaneum, qui regulis felicitatis humanae aduersetur. (§. 183.)

Un-

Unde nec quilibet fervor (*Zelus*) in propaganda Dei gloria (§. 190.) placet summo Numini, sed ille demum, quo haec *vere* propagari potest, hoc est, quo sine cuiusquam *laesione* effici potest, ut homines naturam ac voluntatem Dei clarius intelligent, & hac cognitione commoti recte agant. Non aliis itaque ardor hanc in re Deo gratus esse potest, nisi a quavis malignitate, livore, ambitione, dominandi cupiditate, avaricia versus. Pronus ad eam mansuetudinem animus, quam a mundo inde condito Deus ipse pro sapientia & bonitate sua demonstravit, aggreditur errorum, non errantes. In horum animos sola vi ratione, ambiore, veriore, & efficaciorem retinum divinatum notitiam blande ac firmiter insinuat.

Vera religio arctissime conjungit homines, (§. 185.) non divellit.

Quippe humanitate mentisque amicae significatio emolliuntur & ad semina veritatis non reicienda flectuntur mentes, quae vocibus imperiosis, maledictis, vexationibus, minis, efferantur. Anvia adhibita eorum, quibus infertur, notiones mutare potest? Animi exulcerati tum educationis igniculis inflammati metuant Deo disciplinare per simulationem assensus, tum servitatis sibi incusiae odio irritati, exardescunt, cuti evident tristem sibi dari optionem aut loquendi & agendi contra sententiam suam, aut pereundi vel moeste vivendi. In initio sibi ne quidem libertatem cum Dei ita, ut persuasum habeant agi oportere, agendi salvam esse, sic paratim gemunt; mox plures communis metu, & pari violentiae detestatione, junguntur, ac vel vim vi repellere conantur, vel saltum odio injuriae incensi communiter claudunt aures mentesque veritati, eamque docentium causa execrantur.

Superstitionem gentis, cui crescebat Numen in hortis, non sustulit Cambyses, cum, ut erat praefervidus, bovem honoribus divinis affectum sua manu trucidaret; sed exacerbavit viatos, quorum sacriss insultabat. Non correxit Graecorum errores Xerxes, cum illorum templo, excepta Ephesiorum aede Diana, Magis auctoribus inflammaret, indignum ratus parietibus includi Deos, quorum hic mundus omnis templum effet & domus.

§. CXII. Inter actiones, quarum momentum primarium est religio, quaedam eo unice spestant, ut intentio animi ad augendam ac perficiendam cognitionem & adorationem Dei certo tempore dirigatur. In qua sola defixus avocatese ab aliarum rerum cogitatione animus, cui feliquo tempore adsuevit, ut fruatur sola voluptate cernendi, quantum felicitas sua ex sapientia & bonitate divina pendeat. Hujus meditationis plenus sentit in se igniculos pietatis inflammari, hoc est, studium adorandi Deum, (§. 172.) & magnitudinem amoris erga Deum verbi factisque testificandi (§. 187.).

Complexus cogitationum & actionum, quibus ad recolendam augendamque Dei cognitionem, & ad ejus adorationem atque ad pietatem in mente nostra excitandam unice nitimur, appellatur *cultus Dei*. Hic eo perfectior est, quo pluribus licet veris clarisque motionibus de natura Dei & ea, quae homini cum Deo est, conjunctione menti infixis, & quo magis pietatem accedit.

§. CXIII. Vinculi, quo animus cum corpore suo continetur, ca est ratio, ut ille hujus motibus indigeat, quibus non solum ea, quae no-

novit, aliis significet, sed etiam lucem cogitationum suarum aliquamdiu continuare & eas quasi animare queat. Ob hanc causam homines quoque indigent cultu Dei externo.

Hic est complexus actuum corporis, qui cultui interno, in solis cogitationibus posito, & intendendo, & aliis significando, inserviunt. *Caerimoniae piae*, hoc est, actus quidam ad certam formam redacti, quos statu tempore ad pietatem incitandam aut demonstrandam suscipi oportet, caerimoniae, inquam, piae quatenus ad hanc metam collineant, sunt enixe eas obeuntibus salutares. *Cultus externus*, qui non est signum vel effectus *cultus interni*, non est cultus. (§. 191.) Sane omnis actus externus aliquam pietatis, quae in animo haud inest, imaginem referens, ad solam ostentationem, ad fucum alijs lucri, ambitionis, metus causa faciendum spectans (qualis est *hypocriticus*) abit in quandam speciem histrioniae detestabilis in re, qua nulla cogitari potest gravior. *Cultus inanis*, (quem *automaticum* dicere possis) qui constat ex sonitu vocum inani, aut ex motibus corporis, quibuscum nulla rei ipsius cogitatio coniungitur, item *cultus sceleratus*, qui in flagitia ad honorem, ut sibi persuadent male fani, divinum admissa prorumpit, sunt indigni nomine venerabili, cuius specie fallunt.

Cultus Dei alias est solitarius singulorum, alias socialis plurium eodem loco & tempore coeuntium, ut cognitionem suam doctrinarum de Deo vitaeque praeceptis divinis lucidiorem reddit & augeant, seque ad pietatem caerimonias piis una obeundis, & ad humanitatem exemplis, atque ad rectam semitam non deferendam pudore, communiter impellant. Hic *cultus socialis*, eo est perfectior, quo magis

cum bono; ad quod spectat, consentit, nempe ut errores profigentur, & mores boni in tali coetu regnent. Is cultus, quem Christo devoti in conventibus suis sacris instituerunt, praefstat *cultui gentilium publico*, non solum doctrinarum veritate & praestantia, sed & ordine, atque, ut vulgo ajunt, commoda methodo. In illis conventibus primum erudiuntur mentes. Deinde reprimuntur duo potissimum errata capitalia, *supersticio* & *negligens Dei animus in vita regenda*. Hic vero cultus Christianorum publicus quo magis dirigit intentionem animorum ad contemplationem naturae divinae & ad perpendendum suum cujusque statum moralem, atque ad modum, quo is status fiat purior & melior, investigandum, quo magis efficitur, ut actibus corporis pietatem indicantibus, non levis, sed incitata & ardentior Dei praesentis cogitatione respondeat, mentemque Deo placendi cupiditate permoveat; eo magis cum bono, ad quod spectat, consentit.

Igitur cum nulla pars cultus vel interni vel externi vacet incrementis verarum voluptatum ad hominem, dum Deum colit, redundantium; cumque id demum, quod ad stadium hujus vitae vere jucundae decurrentum, atque ad tranquille moriendum pertinet, religio permittat ac praecipiat, nihil vero, nisi id, vetet, quod in hoc cursu feliciter conficiendo nos impedit; recte concludimus, religionem, sive naturalem, sive in oraculis sacris traditam, quacunque ex parte consideretur, esse amabilissimam. Aberrant a consilio divino, si qui eam docendo faciant, ut nos ametur.

SEC.

SECTIO VII.

Virtus.

S. CXLV. **A** beatitate divina, perpetuo illo summoque Dei gaudio, felicitas hominum generi destinata infinite distat. *Illa* cujuscunque doloris intervenientis, diminutionis, incrementi, vel successionis, expers, non potest non enasci ex cognitione perfectissima, quam Deus de plenissima attributorum ac decretorum suorum harmonia habet. (§. 173.) Felicitatem hominum generi assignatam esse finitam oportet, partim, quia *naturae finitae* attributa est, partim, quoniam non potest non eos habere terminos, qui respondeant consilio, quod Deus in statuenda partium hujus rerum infinitatis compositione & gradatione habuit. (§. 175.)

Ex utraque linitum felicitatis humanae causa cognoscitur, cur ea sit diminutionis, accessionis, ac conversionis capax, atque cur ad fastigium ei praefixum non simul evehatur, sed ad illud gradatim, & eo demum ordine, quem pro sua sapientia providus generis humani pater definivit, etiam per mortem ascendat.

Pars felicitatis humanae nascitur a causis naturalibus: nempe ab interiori hominis, hoc est, animi cum corpore humano intime conjuncti constitutione, & ab ejus vinculo (nexu) cum caeteris rebus ad mundum pertinentibus, ipsoque operum, quae existunt, omnium aeterno effectore & parente (§. 42.). Pars, praeterea beneficia, quae Deus singulis provide dispensat, pender ex perpetuo consensu a-

Q 4

ctio-

ctionum liberarum cum regulis (§. 183.), quas Sect. 2, 4, 5, 6. delineavimus. *De ultima parte* hic agitur.

§. CXCV. Cursus vitae felicis ante obitum non conficitur. Mors non est *ultimalinea rerum*. Ut elementa corporum dissolutorum non depereunt, sed qualia fuerunt, talia manent; sic apimus a corpore suo exteriori sub sensu cadente divulsus suapte vi (§. 15.) esse perget, atque nec sensum sui & felicitatis suae, nec recordationem pristini status, nec appetentiam mutationum naturae suae convenientium amittet. (§. 16.) Itaque stadium vitae, quod nunc decurrimus, connexum cum eo, quod deposito corpore ingrediemur, hoc modo emetiendum est, ut dum sumus in prima statione, nobis non sit male culpa nostra, deinde ut tempestive praeparati haud anxietraneamus ad ingentem illam status nostri mutationem, quae mortem consequitur. Praeparati sumus, cum spem jucundam & firmam concipere nobis licet, nos in novo hoc statu adscensuros ad eum felicitatis gradum, cuius natura nostra capax sit, ad quemvero non nisi post corporis sui dissolutionem animus sui semper conscientius pervenire possit. Haec grata & firma spes ut iniri possit, non *singularum actionum*, de quarum generibus supra actum est, sed totius actionum nostrarum quasi contextus & systematis sapiens rectio exigitur.

Ad hanc metam nobis propositam ut recto trahite contendamus; alternae vices actionum cum regulis, quas supra exposuimus, conspirantium, aut pugnantium, non sufficiunt. Perpetuam actionum cum illis harmoniam esse oportet. Ut nemo sanum vocaverit, cuius furori aliquot intervalla dilucida inter-

p. 91

ponuntur: ita longe abest a felicitatis suae termino, qui raro, aut per intervalla, sapit. Etiam minimum in regendis actionibus erratum gignit effectus malos, scilicet privationem bonorum verorum, & dolores, praecipue ex poenitentia, proinde obest felicitati. Eo jucundior est vita, quo pauciores & quo leviores poenitendi causae ei intercedunt. Vita itaque sibi semper in bono eligendo consentanea, (*systematica, constans, aequabilis*) dum submoveret causas omnes, cur hominem sui ipsius poeniteret, jucundissima & perfecte felix judicanda foret. Quippe sola quae ex bonis physicis nascitur, suavitas calamitatum acerbitate intendi potest. Alia est natura jucunditatis, quam mentem conscientia recte factorum perfundit. Haec voluptas non intendantur dolore ex poenitentia, qui semper est dolor verus, isque acer, quotiescumque recordatione rerum prave gestarum instauratur.

§. CXCVI. Studendum est perpetuae actionum harmoniae. (§. 195.) Haec vero ut efficiatur, a) *decreta animi* sint *recta* oportet hoc est, consentiant cum regulis ad cursum vitae felicis regendum divinitus constitutis (§. 29). b) Momenta, (§. 2.) ex quibus illa decreta profluunt, optima, seu nobilissima, esse convenit. c) Haec momenta non subito & velut impetu quodam in animum illata, sed ei adeo infixa esse debent, ut, quotiescumque de eo, quod faciendum sit, deliberat, in eum lucida illorum momentorum quasi imago irrumpat, obscuretque ideas jucundorum mali effectuum, quod specie & umbra boni ludit, utque ad id decernendum se trahi sentiat, quod, quoniam

Q 5

na-

naturae humanae convenit, vere & unice bonum est. (§. 42.)

§. CXCVII. De regulis, ad quas *singulæ actiones* accommodanda sunt, exposuimus. Supereft, ut 1) *momenta* earundem actionum alia aliis *meliora* perquiramus, & 2) *modum* efficiendi, ut illis mens firme ac sine incerta longaque voluntatione celeriter commoveatur.

Enimvero in conformandis ad regulas bene vivendi hominum moribus non solum refert, quid fiat, sed & quo animo. Ex momentis (*motivis*) (§. 2.) nascuntur decreta voluntatis. Tales sunt animorum motus, qualia sunt principia, a quibus ducentur. Proinde uti posita vi impellente ponitur impulsus, ita celeritas & vehementia appetitus & aversationis respondet magnitudini & celeritati motus, quo momentum quodque in voluntatem agit (§. 877.). Elateres vero illi, seu *momenta* voluntatis, in mente nostra alia sunt *absolute bona*, quoniam omni loco & tempore possunt movere animalium ad recte faciendum, alia sunt bona *sub quibusdam conditionibus*, hoc est, posito certo statu nostro habent efficaciam flectendi ad bonum animali, iisdem vero submotis conditionibus languent, aut in mala consiliis capienda quandoque excedunt.

Praestantia momentorum *absolute bonorum* ex eo aestimanda est, quod animus his obsequens 1) nulli erroris periculo objiciatur, ac 2) majori viaque alacrius malorum illecebris resistat.

Ut quaelibet momenta a praefensione vel a distincta cognitione effectuum actionis cuiusdam suscipienda aut omittenda gignuntur: ita differentia momentorum *absolute aut posita quadam hypothese bonorum* oritur ex duplice effectuum bonorum vel malorum generé, quae ex liberis hominum actionibus manant,

nant, & statum eorum, qui cogitata sua perfec-
runt, saepe & statum rerum extra illos positarunt,
meliorem aut deteriorem reddunt. Haec bona (com-
moda) & mala vel adventitia vel necessaria esse,
(§. 39) diximus, atque illa pendere a causis naturali-
bus extra hominis potestatem positis, (contingen-
tibus, mutabilibus,) e. c. opes, prosperum succes-
sum cursus maritimi aliisve operis periculoti &c.
praesertim ab alienis judiciis & actionibus, veluti
laudes, auxilia, remunerations, ac pertinere ad
varios vitae commoditates & suavitates, eas praes-
ertim, quae a barctiori nostra cum aliis hominibus
conjunctione suspenduntur, nobis comparandas.
Pars eorum, dum corpori prodest, etiam animum
perficit. Verbo, multum valent ea commoda, ut
status hominis *externus* complures veratum volupta-
tum identidem capiendarum causas contineat.

Comoda, quae actionem *necessario* consequun-
tur, (§. 161.) ad ejus naturam ita sunt affixa, ut ab
ea avelli non possint, sed in quovis hominis sta-
tu prosint, hoc est, aliquod momentum ad felici-
tatem augendam, (ad puncta vitae vere jucun-
dae multiplicanda) habeant. Est autem duplex
effectus necessarius bonae actionis; alter positus in
vitiatione malorum verorum ex quavis mala actio-
ne manantium, alter in duplicitis voluptatis gene-
re consequendo. *Prima* voluptas nascitur ex perspe-
cta actionis harmonia cum natura nostra, gignit-
que animi se ipso contenti serenitatem. Hunc sen-
sum sui jucundum superat *secunda* voluptas eaque
purissima, quae statim oritur, ac cogitatur actionis
consensus cum finibus, proinde cum voluntate Nu-
minis sapientissimi. (§. 177.) Hoc postremum mo-
mentum quanti ponderis praecipue in malis consi-
liis reprimendis esse possit, e. c. vis jurisjurandi
demonstrat, contundens perfidiae mendaciique sti-
mu-

mulos. Sic quoque ad fluctus motos componendos nullius cogitationis vis est efficacior, quam hujus: est Deus rerum, quae aguntur, scientissimus, cuius justitiam nemo effugit, & a quo beneficia frustra petit, qui meditato peccat (*a*).

Momenta ab effectibus *adventitiis* ducta non sunt vituperanda, quia secundum naturam sunt, proinde reprehendi nequeunt. (§. 43.) Quapropter actio a tali momento solo profecta temere *vitiiis* annumeratur. Nam quid sunt *vitia*, nisi firmior proclivitas mentis ad certa actionum naturae contrariarum genera? Num honori, num commoditati & prosperitati vitae (§. 512.) operam dare, est studium contrarium naturae ad haec quoque expetenda nos incitantis, magnamque eorum partem nobis liberaliter offerentis? Etiam bona incerta & caduca, (§. 63. 123.) qualia sunt, quae a fortuna, (§. 90.) aut a mutabili alienae benevolentiae impetu pendent, sunt optabilia, quia felicitatem aliquamdiu augere possunt.

Horum vero commodorum externorum vis mentem movens non est perpetuo eadem, sed *hypothetica*, nempe posito eo statu nostro, ut verosimile sit, eorum adeptioni nullas causas externas obfuturas, nec gravius illis impetratis malum successurum. Quare cogitatio eorum bonorum incertorum & fluxorum parum aut nihil habet efficacie in mente ad reēte faciendum commovenda, si eorum consequendorum aut retinendorum

(*a*) Elegans est observatio *le GENTIL Voiages dans les mers de l'Inde* tom. I. p. 146. de castitate mulierum *Indicarum* & intemperantia libidinis mulierum *Muhamedanarum*, quanquam eandem regionem incolunt. Quam insignem morum differentiam ab eo repetit, quod castitatem *Indi* necessariis religionis publicae partibus adscribant. Add. *de Graecis Romanique POLYBIUS* VI, 54.

rum nulla spes affulgeat. Potius his momentis adsuetus totusque paulatim vacans animus primo in *vitia propensionis dominantis* (§. 80.) facile immergetur. Deinde multa recta & pulchra facinora omittet, quoniam cum illis momentis, quibus solis adsuevit, nulla necessitudine copulantur. (§. 156. 161. 168.) Tandem proclive est, mentem in hoc boni malique veluti confinio ad ea, quae fugere debebat, paulatim rapi. Laudis v. c. & emolumenti cupiditas per se non est contra naturam; (§. 105.) ergo nec momentum est malum, quod ab utriusque desiderio ad id, quod fieri oportet, agendum ducitur. Sed si adsueveris, in singulis actibus non alium sentire impulsum, nisi ab hac cogitatione, *quae inde laus? quae gratiae relatio? quis quaestus?* refugesces, ubi haec haberi nequeant. Mox mens sola horum commodorum cupiditate innutrita, accumulatis eorum per malefacta consequendorum illecebris, & praecipue visis aliorum malis exemplis, prolabetur ad id, quod fieri non decet. Id si se inel facere cooperit, perget.

Ut bellum Cimbricum conficeret *Marius*, duxit exercitum, *Marium duxit ambitio*, (inquit SENECA) bona illa quidem, sed quae paulo post ex civie egregio effecit hostem publicae tranquillitatis. Sic & quem sola egestas ab imitatione luxuriosorum retrahit, isne opibus praeter exspectationem potitus in recto gratis manebit? Quem quaestus ex labore suo faciendi, quemque divitiarum sine cuiusquam injuria conquirendarum aviditas unice impellit, ut non fiat malus, in ejus animo non tantum nihil est nervorum, ut sit egregie bonus, sed & facilius transbit ad extendendos rerum, quibus se indigere putat, terminos, & ex hoc errore in avaritiam, maiorum infinitorum fontem perennem, occalte incide. Si mentem ad recte faciendum sola honoris cupiditas

tas inflammet; quam facile fit, ut, dum laudes, plausus, admirationem, auctoritatem, captat, honestum & turpe confundat, & utrumque non ex natura sua, sed ex opinione hominum, eorumque nonnunquam hebetiorum, aestimet, atque sic horum iudiciis humiliter serviat. Interest itaque hominis, esse, quod voluntatem flectere possit, momentum aliquod potentius, quo nemo abutii queat. Id autem in cogitatione harmoniae actionum cum regulis moralibus, & in primis cum voluntate Dei, natura posuit.

Concludimus, prius momentorum genus, a comodiis externis ductum, esse inferius altero *absolute bono*, quod hominis proprium est. Hoc mente ad recte faciendum semper impellit, illud, quod hominum & animalium partim commune est, non semper. Quamobrem illud vocabimus *nobile (opsum)*, hoc *vulgare (mercenarium)*.

CXCVII. Non sufficit, nosse & probare momenta optima, (§. 197.) seu sensus nobiles, hoc est, eos, qui actionem naturae consentaneam, nulla licet comitatam adeptione *bonorum exter- norum* (§. 63.), aut jucunditatis ab aliena voluntate pendentis, nudam, non honoratam, imo contemtam ac calamitosam, suopte pretio aestimant. Quid juvat, de his praefantissimis actionum principiis recte sentire & pulchre loqui, sed perverse agere? Semina bonaे mentis ad fructum pervenire debent, ut dicere possis cum *Ajax Speciemur agendo!*

Adsuēfaciēndū est mens facultati notas boni magisque in re præfente celerrime discernendi, atque in vero bono deligendo connitendi ad perceptiōnem voluptatis unius aut *prævalentis*, quam sola contemplatio consensus inter actionem & regulas, atque in primis gratiae apud Deum fiducia in mentem infundit.

§. CXCIV.

S. CXCIX. Hac ex consuetudine sentiendi & agendi exsurgit *globus* quidam virium moralium, quem recte dixeris *robur mensis*, idque summum; quoniam vires *ingenii* sole vitam beatam non efficiunt. (§. 74.) sed conjunctae cum viribus *volantibus* & *libertatis* (§. 210.). Atque has vires animi *majores* studiumque continuum eas augendi, illisque utendi, appellamus *Virtutem*. Est itaque virtus *robur mensis* positum in *habitu* facile distinguendi studium a bono, cum aliquid agendum proponatur, atque in *firme studio* quodvis bonum, etiam difficultatum, praeccipue ob convenientiam suam cum natura humana est cum voluntate famuli Numinis, efficiens. Breviter, virtus est studium perpetuum augendi habitum recte agendi ex momentis nodilibus (§. 197.).

Ex qua definitione colligimus: 1) virtutem non esse positam in sola recta intelligentia, neque in actionibus bono, ut ajunt, animo, sed adversus naturae ordinem, suscepitis, neque in subiro recte faciendi impetu, ac brevi quadam obstinatione animi adversus malorum illecebras, sed in constante perpetua alacritate recte de bono de modo judicandi & ex eo judicio vero agendi.

Perspicuum est 2), virtutem esse robur mensis *acquisitum*; idque 3) constare ex concinno studio non unum vitorum genus, sed omnia oppugnandi, & non unius aut alterius rei factorum generis, sed omnis, habicuna sibi comparandi. Sine hoc studio nulla actionum harmonia efficipoteat, qua submota virtutis notio dispergit. Parte 4), eodum doctrinam a vero abesse, qui virtutem ponunt in studio conformandi actiones ad eas regulas, quas qualibet societas de actionibus audauit cohonestandis, aut vituperatione & decorandis (*de rebus honestis & impensis*) constituit. (a)

Ni-

(a) Cf. *LOCKE de intellectu humano* II, 28.

Nihil haec virtutis interpretatione vulgatus, nihil nocentius. Diferimen enim boni & mali non nititur opinione hominum fluxa & mutabili, (§. 44.) nec quacunque utilitatis cito transeuntis specie, nec legibus civilibus, multo minus eo legum civilium genere, quas impotentis dominationis ministras & adjutrices calliditas, non amor boni publici, earum latoribus suggestit. Id discrimen natura constat, (§. 29.) quae mutari nequit. Non turpitudo aut honestas sed opiniones de turpitudine ac de virtute, pro varietate locorum & temporum discrepant. Virtutem natura definit. Nota igitur, qua discernitur a virtute, est aequa, ac natura ipsa, immutabilis.

5) Una est virtus. Gradus tamen unius virtutis a simili alterius perfectione differre, pariter atque in eodem homine crescere potest. (§. 221.) Gradus est situs a) in celeriori distinctione mali & boni, b) in hujus electione faciliori atque ardentiori, c) in firmitate executionis decretorum rectorum, d) in majori vel minori actionum serie, quae non solum convenienter cum regulis, sed & momentis optimis (§. 197.) animantur. Quo vulgo eminerantur plures virtutes, (v. c. honestis, cardinales &c.) non sunt nisi unius virtutis effectus, qui cernuntur in diversis actionum liberarum generibus, quorum regulas tradidimus. Cardinales dicuntur prudentia, (§. 90.) fortitudo (§. 86.) temperantia. (§. 67. 68. 150.) Iustitia. (§. 266.) Sunt habitus animi in quibusdam morbis moralibus vitandis constanter occupati & firmi. Una est arbor, sed multi ejus rami frugiferi.

Verum ex illis virtutis partitionibus gravis saepe error male eas intelligentium pronascitur, ut putent, posse aliquem virtuti studere, qui uni tantum aut

• pau-

placis vitiis ex animo suo evellendis operam det; reliquis vero impensis indulget, aut i saltem multis facinoribus generibus sibi caveat metus poenae *nationalis* vel *civilis*, siue in commodorum castorum privatione, siue in malis externis inflatis posita, non bantur ealent amore boni & pale charitatis recte factorum. Virtutis notio nullas quae dirimi possent, partes continet; cohaerent omnes, neque nejus vere studiosus dici potest, qui vel unam ejus particulam negligit aut violat. Sincerum ardore canitum servari indicat, & non minui ardorem vitiorum, sed extingui.

34.) *Nimis, vagis ARISSATOLELES* (a) naturam virtutis ponit in *mediocritate*; seu statu hominis id, quod in quaque re nimium, parvum, ve est, evitatis. Id medium vocat aequale, ab utraque extremitate distantiam; addens, ut in circulo centro repere, sic difficile, præterquam intelligenti, visic & medium tenere in actionibus regendis, esse arduum.

Et *Re* vera nihil definit. Eam afferat notam, hi qua virtutis notio non explicatur, sed nova ambitione inoblitum; etiam in ea non fatis accuratus, quod virtutem magis in *decretis*, *rectis*, quam in *mores*, a quibus illa nascuntur, nobilitate semper affectu ponere videtur. Nobis declarat, quid sit *medium*, proinde quid sit *situs* virtus, sed quid se non sit, neceps neutrump ex duabus vitiis oppositis. Ipsa extremonum oppositio adeo Philosophum illum solertia inquirendi & subtilitate argute disputandi cæretas fecit, ferre omnes vincentem sollicitavit,

(a) In *Ethica ad Nicom.* II, 6. quicunque, cf. REUETARCHUS de virtute morali Opp. II, 444.

ut *justitiae* opponeret *passantiam*. *Rectius* & ad naturam rei accommodatus dicitur; inter *bonum* & *malum* non dari medium. *Nimium bonus*, nimis v. c. *pius*, esse potest nemo. *Virtus* cum sit vis continuo continens ad dignoscendum bonum verum & ad hoc efficiendum, cumque in ea insit studium perpetuum majores progressus faciendi in vitiis fugiendis, libertate mentis corroboranda (§. 84.), & multitudine actionum, quae a solis momentis nobilibus profiscuntur, angenda, num potest consistere in medio?

§. CC. 5). Neque iis assentimur, qui negant *voluae virtuti* convenire studium hominis, idcirco omnem diligentiam in vita sua regulis moralibus conformanda adhibentis, ut *recte factorum conscientia* exhilaretur. (a) *Natura* nos ad hujus *voluptatis* consequendae desiderationem dicit. (§. 53. 54.) Praecepta vivendi oportet ad naturam accommodari, non ea praescribere, quae impleri nequeunt, & impleta nocent. Sapientis est, eam sequi; exui nequit.

6) Quid sit virtuti studere, ignorant, qui illius amorem in perpetua sollicitudine & *aegritudine* ponunt. Tota natura ad dona Dei fruenda, proinde ad mentem exhilarandam homines invitat, eosque a moestitia voluntaria avertit, in primis ab ea, quae primum affectata, mox inveterascens, difficulter expellitur.

Ubi

(a) V. SMITH theorie des *sentimens moraux* II, p. 258. CICERO de officiis III c. ult. SENeca de vita beata C. 9. *Voluptas non est merces*, inquit, *nec causa virtutis, sed accessio, nes, quia delectat, placet, sed quia placet, delectat.*

Ubi virtus, ibi regnat mentis erectae serenitas. Hac sit, ut mens querelis non indulgeat, utque illi quilibet status ob positam in Deo fiduciam sit commodus, aut saltem non expers solatii, praeter eum, qui a vitiis aut malefactis oritur. Aegritudinis illius, quae a nonnullis *cor valde sensibile* dicitur, hic quoque effectus esse solet, ut ea ipsa avocetur mens ab iis faciendis, quae nobis aliisque debemus, & ad ea impellatur, quae, quod cum illis non convenient, negligi convenit.

7.) Cum *sapientia* sit scientia quosvis fines cum supremo actionum fine, h. e. cum *felicitate*, connectendi (§. 174.): perspicuum fit, *sunt sapientia* virtutem cogitari non posse.

8.) Cum virtus sit nulla sine studio facienda, ut momenta agendi *optima* semper in mente praevaleant; (§. 197.) inter eam & *vitiositatem*, quae est *promta* & *perpetua* *mentis alacritas* *uni aut pluribus vitiis in decretis suis faciendis indulgendi*, interjectum est genus quoddam actionum & vitae medium, cui neutrum nomen convenit. Tale est stadium hominis, sive in solitudine, sive in societate cum aliis hominibus, ob eam solam causam recte vivendi, ut commodis *externis* id vitae genus consequentibus potiatur. (§. 197.) Quippe cum virtute non pugnat ~~ταλαιπωρία~~, modo animus sit pronus & promptus ex solis *momentis nobilibus*, cum necesse est, id agendi, quod est *probabile* *νόος αὐτῷ*.

9.) Ut sunt gradus virtutis, ita & vitiositatis (a). §. CCI.

(a) *Virtutibus & vitiis quaedam vicinitas est*, inquit QUINTILIANUS inst. III, 7. CICERONI *vitiositatis* est *babitus aut affectio in tota vita inconstans & a se ipsa dissentiens*. V. *Tuscul.* quæst. IV, 13. & *de fin.* IV, 24. Non male VELLEJUS PATERCULUS I, 10 a. *videtur*, inquit, *in prava, a pravis in præcipitia pervenitur*,

§. CCI. Quaenam vero sunt commoda virtutis? virtutis; quae neque tristi austeritate deformata, neque molibus laetitiae labefactata, illinc in dolorum haud vitabilium gurgitem abrepros consoletur, hinc nulla fortuae insolentia se quenquam efferre patiatur, quae quodvis nefas, etiam magna boni specie vestitum, statim fastidiat, quae non aspernetur, sed non toto impetu connixa unice capte recte factorum praemia adventitia, sed, his quoque detractis, sola recte faciendi pulchritudine & favore divino contenta, semper actuosa, semper sibi similis, totum ita occupet animum, ut hic, si vel cogiter malum, jam facti se crimen habere putet, eumque sic sentientem & agentem adeo extollat ac continue serenet, ut aeterna gaudia quietus praesumat. Recte ne **BRUTUS** exclamavit, rem sibi visam esse virtutem, nunc autem sibi patere, nihil eam esse, nisi nomen inane?

Ratio, quae ex natura rerum argumentatur, & experientia, quae cognito effectu manifesto ad causam investigandam nos manuducit, (§. 40.) in eo consentiunt, & pulchram esse virtutem, & a felicitate humana non dissociabilem, ac recte cum **JUVENALI** dici:

Semia certe
Tranquillae per' virtutem patet unica vitac.

§. CCII. Pulchra est virtus. Nam in ea inest harmonia varii generis actuum, ex quibus vita, tanquam totum quoddam boni moralis plenum, componitur, quod ab animo contemplatoris, nec diu nec valde intento, proinde sine defatigatione, clare & magna cum voluptate cognoscitur. Hujusmodi harmonia

nia manifesta efficit pulchritudinem, quae in virtute ineit, quamque moralem dicimus, ut a ceteris pulchri (physici, intellectualis) generibus distinguitur.

Ubi enim virtus, ibi vita sibi semper consentanea, quicquid difficultatis inciderit. (§. 101.) Jam ea est natura mentis, ut intuens in actionum concordiam & nobilissima agendi momenta, quorum vi illa vitae constantia efficitur, non possit non suaviter affici. E contrario uti pravitas corporis, ita in primis deformitas animi ex dictis factisque conspicua cuivis fastidium naturaliter movet.

Per se placet subiecta oculis *imago viri boni*, id est, viri Deo fidi, benevolentia erga homines sincera calentis, sibi nunquam, aliis facile, erratorum veniam dantis, quem nunquam pigeat gratis esse probum, cuius constantiam non frangat metus, non relaxet molitudo, non dehonestet aviditas, non absorbeat ardens gloriae, honorum, aut dominationis cupiditas, qui *velut in ignibus purum*, sic tempore duro spectatus didicerit, malle omnia perdere, quam animi sui tranquillitatem & decus non tueri. Ita dispositi sunt veluti nervi animi, ut vel *sala cogitatione* talis imaginis affecti quasi sonum, quem natura cupit, reddant extemplo, hoc est, sensum voluptatis, ea, quae ex pulchro physico percipitur, majoris, in qualibet mente attenta efficiant. (§. 54.)

Inest in virtute, praeter eam amabilitatem, quedam admirabilitas & vis sui reverentiam contemplatoribus injiciens. Haec non demum nascitur ex distincta & operosa cogitatione utilium & egregiorum virtutis effectuum. Statim, ut hujus quasi facies menti obversatur, sensus internus effigie robotis virium, quae in illa im-

sunt, sic afficitur, ut veneratio nullius argumentationis interventu mentem penetret. **CAMILLUS** Roma, quam in bello demeruerat, in pace expulsus, laborare patriam vix audit exul, atque publica, quam sua, fortuna moestior ardet cupiditate eam liberandi, spredoque quovis discrimine fortis, animosus, & alacer jacentem erigit. Quam id dulce viro, qui fecit! quam celeriter venerabile ei, qui legit! (§. 47.)

Quantam haec reverentia vim in animis habeat: *inimicorum* angor demonstrat, qui aequo ac spectatores aequi, ejus virtutis pulchritudinem admirantur, cui irascuntur. Cum sentiunt, occulto quodam impetu se adigi ad eundem, quem odio prosequuntur, hominem reverendum, hanc animi fluctuantis luctam diu ferre nequeunt. Hinc aut exuunt odium, aut, si id a se impretrare nequeant, vim suae aut communis reverentiae erga merita commentis & suspicionibus labefactare conantur. A malis propterea, vel certe a vulgaribus (§. 197.) momentis proficiunt fingunt facinora, quae specie sua splendideriori, quam veriori, fucum oculis faciant. *Histrioniam* esse criminantur eo dignorem contemtu & odio, quo magis & diutius *inani splendore* fallat. (§. 293.) Sic ex suae ipsorum vitac postsceniis judicant de aliorum hominum sensibus, atque ex his judiciis, quales sint ipsis, & quam distorta mente praediti, aestimari potest. Nam qui ipse nunquam, nisi avare & impotenter agere adsuavit, isne quemquam generosa mente agere credet, aut alios credere patietur?

§. CCIII. *Virtus nunquam est infelix, nec quisquam, qui ea pollet, miser.*

enit

Nam

Nam virtus non efficit veros dolores, (§. 9.) sed eos avertit, sedat, tollit, &c, ut cum veteri quodam loquar, est *perpetua voluptatis exercitatio*. Ergo non obest felicitati, sed hujus effectrix perpetuo actuosa est. Deinde non est *miser*, (§. 14.) nisi quem recte perpensa status sui mali origine & perpetuitate sui poenitet. Verum qui pectus habet incoctum honesto, ideoque munatum adversus irritamenta malorum suavesque *Serenum cantus*, qualis est, qui *virtuti studet*, illum, in quounque sit statu positus, seu agat, seu non agat, sui poenitere nequit. Tandem miseria est desperatio felicitatis. (§. 12.) Virtus, et si fractus illabatur orbis, alit spem perpetuam status melioris, Itaque à virtute semper abest miseria.

Huic enuntiato qui objiciunt, bonis male, & improbis optime esse solere; eorum errorrem (§. 182.) confutavimus. Ignorant, aut non meminerunt, posse hominem in doloribus quoque felicem, & in summis laetitiis miserum praedicari. (§. 21. 89.) *Epicetus* quamquam erat pauper, corpore mancus, servus, tamen sui semper similis praeceptique sui tenax, *sustinetas* esse res adversas & sapienter *abstinendum* a rebus praeter fas jucundis, majores habuit laetandi causas, quam *Xerxes* eo tempore, quo praemium proposuit, si quis novum voluptatis genus sibi adhuc ignotum reperiret.

Cum fortuna ludum insolentem ludere pertinax consiliis viri boni (§. 202.) deest, dolet ille, sed explicata fronte dolet. Nam *prosperitatis in bonorum externorum possessione & amplificatione positae* (§. 21.) penuriam supplet ac superat blanda mentis pristinorum gaudiorum memoris

ac futurorum sp̄e exhilaratae tranquillitas; *placidissima* illa *pax* in anino inest, quae haud concessa nequidem desiderat, & constans, isque ad modum dulcis, *nobis* sui interni sensus. Alia est vitiosorum conditio. In horum vita diffusa sunt omnia. Captant, sed simul sibi eripiunt liquidas voluptates, quas solus vitae rectag concensus in mentem diffundit. Non ita commodum, sed in necem suam utuntur bonis, quae naturae aut fortunae beneficio acceperunt, & ita fit, ut illis tam desint, quae habent, quam quae non habent. Mala, quae sibi compararunt, quandiu sentiunt, se ipsis accusant, nec tamen fiunt sani, quanquam eos se futuros profiteri solent, dum sunt solliciti. Remediis mali praesentis, in quod se immerserunt, repertis, & hujus effectibus utcumque sublati; redeunt ad ingenium. Pravitate nova se implicare coguntur, ut virtus sua & prave facta celent. Sunt enim *tumidi*, cum peccant, *timidi*, cum eccarunt. *Quam male est extra legem viventibus! semper, quod meruerunt, expectant.* Omnia opprimunt instinctum naturalem (§. 53.) intra se descendendi, & in vitae sua postscenia instaudi. Se ipsis fugiunt, quia surdus illud verber internum extimescunt. Etiam eo sensu recte Juvenalis ait; *nemo malus felix.* Nulla execratio alteri dira imprecantis vehementior est, quam haec, ut is, cui male cupis, ex alio vicio & malo facinore in aliud incidat.

§. CCIV. *Si pulchra* (§. 202.) & *felix* (§. 203.) est virtus; merito inquiritur, quae subsidia ejus assequendae experientia & ratio suppeditent. Ex superioribus liquet, tribus partibus absolvi virtutis notionem, (§. 199.) a) judiciis sanis de bo-

bono maloque, b) mopeitatis nobilibus; (§. 197.) c) prompto & perpetuo horum momentorum usu in iis lubenter eligendis & exequendis, quae naturae conveniunt.

Tradidimus in *Sectio* 2. *notas*, quibus iudicia sana & corrupta de bono maloque dignoscantur. Vidiimus quoque causas illius inertiae & languoris, qui veram & distinctam boni cognitionem saepe comitatur. (§. 78. seqq.) Restat, ut investigemus, quoniam modo quaerenda sit facultas magna & stabilis recte de bono maloque judicandi & bonum cognitum lubenter ac firme amplectendi, proinde faciendi, ut non tantum non prorumpant desideria mala, sed & ab illis mens non prematur.

Vetus controversia est, utrum virtus doceri possit? Quamquam ea non in sola recti intelligentia, sed praecipue in actione consistit: tamen regulae & quedam quasi encheires tradi possunt, quibus opus habet, qui huic mentis altitudini consequendae, confervandae, & augendae operam navat.

§. CCV. Virtus est habitus animi bonus acquisitus. (§. 199.). Omnis premitudo, sive corporis, sive animi, multa aut continua exercitatione naturaliter comparatur. Quod raro fit, illud aegre ac quodammodo repugnanter suscipitur & ad exitum perducitur. Mens itaque assidue actuosa sit oportet, ut duplii alacritate potiatur; altera, bonum dignoscendi, altera, idem appetendi & efficiendi.

Quod ad primum habitum mentis constituendum attinet, nunquam is acquireti potest, nisi ea, quae corrumpunt judicii de bonis malisque sanitatem, avertantur, vel, quae corruperunt, tollantur. Ad haec bonae mentis obstatula in primis pertinet prava *educatio* (§. 162.).

De hac vidimus (§. 35.), quantopere prae-judicatae opiniones gentilitiae, parvorum magnorumque coetuum totiusque cuiusdam nationis communes vel educatorum propriae, eam boni cognitionem, quam suggerunt sensus moralis (§. 45.) & instinctus, (§. 33.) opprimere mentemque inflectere soleant ad falsas & exitiosas vitae regulas axiomaticum instar coeca fide assumendas. Quis negaverit, vi educationis effici, ut v. c. superstitione domestica propagetur, pariter ac contemptus odiumque eorum sacrorum, quae displicant educatoribus, sine ulla investigatione, qualia sint, nedum post dijicationem diligentem, utpote quae in eam aetatem non cadat, in animos cereos imprimatur? Quem latet, eundem esse fontem moris corruptissimi, ut puteris sapiens, coelum vituperandi, id est, famam acutioris ingenii captandi ex religionis verae contemptu & irrisione? Haec talia fiunt, dicuntur, saepe & scribuntur ab iis, quos altiori loco fortuna, quam decus ingenii animique, posuit; audiuntur, leguntur, observantur a puerulis adhuc rudibus, quos rapit opinatus quidam splendor ex imitatione eorum, qui potentia & opibus eminent, vel existimatione magni ingenii sine magna philosophandi arte florent. Odium peregrinorum, superbia nationis, malae & bonae affectiones animorum quasi gentilitiae, hoc est, ad plures ejusdem familiae stirpes propagatae, (v. c. apud Romanos familiarum Appiae & Valeriae) contemptus laudabilium vitae institutorum, quibus nullum in societate, in qua vivis, pretium statuitur, querelae perpetuae de temporibus, ardor mentium turbidarum, nunquam sua forte contentarum, aliquid novi semper expetentium, & errata similia, unde plerumque, nisi a vicia educatione?

Ne-

Neque vero iis assentimur, qui cum HELVETIA nimium educationi tribuunt, dum, ut reflectant viros, qui *corpori*, proinde *aëri*, *alimentis*, *sanguini*, partim morum differentiam adscribunt, eosdem esse homines omnes, & sola *educationis* variari contendunt. Naturali enim ingenio & indole (§. 79.) alij ab aliis differunt.

At educator, prout in statum corporis & ingenios instinctus eorum, quos regit, multum aut parum intentus est, vel proportionem propensionum ad recti studium dirigere, atque earum vim temperare potest, (§. 51.) vel imprudens aut improbus ex propensione haud dominante efficere dominantem. (§. 80.). Praeceptis mali educatoris, exemplijs, crebra pravorum *affectionum* venia aut incitatione, exoritur quaedam sentiendo & agendi consuetudo, ac paulatim radices agens vicem rationis in puerulis tenet, & huic ipsi, deinceps in aetate confirmata veritatem quaerenti, nullum imperium relinquit. Ut motus corporis, qui ex voluntario factus est automaticus, difficulter mutatur: ita & mens eo tempore corrupta, quo primum regulas judicandi & agendi cognoscere sibiique familiares reddere coepit, errores infixos & inveteratas cupiditates ex fundo suo aegre in virili quoque robore & senectute extirpat. Difficilis enim est lenta animorum diu aegrorum sanatio (*conversio*), repentina raro diuturna, nisi conspectus aut perpeccio mali paene intolerandi, ac vix aut nunquam reparabilis, terorem manentem odiumque intimum fontis, a quo illud manasse intelligitur, menti incusserit.

§. CCVI. Si ad depravanda ingenia tanta vis
est

est educationis, ut multa vitia & mala virilis & senilis aetatis sint vitia primae impuberum institutionis: facile intelligitur, magnum quoque esse posse momentum educationis ad imbuendos cognitione ac sensu boni rectique animos. (§. 205.).

Qui malunt experiri, quid natura possit, quam in periculum venire, ne pravae opiniones ac propensiones per disciplinam in pectora mollia demittantur: (quae nova sapientia a nonnullis commendatur) illi vel felicem vitam ponunt in genere vivendi animali, vel certe modum educationis ipsi facto naturae contrarium praescribunt. Alienum enim esse a naturae consilio, homines paene ferarum more educari, patet ex eo, quod ad has projecta proles usu rationis careret. Natura parentibus impressit amorem erga liberos, ut hi ab ipsis discerent prima rationis ac sermonis & societatis cum hominibus colendae elementa, atque humanitatis & sympathiae, qua homines devinxit, signa ab obviis expetere & reddere adsuescant. Idcirco mater instinctu naturae incitata alit sobolem suam, & simul eam fari docet; vel idem facit nutrix, quae, quem lactat infantem, eum miro quodam impulsu amare incipit. Utraque verbis, vultu blando, serio, factis, principia boni malique dignoscendi in mentem tenellam paulatim imprimit (§. 35.). Praecipue observat infans, quae siunt. Vitae praecpta verbis expressa in mentem rudem non aequi penetrant, ac quae ex factorum alienorum observatione ipsa colligit.

Igitur cum quandam educationem hominis natura fecerit necessariam, & ad eam impellat non tantum parentes, (§. 161.) sed etiam in aliis instinctus misericordiae excitetur tristitia.

Sti infantum opis in indigorum conditione, eorumque vultu blando & docilitate: *huc* redit quaestio, an naturale sit infanteum post primam curam corpori, qua nutritur, adhibitam, suae ipsius selectioni permitti; ut per errata infinita magnis cum periculis & incommodis artem in negotiis, quae quotidie in vita eveniunt, moderandi regendi que instinctus suos discat, an hanc viam ab educatore diligenti & strenuo monstrari caliganti praestet, ne per errores, calamitates, multasque poenitendi causas tandem notitiam rectae semitae consequatur. Num casu fit, ut via posterior apud omnes populos ineatur? Certe naturalis parentum ac tutorum potestas necessitate educationis inititur. Inquiramus itaque, qualem eam esse oporteat, ut ad bonam mentem conformandam consentiat. Incipiemos ab educatione physica.

Ea est corporis & animi necessitudo, ut, quemadmodum hujus affectiones perpetuae aut motus majores ad illud corruptendum vel ad ejus vigorem conservandum, (qua via, incertum) magnam vim habent, ita status corporis temporarius & stabilis ad ingenium liebetandum, aut acuendum, & ad impulsus voluntatis concretandos minuendosque multum valeat (a). Variae causae externae agunt in corpus, corpus in mentem; unde & hujus status haud parum ab illis causis penderet.

Aer, alimenta, motus. ac quietis ratio, consuetudo vivendi, commotiones animi crebriores, mutant statum corporis, & tempore efficiunt perpetuum.

Hic

(a) Conf. GAUBII Pathologia §. 122. seqq. 669. seqq. & Oratio de regimine mentis, quod Medicorum est.

Hic quantum faciat ad labefactandas vires ingenii & indolis, aliquot exemplis docebimus. Sic a variis causis orta corporis pigritia disponit mentem ad fugam laboris, & ad cunctationem in capiendis aut efficiendis consiliis. Anxietas inveterata paulatim generat timiditatem, diffidendi consuetudinem & suspicacem animum. Sensim amarulentiam prosignit praevalens humorum acrimonia. Magna nervorum infirmitas efficit vitia phantasiae ac memoriae, proinde depravat iudicia, quae ab utriusque facultatis sanitate pendent. Taceo intemperantiam libidinis, multasque animalium perturbationes a corporis conditione prognatas, quibus si non avertendis, certe minuendis, tempestiva educatoris providentia remedium adhibere potuerat.

Mala multa consequuntur *nimirum mollem educationem physicam*, quam vocant *indulgentiam*. Haec, dum corporis sanitatem corruptit, vigoremve labefactat, mentem adsuēfacit illis vitae praeceptis rejiciendis, quibus sine labore, molestia, diuturna doloris patientia, obtemperari nequit, quaeque vigorem virilem ad audendas res difficiles, firmitatem in perferendis acerbitatibus, fortitudinem in periculis despiciendis exigunt. Quippe animus mollitia imbutus videt optatque pretia nobilis audaciae ac laboris impigri, sed reluctantem nervorum corporis sui debilitatem persentiscens, aut nunquam, aut lente & languide ea, quae fieri oportet, aut impetu quodam invitus aggreditur, & incepta derelinquit, cum primum commodo potest. His malis occurrit disciplina domesticam ascula, qua animi v. c. ad disciplinam militarem præparantur. MINOS &

Lys.

Lyconeus ad fortitudinem, patriae causa
quaevis discrimina spernentem, cives adductu-
ri, a robore corporis curando fecerunt initium,
ac laboribus maresque feminasque etudiverunt;
illos praeferunt venando, currendo, esuriendo, si-
ziendo, aestuando.

Verum mascula educatio differt ab ea, quae
nimia severitate timiditatem, difficulter in confir-
mata aetate expugrandam, affert, & teneritatem
cordis aufert. Ab hoc certe vitio sibi non cave-
runt **Spartiates**, cum, ut refert **CICERO**, pueros
ad aram sic verberarent, ut multus e visceribus
sanguis exiret, nonnunquam etiam ad necem; quo-
rum non modo nemo exclamaret unquam, sed ne in-
gemiscaret quidem,

§. CCVII. Transimus ad considerandam *educa-
tionem moralem*, qua id agitur, ut animus,
quatenus ejus status & motus a corpore non pen-
dant, subnotis, quae virtuti olim acquirendae
obstarent, ad hujus cultum & amorem mature
fiat aptior et paratior. Haec cura desfigitur in
adjuvandis & dirigendis duabus mentis viribus,
non re, sed cogitatione nostra, ut plenius per-
spiciantur, sejunctis. Altera est cura *ingenii*,
altera *indolis*. (§. 79.) Primum videbimus de *in-
genio*.

Complexus virium cognoscendi certa propor-
tione cuiusque proprius, qui *latius* dicitur *inge-
nium*, potest perfici arte educatoris. Perfectio
illa est consensus singularum intelligendi virium
inter se & universarum cum adceptione homi-
ni, ad quod comparandum menti divinitus aper-

tributae sunt. Id bōhum est habitus verus et falso, atque id, quod homini in felicitatis suae stadio progrediens docet, aut prodest, clare & parate discernendi, tum & multiplex cognitio rerum atque factorum ad vitam iucundam degendantur, utilis, ejusque promta in mente representatio. **Cum** haec ad varias voluptates veras, ministerio corporis sui, aut sine eo, in se ipsa gignendas, connitur. **Natura** in viribus ingenii aliis post alias evolvendis certo ordine gradatim progreditur. Quem abservare & sequi, aequo est educatoris, ac bonorum Medicorum meminisse, naturae ministros se esse, non dominos. **Sic** aliter tardis, aliter celerioribus ingenii prudentia rectione subveniendum est; aliter adolescentibus, quos statutus corporis ad expetendas solas sensuum voluptates vehementius impellit; aliter cibis, i. quibus idem status a sensu & cupiditate voluptatum mentis non admodum repellit. Similiter non est in eis gloria educatoris ponenda, ut impudentia perpetua, sed ut vera utilia & ea praecepit scientiam, quae ad studium recti pertinent, atque ea nesciant, quae progressum felicitatis docent. Que in singulis ordinem instituti sui servabitur, hoc est, in hoc. Prima cura erit adhibenda in evolvendis causis, quibus singulariter aut universae ingenii riles prosteruntur, aut earum augmenta impediuntur, scilicet lae nascantur & statu corporis praeceperint, propter quatenus ille vitari vel emendari posset. (S. 207.) seu gignantur ex aliis causis externis, sive in primis ab aliis hominibus, sive cum familiaritate, contingat cum hebetioribus, aut cum voluptuariis qui, quod continentis suae curam negligunt, et perficiendae intentos fastidiunt, despiciunt, rident.

Deinde incitata sciendi cupiditate, quae *insti-tuum*

*stuum naturalium in numero est, (§. 78.) facultas sentiendi, a qua omnis cognitio humana initium sumit, &, quae ab ejus usu pendet, phantasia, sic dirigendae sunt, ut mens multas simul res oblatas clare ac vere intueatur, & eas in primis in se ipsam admodum vivide imprimat, quas, quamprimum opus est, celeriter, vere, lucide sibi quasi iterum praesentes exhibere, ejus interest. Ex adverso noxias ideas sensibus perceptas paulatim tenebris involvere discat. Ars adjuvandi, moderandi, regendi phantasiam in omni vitae parte, praesertim in majoribus animi commotionibus (*affectionibus*) (§. 81.) impediendis, temperandis, sedandis, concitandis alendisque, insignem utilitatem affert.*

§. CCVIII. Saepe peccatur in memoria impuberum oneranda *notionibus abstractis*, quas se claras mente sua informasse putant, quamquam non nisi verba, quibus exprimuntur, ab aliorum verborum sonitu inani distinguerem didicerunt. Ea enim est complurium *notionum abstractarum* ratio, ut haud distincte intelligentur, nisi quemadmodum, & quo veluti gradu, ab ideis singularibus ad eas ventum sit, clare cognoscas, aut faltem illas ex his explicare possis. Quod quidem pueruli longae intentionis cogitationum impatientes meditando assequi non possunt. Ejus generis sunt complures definitiones, partiones, disputationes abstrusae. Scientia rerum distincta quo est utilior, eo nocentior est earum notio confusa & vana perfectae cognitionis opinio. Nam aetate proiecti ea, quae dudum se tenuisse arbitrantur, tandem perspecta ignorantia sua quo minus discant, & quasi repuerascant, pudore, pigritia, aut negotiorum quotidianorum multitudine impediuntur.

S

Quod

Quocirca, prout cum aetate vis intentionis cogitationum harumque lux augetur, res intellectu difficiliores certo & ad procedentes annos accommodato ordine clarius explicatae impuberibus tradantur.

Eodem fere loco sunt *proverbia*, quae tanquam si essent indubia vitae praecepta, menti rudi inculcantur, tametsi saepe sunt enuntiata non sine exceptione, sed tantum sub quadam conditione vera, quibus temere assumptis errores in secunda aetate difficulter expellendi pronascuntur.

Hoc similique pravo memoriae usu cultuque simul opprimitur cultus *acuminis nativi*, quo quaevis aetas in omni vitae parte, praesertim ad differentiam ejus, quod *pulchrum & deformem* est, observandam, & ad varios pulchri gradus dimetendos indiget. Scilicet in homine inest nativa quaedam vis aut celeritas mentis rerum tum naturalium, tum arte factarum naturam imitantium, tum cogitationum pulchritudinem observandi, etsi rationum, cur ea placeat, & fastidium creet deformitas, sibi haud sit conscientia. Is gustus saepe corruptitur (hoc est, ad difficultatem internoscendi, quid sit pulchrum in rebus arte factis & in cogitationibus, & ad deformitatem parum sentiendam, deflectitur) & quidem eorum dictis factisque, quibus prima aetas circumfunditur, praecipue domesticorum res nugatorias, sordidas, jocosque frigidos & ineptos admirantium. Atque is sapor iudiciis exemplisque alienis corruptus plerumque in illis haeret, quibus mens adsuevit. Haec idcirco peregrina quaeque ob eam causam, quod sunt a confuetudine sua aliena, fastidit, ignota ridet, ac quo plus ineptiarum expromit, eo magis sibi faceta videtur, bonisque, ut vocantur, dictis ingenii pulchri laudem ardenter captans sibi

sibi ob frigidam aut malitiosam ingeniosam dicatatem excelsa videtur, sibique prima, & inter intelligentes sola, placet. Ex quo vitio, nata cupiditas nocentissima emitendi maledicentia & malignis placendi paulatim inveterascit ac perpetuatur.

§. CCIX. Ad proprietates mentis porro referunt ei indita *vis fingendus*, artium & commodatum vitae innumerarum inventrix & adiutorix, proinde singulis & societati perutilis. Haec ne in artem exitiosam simulatione, dissimulatione, mendaciis alios decipiendi degeneret, educatori diligenter providendum est. Ea indigna & illiberalis mentis adsuetatio vel a timiditate oritur, quam intempestiva severitas genuit, vel a cupiditate laudis ex ingenii celeritate consequendae, quae in jocis fictisque sermonibus alios innocue fallentibus cerni creditur, vel ab exemplis decipientium, quae deceptus imitantur impubes, & nisi mature obstitutis, adsciscit fallendi consuetudinem. Qua si mens informata transierit ad aetatem secundam, (§. 217.) in qua nova & ubique obvia ejus vitii alimenta reperit: extirpabit in se, quae supererant, stamina candoris, seque opinata defensionis adversus infidias necessitate non tantum sibi ipsi purgabit, sed & ad eam humilitatem quandoque delabetur, ut etiamsi posset, tamen nolit eo, quo tendit, sine fallaciis pervenire. Ex multitudine hominum hoc vitio jam in prima aetate corruptorum, & in ea augendo, postquam suae spontis esse cooperunt, confirmatorum, nascitur opinio societati exitiosa, sine arte vultum, aspectum, verba, facta, fingendi aliosque decipiendi nec publicam nec privatam rem bene administrari posse.

§ 2

§. CCX.

§. CCX. Vis *prospiciendi in futurum* eo diligentius adjuvanda est, quo magis ab ejus usu sapiens vitae rectio pendet. Monstrato eventuum tum naturalium tum a voluntate humana pendentium inter se vinculo incitetur impuberum cupiditas plura ejus generis artemque, qua prae noscant futurā & praesagiant, mature discendi. Ponantur illis ante oculos ea, quae nunc eveniunt, & indicatis causis similibus, quae antea similes eventus genuerunt, ostendatur, quid verosimiliter eventurū sit. Sique eventus praedicti aliquando secuti non sunt; intentio eorum dirigatur in causarum impudentium investigationem, ut exitus actionum necessarios ab adventitiis, & horum duplex genus (§. 39.), accurate distinguant. Quo facto regulas prospiciendi cognitas ad se applicare incipient, & in causas eventuum suorum inquirentes culpam suam deprehendent, hujusque fontem repertum obstrui debere, ultro concludent. Simul intelligent necessitatem in omni vitae parte certum finem sibi constituendi. Cernent stultitiam hominis in diem viventis, ac, quid sit futurum cras, fugientis quaerere. Mutinentur adversus inanes de rebus fortuitis sollicitudines. Spes ineptas abjicient. *Fato regi homines* non credent, contemtisque fatidicorum praesagiis in vestigiis certis insistendum esse, haud dubitabunt.

§. CCXI. Ratiocinandi facultas lente & per multas quasi caeterarum ingenii virium gradationes ad maturitatem cum aetate perducitur. Eam adjuturus educator primo imputerem falsa a veris judicia distinguere doceat; deinde ejus *enthymemata*, praincipue *moralia*, perquirat, ac virtuosam concludendi rationem clা-

clare & amice indicet. Mox illis conclusionibus in *syllogismos* conversis, errores vel in *propositione*, vel in *assumptione*, vel in modo ex his concludendi, humaniter ei ante oculos constituat. Ne *Dialectica* sive scholastica, sive ea, qua adultiores vulgo in vita communi utuntur, cum deberet ad cavillationes denudandas comparata esse, artem cavillandi & peccata callide excusandi menti incautae infingat; educator *sophismata moralia*, seu ex eadem vita communi, seu ex historiarum monumentis petita, discipulo suo nuda monstret, nt hic suis quasi oculis cernat, quam insidiosè homines falsis ratione*nisi* se ipsos aliosque in ruinam agant. Nihil enim in rebus gravissimis valentius est ad ener-vandam artem fucosis verbis verum tegendi, & ad ea, quae male suadentur aut rogantur, refellenda, quād definire rem, de qua agitur, & erutas ex verbis artificiose contextis conclusionum ratios ad *syllogismos* redigēre.

Caveat autem educator diligens, ne minus recte sentientes acerbe coram disciplinae suae alumno refellat, aut errores temere rideat. Horum origine & effectibus monstrandis contentus impedit, quo minus in prima aetate morbus ex aliis irridendis favorem aut ingenii famam atque admirationem captandi contrahatur; ex quo in secunda aetate, praeter multa mala, plerumque arrogantia ristum atcupantis, maledicendi consuetudo odia eorum, qui per ridiculum traducuntur, & inimicitiae implacabiles nascuntur.

Valde obstat progressui in arte recte ratiocinandi, si ita eas res considerandas ingenium in aetate immatura dirigatur, quarum investigatio tot tantarumque rerum intelligentiam exigit, ut ea saepe viri senesque careant. Idcirco v. g. dimovendi sunt

impuberes a dijudicanda administratione reipublicae, quoniam, qui ipsi rectore perpetuo indigent, illi rectores rerum publicarum reprehendendi monderandique viribus desituntur. Valde efficax ingenii venenum est arrogans opinio scientiae. Quare facta, quorum notitia ad vitam civilem praeparandi sunt, sine epicrisi odium aut contemtum latenter in mentem insinuante illis tradantur, & haec dedita opera immunis servetur a qualibet servitute voluntaria (§. 147.), proinde a prematuro partium studio. In hoc quid sit bonum, demum confirmata aetate perspicitur; quid sit malum & perniciosum, ex ejus effectu manifesto & cuique obvio etiam nondum adultis patere potest.

¶. CCXII. Cum praeceptis de bono maloque recte rationandi conjungatur disciplina artis clare, pressa, accurate loquendi, antequam pulchros sensus pulchre enuntiare doceantur. Simplex veritatis color preferatur falso nitori. Vixerborum, quibus res majores momenti exprimuntur, intellecta, (hoc est, cognita notione primæva vocabulis subjecta, & origine ejus, quæ dicitur translata) tum multi logomachiarum laquei, tum altercandi consuetudo vitatur, siquidem huic investigationi adsueti animadversa dictiōnis ambiguitate clariorem mentis explicationem statim rogant, vel ultro offerunt. Hac via mens cavilatioris, innumera societati mala afferentis, odio impletur. Multos quoque errores effugit, quos plurimum linguarum plane diversas notiones una voce exprimentiū paupertas parit. Sic, ut hoc utar, cum notiones fortunæ & felicitatis valde a se dilantes in quibusdam linguis idem, vocabulum comprehendat; non est mirandum, etiam hæc vocis ambiguitate vulgus imperitum in errorem

rem induci, ut felicitatem omnem in fortuna secunda ponat. Sic & vocabulum *libertatis* prius usurpatum, quam intellectum, hominum innumerorum mentes pervertit.

§. CCXIII. Restat, ut disputemus, quid possimum obstat progressui impuberum in formando ad virtutis cultum ingenio. Praeter nativam virium imbecillitatem, alia obstacula nascuntur ab educatoris imprudentia vel improbitate, alia a casibus fortuitis; alia afferit societas communis & arctius cum errantibus & vitiosis consortium.

Ac primum quidem *casu* fit *confociatio idearum* inter se non cohaerentium, (§. 35.) sed quae, quod simul in mentem irroperant, magnum in ea motum ac manentem concitarunt. Qualis confociatio est v. c., quae a *voluptate nova* & maxime congruente cum indole impuberis nativa oritur. Ea voluptas idcirco, quod nova erat, mentemque eo tempore affecit, quo ad eam plene sentiendas paratio, quam alio, erat, majorem in illa motum ejusque instaurandae desiderium insidens effecit. Ex quo initio paulatim *propensio dominans* (§. 80.) gignitur. Videat educator, ut vim illius quasi impressionis enervet, alia & varia oblectamenta aliquamdiu impuberis menti suggestendo, ac demum post aliquod tempus eandem, qua se carere non posse initio putaverat, voluptatem per se innocuam illi ultro offerat eo tempore, quo ad parem ejus magnitudinem sentiendam non aequa, atque in prima illius perceptione, pateat. Tunc cognoscet impubes gradum suavitatis, qua quandam captus fuisse, non ab ejus ipsius natura, sed a statu suo, qui tunc erat, singulari & a fortuito rerum circumstantium nexus ortum fuisse, atque hoc detrahe nihil esse, cur magnopere eam praeceteris voluptatibus naturae consentaneis expetat.

S 4

Quod

Quod si vero tanta est vis *confociationis* idea-
rum, in erroribus moralibus suscipiendis tuendis,
que; quidni eam adhibuerit educator ad senten-
tias veras & nobiles menti radii incutiendas? Prae-
ter expectationem monstrat e. c. maleficum,
scelerisque effectus in ejus corpore aut animo ex-
pressos, suppliciique ex lege civili interrogandi a-
trocitatem; ut horror ex hoc improviso conspectu
natus in mente concussa resideat. Non inqui-
ram, quo consilio in republica Romana illinc
Patricii, hinc plebis concitores, vocabulum *liber-
tatis* & *notionem rei inaequabilis vita potioris* in
mentes infantum simul imprimi curaverint. Hoc
certe ea via, tum & praecento illis mature inculca-
to: *Tu regere imperio populos Romane memento: as-
secuti sunt, ut idea, libertatis amissae & mortis
civis, Romani & gentium domitoris, tanquam ideae
rerum individualium, in mentibus perpetuo domi-
narentur.* Hinc illa, quam seminis Romani esse
putabant, quasi ingenita militis legionarii forti-
tudo, cui mors non videretur, cadere in pree-
lio, sed capi & servire.

§. CCXIV. Educatoris imprudentis dictis factis-
que aliquando corrumpitur ingenium, quod exco-
lere laborat. Semel depravatum aegre sanatur. Si
coram impubere opulentum obvium, quod ma-
gnis copiis esset praeditus, exclamaverit bet-
tum; si eodem vidente & audiente mater im-
pudicitiae, pater impudentiae, specimina edant;
si hi coram eo omne virus acerbitas sua
evomant in homines loco & potestate eminentes: an praeculta de summa felicitate in opibus
non ponenda, de castitate & de verecundia con-
senda, tantam in mente tenera vim habe-

rc poterunt ; quanta[m] facta , quibus verba re-
felluntur ? Si infans adsuetat solis incitamentis
a spe lucri aut recreationis cuiusdam proposita
& a donis acceptis ; quid mirum , ea adsuetatio-
ne fieri stabilem hanc sentiendi rationem ; ex quo
ad te nihil emolumenti per venturum spires , illud
generosu mente facere , nihil esse , nisi despere ?

§. CCXV. Tandem societas , qua impubes im-
plicatur , saepe impedimento est , quo minus diligens
educator possit mentem ab erroribus incorruptam
servare , quos in eam collusorum , & praecipue do-
mesticorum , confuetudo infundit . Si non possit
vitari consortium contagiosum , hic ex alienis
erratis fructus capiatur , ut impuberi monstratis
eorum effectibus perspicuum fiat , quantum sit fa-
pere . Moneantur praecipue secundae aetati proximi
mi (§. 217.) , ut inter corruptos superc ausint , in-
icitatis libertatis & honoris stimulis .

Mulro difficultas est mentem adversus errores po-
pulares praemunire ; praesertim eam horum partem ,
quam , qui ad gubernacula sedent , arcanis imperii
annumerant , vel quam sancit religio publica , quae
eadem aliquoties videtur quodammodo politica . Po-
test accidere , ut his sententiis receptis obssistere non
ausit educator , veluti cum religio publice compro-
bata vitiis , e. c. libidinibus , ultiōni , invidiae , patro-
cinatur , qualis erat religio plebis Graecae & Ro-
manae . Talium opiniorum cofnmentis eos libe-
raturus , quos erudiebat , S O C R A T E S nullum ope-
rae suae liberalis fructum retulit alium , nisi potum
cicutaē mortiferum . Cujusmodi errores populares
ne ad impuberem seruant , si non ausit praetca-
vere educator timidus ; certe hoc praestet , ut amor
veri investigandi & credulitatis odium altas in-
glumpo

lumno suo radices agat. Videat, ut in ejus mente complurium judiciorum verorum semina deponat, quae procedente aetate surgentia, id, quod in fundum mentis irrepsit, infelix lolum extirpet.

C. CCXVI. In primis ad ea, quae bonae educationi morali obstant, avertenda & reprimenda multum valet facultas major mature comparata se & aliorum ingeniorum & indolem (§. 79.) observandi. Nempe inest in mente humana cum caeteris viribus arctissime cohaerentibus *sensus internus*, seu vis mentis in se ipsam intuendi, & in se stamina omnis certae cognitionis suae ingenita, reperiendi, ultra quae in veri investigatione progressi non potest. Haec facultate utens observat persuasionem suam tam certam, ut ei resistere non possit, se existere, cum corpore suo intime junctam esse, ab aliis rebus secum vere existentibus esse distinctam, ac manere eandem. Cernere potest originem, successiōnem, gradum, yicissitudinem mutationum suarum, hoc est, nascentis, augescentis, occidentis & in noctem abeuntis lucis cogitationum suarum, nec non appetitum, aversationum, voluptatum, dolorum, ortam, magnitudinem, debilitatem. Observat quodammodo statum corporis sui necessarium in quibusdam cogitationum generibus gignendis, alendis, extinguendis. Excolere sensum *internum* dicitur, qui in illis observationibus repetendis & colligendis aciem mentis tam diligenter intendit, ut ex illis concludere possit, quem oporteat esse statum suum & corporis sui, ut ea, quae de viribus suis perficiendas & recte usandas didicit, ad effectum adducat.

Artem sensus interni excolendi impubes, qui propius ad aetatem secundam accedit, non praecipuis doceatur, quorum demonstrationem aequaliter

gre intellexerit, sed velut in re praesenti. Per occasionem bonorum malorumque facinorum investigare incipiat, quo principio occulte efficaci voluntatem suam commotam esse observet: num sola voluptatum corporis aliorumque commodorum extenorū cupiditate? Num torrente opinionum alienarum abreptus rationis lumen fugiat? Num ex solis eventis, num ex effectibus actionum proximis, non consideratis illis, qui eas ex intervallo consequuntur, rectum aestimare soleat? etc.

Deinde ita puberes mature docendi sunt artem alios observandi, ut ex eorum factis non tantum bonus, sed ex alienis quoque erroribus saniant. Quod sit, cum in facta regulis contraria inquiritur, & mali horum effectus monstrantur, vel falsa boni species illis detrahitur. Sic *Spartani* frena laxantes libidini, nulla temulentiae, ut ab hac abhorrent liberi, in eorum conspectum adducebant servos lebrios, quorum in turpitudine cernerent, quam illiberale esset ac propudiōsum, dare operam, ut aliquot horis insanas. Simili consilio ponantur ante impuberum oculis facta splendidiora e modo, ut notae, quae in illis latent, aperiantur, quibus vitium specie boni ludens a vero bono discernitur, veluti in facto, quod a levitate processit, aut a pervicacia, aut ab invidia, aut ab insolentia, ostendantur notae, quibus illa virtus a nobili firmitate, a constantia, ab aemularione bona, & a recto libertatis studio, internoscantur.

Praecepta vivendi, vi & meatu armare, plerumque nocet. Non potest ea amare impubes, ex quibus sequendis fructum jucundum nullum sperret, amarum in praesenti sentiat aut metuat. Vox imperiosa, vultus minax, dolores aberrantibus,

in-

inflicti, mehtem tenellam amaritudine implent, quae ultra rudes annos manet, & efficaciam bonarum praeceptionum per totam vitam saepe everit. Tantum quoque abest, ut vis intempestive & multum adhibita corrigat mentem, ut potius cautiorem, astutiorem, mendacem, & quandoque pervicacem reddat. At frangenda tamen aliquando est pervicacia remediis acerbis & violentis, ne ea, cum inoleverit, intractabile in secunda aetate ingeñium conformet. Ex indignatione educatoris, ex contemtu condiscipulorum, ex negatis, quae cupidissime experat, recreacionibus, invitus dicit necessem aut superiores ineritis & viribus non coilemmendi, aut ex societate excedendi, atque adeo veritatem complurium praeceptionum magisteri sui jam non ejus verbis, sed sensu suo credere incipiet.

CCXVII. Hactenus exposui modum, quo ingenium ad juvandum virtutis in mente ortum & progressum praeparari possit. Idem hunc dispiciemus de aetate secunda. Ad quam qui pertinuerunt, illi in negotiis vitae ordinatis rectore perpetuo indigere desierunt, quique antea erant pars domilis, nunc sunt reipublicae. Qui frumenti in prima aetate erroribus moralibus infecti, multos eorum comprobatores sibi adjungent, novosque id gentis errores facile suscipient. Sani autem in grave contagionis latissime patentis periculum adducuntur. Nova etiam in novo stadio tunc educatio initium sumit, quam non male publicam dixeris, quoniam a ratiociniis complurium in novo illo theatro conspectorum sine docendi confessio prolatis & ab eorum factis nascitur. Novae sententiae de eo, quod praestari non possit in societate, aut quid in ea fieri deceat, tyroni sit novum
hunc

hunc orbem delato proponuntur. Hic intentus *in ea*, quae a magistro didicerat, cum illis, quae nunc dicuntur ac fiunt, conferenda brevi videt, vera rerum vocabula esse amissâ. Audit v. c. *simplicem* dici, non qui haud possit, sed qui ob inditum candoris amorem nolit alios verbis, factis, vultu decipere; *timidum* nominari, non qui ultra modum fugiat aut pertimescat pericula, sed qui, ut sit aliquis, quidvis conari noti ausit; *superbum* haberi, non qui Suf-feno similis alios despiciat, sed qui *nolit* servire tempori, & more Protei mutare consilia, ut opibus, honoribus, commoditatibus vitae aequet pares aut supereret. Videt has sententias factis exprimi. Videt nummos & quaelibet externa societatis commoda ante virtutem aperte poni, alios aliorum ruinis sese extollere, divitias in omnium libidinum gurgitem profundi, profusas per nefas repeti, religionis cultum in vultu & labiis, non in corde insidere. Inspiciens in hunc sentiendi & vivendi morem initio horrescit. Paulatim multitudo has vitae regulas sequentium adsuefacit mentem turpi spectaculo. Sensus fastidii plenus, qui ex illis visis primo nascebat, incipit fieri debilior. Jam peccantium culpa videtur excusatior. Sæpe subit mentem illud vulgatum, *fecere alii plures!* Sic mens deposita severitate judiciorum suorum fit militior & ad excusanda vita præclivior. Sensim eam in opinionem venit, pro praesenti societatis humanae statu si non ubivis, saltem in magna orbis parte, aliter inter homines agier non posse. Procedente tempore concludit, ex philosophorum lege vivere, esse pessime vivere, & bonis seculi se ipsum rigore nimio defraudare.

Primit secundæ aetatis annis indoles perpetua (§. 79.) conformatur. Eam mutare perdifficile est, nisi e. c. magna secundæ aut adver-

fac

sae fortunae conversio, aut longinqua consuetudo
in negotiis publicis certo modo versandi, mentem
in novam quasi formam detorqueat. Quo itaque
subsilio utetur adultior novum vitae theatrum
ingressus, ut errores secum in illud traductos de-
ponat, & a novis per societatem aut ejus occa-
sione in mentem irrepentibus incorruptam servet?

§. CCXVIII. Prima cautio erit, ut sibi a magi-
stro tradita vitae p̄aecepta recognoscat (§. 37.),
ac, quae esse vera, nunc pleniore luce intelligit,
ea firmiter in mentem imprimat nullis expugnanda
publicis opinionibus, fraudulentis consiliis, malis-
que & infidosis eorum exemplis, a quibus se dis-
sociare non potest. Hac opportuna diligentia
sese armabit adversus nimiam sui & in aliis fidu-
ciam, quarum illa libertatis stimulum supra mo-
dum exacuit, (§. 145.) haec enervat ac confrin-
git, & servitutem voluntariam mentis gignit. Haec
enim oppresso virium suarum cultu & usu se ad alios
humiliter & pigre applicat, tanquam si illi in poste-
rum falli non possent, qui saepe senserunt proba-
bilia, dixerunt, fecerunt. Eadem via adultior effugiet
errores exitiosos & aegre sanabiles, qui ex effreni
partium studio nati caliginem menti inducunt.
Proinde cum venerit in consuetudinem, verum
bonum ex alienis opinionibus & ex plausu non
aestimandi, haud quoque se regi patietur multitu-
dinis judicio, sed justum huic pretium ex veritate
statuet. Quare vocem Dei non concludet ex voce
populi, etiamsi haec, quod difficillimum est, pro-
bari possit, sed de voce populi ex voce Dei ju-
dicabit.

2) Adversus serpentem & nocentissimam erro-
rum publicorum contagionem muniet sese secutus
fa-

salutare Pythagorae (*a*) consilium, quod ex ejus disciplina haustum etiam Stoici commendarunt. Quippe quae quoque die acta sunt, ea sub illius finem recolet; mane autem disponet eorum, quae eo die aggredi & confidere secum constituit, modum & ordinem. Simul inquiret in eventuum recentissimorum causas, vel ut se emendet, vel ut in futurum prospiciens caveat sibi ab insidiis, & ab eorum, qui aberrant, auctoritate, utque salubria & firma se bene gerendi consilia capiat. Investiget suarum & alienarum actionum principia, num quod in his lateat vitium ratiocinationis. Scrutetur, quid bonis obftiterit, quid malis profuerit consilis, quibus viis ad destinata perficienda utantur mali homines, & ad quam pravitatis normam aetus suos dirigant. Praeter quotidianam sui speculationem pari studio longiorem eventuum suorum & alienorum epocham sibi indagandam proponat, atque in ea observet bonae mentis comoda, malae poenas, & haud obscura ptovidentiae divinae indicia. Hac via cavebit sibi ab erroribus moralibus novis, deponet inveteratos, prudentiam in vita regenda cum sapientia firmius coniunget, mentemque religionis luce & ardore corroboratam conservabit.

3) Fructum societatis in propaganda rerum utilium cognitione possum (§. 121.) carpet,

¶

(a) V. JAMBlichus de vita Pythagorae c. 29. Sententiam Philosophi exprimunt hi versus: non prius in dulcem declinet lumina somnum, quin ter cuncta prius reputaveris acta diei; quo praetergressus est quid factum in tempore? quid non? Deinde: e somno evigilans cum strata relinquis, dispone animo luce exponta futura.

si judicia aliena de factis singulis totaque vitae suae ratione , seu sint bona , seu maligna & falsa , non despiciat , sed ea opportune exquirat . Praeterquam enim , quod ut inquit **TACITUS** , *contemptu famae contemnuntur virtutes* , scire , quid quisque , qui *judicare possit* , de te sentiat , hanc utilitatem affert , ut per pensa eorum judiciorum veritate & origine aut corrigaris , aut in via recta tanto firmius perseveres . Hoc modo disces , nec fidere tibi nimis , nec diffidere , & clarius intelliges , quo usque te demittere ad alienas opiniones praejudicatas , vel eas verbis factisque aperte refellere , tibi ac societati vere prosit .

4) Verum ne quis iisdem judiciis , praefertim sibi faventibus , fallatur , eos simul consulat , qui non notis tantum , sed & ignotis prodeesse cupiunt , scriptores nempe , qui procul ab adulacione , ab invidia , a partium studio , vera naturae praecpta docent .

5) Habere amicum , & eo posse diu frui , donum divinum est . Huic errores vitae , in quos incideris , ingenue indicant si non auscultaveris , quem audies ? cui tunc , nisi illis , quas fentis , stultitiae tuae poenis credes ?

6) Si non sit in potestate nostra , effugere iniurias , (effugere autem , quantum ejus sine vero malo graviori fieri potest , jubet virtutis notio) etiam ex his commodum quaerendum est . Reprehensus ab obrectatore & adversario in se inquirat , utrum imbecillitatem sibi exprobamat vere deprehendat . Ignoscat ejus malitia ; gaudeat sagacitate hominum , qui ad sua errata certienda coeci , ad aliena pervestiganda lyncei corrigit , quem perdere velint , & in cuius necem

con-

conjurarunt, ejus, dum reprehensionibus corrigitur & emendatur, aut redditur cautor, amici sunt involuntarii.

§. CCXIX. Quemodo in prima aetate ingenium sit formandum, & in secunda muniendum adversus errores opinionum boni malique natum pervertentium, hactenus exposui. Restat, ut de modo: *indolem* (§. 79.) *virtutis amore & studio imbuendi*, seu de modo *voluntatem & libertatem mentis* in utraque aetate perficiendi discimus. Incipiemus ab aetate prima.

Facultas mentis se ipsam impellendi ad statum quendam sibi statum consequendum & efficiendum appellatur *woluntas*. Hujus *perfectio* est promptitudo inclinationum mentis ad statum, quem sibi proponit, jucundum adipiscendum consentiens cum regulis moralibus (§. 24.). Gradus illius perfectionis constat tum ex veritate judiciorum de bono & malo, tum ex praestantia & celeri efficacia momentorum, seu elaterum, inclinaciones mentis ipsis judiciis convenientes efficiens.

Verum multa incident negotia, quorum consecrationes nonnisi post aliquod temporis intervallo eventurae, aut a conditionibus quibusdam hanc certe prospiciendis suspensae, non celerem mentis inclinationem, sed deliberatam, mature perpensa loci & temporis circumstantia, postulant. Sie tunc cor male erit promptum ad sequendam regulam veram: *misericors esto*. At quae misericordia sit opportuna, proinde vera, quaeve opinata, & in *laetam beatitudinem* (§. 133.) exitiose excedat, in quibusdam factis obviis non statim appetitum, sed demum, cum sustinetur im-

T. petus

petus animi, donec ratio effectibus misericordiae aut severitatis consideratis, quid sit agendum, ponderaverit. Quo munere ut haec in quibusvis similibus negotiis fungi possit, natura voluntati adjunxit libertatem, (significatione stricta, §. 50.) seu facultatem mentis suspendendi inclinationem voluntatis suae, donec decretorum faciendorum consequentia perpenderit. Uli ratio, ita & libertas crescit cum aetate.

Perfectio libertatis est ejus consensus cum fine, propter quem menti tributa est. Gradus ejus perfectionis constat ex celeritate, qua mens cohibet impetus suos, & ex firmitate intentionis cogitationum in videnda & ponderanda effecta actionis, de qua deliberat.

Eadem fere sunt adjumenta libertatis perficiendae, quae voluntatis. Ad hanc perficiendam necesse est, ut menti ad aliquid agendum processus celeriter praesens sit notio clara & efficax boni & mali, seu tantummodo intra se, seu & extra se, actionem consecuturi.

Efficacem voco, quae subnascentem ideam ei contrariam luce sua in noctem statim agit, mentemque confestim ad decernendum impellit. Ars educatoris in eo posita est, ut 1) id genus notiones menti infigat, quae in eam, cum agendum est, celeriter irrumptant, vimque inclinationis statim efficiendae habeant; 2) ut quae talium notionum efficaciae obstant, ea tempestive removeat.

Incutiantur menti praecepta, quorum in omni vitae parte sine exceptione est utilis & manifesta applicatio ad id, quod agendum occurrit. Qualia sunt haec: reverere Deum, ejusque bonitatem, sapientiam, justitiam perpetuo cogita; malignitatem fuge; care in opibus alisque commodis externis

*nis summum bonum ponas, & in eorum privatione miseriam ; semper in oculis habe, esse vitii in via-
tio, sceleris in scelere, supplicium & poenam pec-
cantium acerbissimam, peccasse.*

Mens his principiis imbuta magnam eorum vim sentiet in secunda aetate : e. c. cum in contemtores religionis inciderit, ab eorum veneno abhorrebit. Nec facile cujusquam infelicitate, ne quidem inimicissimi, gaudebit &c.

§. CCXX. Ad submovenda ea, quae majorem voluntatis & libertatis imbecillitatem gignunt, multum faciet notitia *temperamenti nativi*, quo praeditus est impubes, tum & quid *curatione corporis*, aut regenda consuetudine vivendi, quid mutatione loci, ratiocinatione &c. effici possit, ut ejus mens neque ad *propensiones dominantes*, neque ad certa affectuum crebro prorumpentium genera propendeat. Observanda & frangenda sunt elementa vitiorum. Sero medicina paratur.

Regendi propterea sunt *instinctus*, quos suo loco enumeravimus, ut non imperent rationi, sed ad ejus conclusa exequenda voluntatem propellendo conspirent. Viameos regendi natura aperuit. Alios enim aliis idcirco opposuit (§. 51.). Rem aliquot speciminibus illustrabimus.

Sic infantes naturali quodam impulsu quaerunt *occupationum varietatem*; laborem fugiunt (§. 62.) Si indulseris, in aetate secunda res non nisi jussi, necessitate constricti, & acrius impulsi agent, ad quosvis labores, qui assiduitatem exigunt, segnes erunt, vel *Ardelionum* instar multum agendo nihil agent, suscipient omnia extra illud, quod fieri oportebat. Quare mihi haud probabilis videtur ratio *ditiores & potentiores* edu-

T. □

can-

candi, ut, quasi ad ludum jocumque homo factus esset, statas exercitationum corporis vices non intermittent, menti autem excolendae, non nisi cum volupe est, vacent, & quandiu placet.

Quis plerumque est fructus ejus institutionis? Difficultas paene insuperabilis intentionem cogitationum statim temporibus desigendi in certa negotiorum publicorum genera, & ea, quae in utramque partem disputantur, intenta placidaque mente audiendi, meditandi, nec nisi rebus, in quibus versari debent, confectis ad alias, aut ad recreaciones, transgrediendi.

Ad curam & voluptates corporis natura infantes manudicit. Hunc stimulum non subigi, sed regi oportet. Valetudinis prima cura erit, ut animus valere possit. Ea comparabitur quiete motuque tempestivo & moderato, potu ac cibo suavi & ad concoquendum facili, non autem eo, quem variis rebus artificiose mixtum & aromatibus corruptum primo gratum fecit imitatio, mox adsuetatio necessarium. Recreaciones eliganetur, quibus, dum corpus confirmatur, etiam cognitio quaedam utilis comparatur animo, & vires, quibus puer olim opus habebit in functione munieris sui, paulatim perficiuntur.

Ne impuberes exercitationibus corporis & illis, quae sensus suaviter afficiunt, in prima aetate adfueti vitam putent non esse beatam, nisi omni voluptatum varietate confertam: quaedam illis prudenter subducantur, ut doloribus non molliter ferebundis adsuetati artem in his quoque se erigendi, & eorum metu aut impatientia rectam semitam non deserendi, sibi familiarem reddant. Huc spectat durus labor illis quandoque injungendus. Discant mature, naturam per dolores hominem ad volupt-

kuptates ducere, vicium vero per voluptates ad dolores.

Ubi tristia evenerint, his opportune utetur educator, ut, quam sint necessaria patientiae praecepta, doloris inopinati intolerantem convincat, eique, quale pretium bonorum caducorum sit justum, ostendat.

Ingenitum honoris stimulum nimis acrem temperet, debiliorem, quam par est, excitet, & ad veram laudem concupiscendam dirigat, ut sentiat discipulus, quantum distet, peritia & virtute, an solo genere & opibus commenderis.

Instinctus *observandi* & *imitandi* (§. 98.) in mentibus generosis pariē aemulationem, hujus improsper successus in debilioribus obtrectionem (seu *Zelotypiam*) & invidiam (§. 135.) Sedula observetur initium ejus vitii, quoniam adulatum aegre sanatur. Infans eo infectus tempestive removeatur ab eo continue videndo, quem, quod cum eo paria aut majora facere non possit, minus dote aliqua valere velit, & cuius praestantiae propterea *invidet*. Doceatur, felicitati saepe nocere comparationem status nostri cum alieno; illum per se considerari debere; vires quaerendas esse, quas possimus; harum compotes factos semper habere, quod gaudius. Discat, ad tranquillitatem praecipue facere, nullam mente invidiam *concipere*, nullam cuiquam *confare*, nullam imprudenter *contrahere*, inevitabilem posse pati (a).

§. CCXXI.

(a) Ad quosvis homines conspicuos convenit illud
SENECAE in *Hercul. fur.* v. 373. *Ars prima regni, posse invidiam pati.*

§. CCXI. In regendo libertatis stimulo (§. 142.) providum esse oportet magistrum vitae, ne illo nimis frenando mens vel humilitati & ignaviae vel pervicaciae adsuescat, neve illi nimis indulgendo fiat insolens, morae aut dissensus cajusvis impatiens, intra&telligentia. Ferox ad non parendum animus, cum primum potest, dominari incipit. Qui adsuescant nolle, quod alii velint, illi aegerrime ferunt, alios velle, quod nolunt. (§. 143.)

Caveant educatores, ne dissensus tardique obsequii nimium impatientes imperio potius, quam persuasione & placido alloquio utantur. Qua morositate duplarem alumnis suis acerbitatem affrunt, alteram ex re, quae jubetur, alteram ex iussu. Repudiata severitate silentii illius Pythagoraei non reprehendendi sunt, cum rationem regularum, quarum utilitatem non perspiciunt, cum significacione suae in magistro fiduciae sciscitantur, sed simul dedocendi, obnitendi animo quaere cavillationes & effugia. Haec enim consuetudo si adoleverit, in medullas penetrabit quedam disputandi & altercandi scabies, quam vocant spiritum contradictionis, in omni vitae privatae publicaque parte nocentissima. (§. 145.) Adsuefacienda est mens impuberum, etiam ea imperia ferre & exequi, quae non sine causa improbet, aut quorum commoda ignoret; quoniam nisi id genus obsequii civis didicerit, societas civilis prospere administrari nequit.

Perciti libertatis stimulo impuberes saepe id, quod volunt, vehementer volunt, & negantibus succensent ac vim faciunt. Quae consuetudo ne ingruat, multa primae aetati neganda sunt, ut optatorum & consillorum suorum exitus casu aut ad-

adversante aliorum voluntate impediti, toleranter ferre adsuescant.

Haç via pluribus in societate malis occurretur, veluti invidiae recta consilia, quoniam ab aliis profecta sunt, rejicienti, ultiōni ex injuria opinata nascenti, quod cupita non sis affecutus, quodque leges accipere cogaris, quas dare malis, & obviam isipotest provenientibus ex eadem causa murmurationibus querulis, factionibus, seditionibus.

Simili modo educator caeteros quoque instinctus regat; ne transeunt c. c. joci in dicacitatem, collusorum concertationes in petulantiam, haec in malignitatem, neve defensio in ultiōnis cupiditatem, in primis lentam & studiose occultatam, vel prorsus in crudelitatem, ne reverentia erga superiores in metum, metus in versutiam fronte, verbis, factis, eos fallentem degenerent.

§. CCXXII. Voluntatis & libertatis perficiendae firmus adjutor est *pudor* (§. 104.) & *sensus moralis*. (§. 45.) Illum confirmet, exerceat, & sic adhibeat educator, ut is, quem curatione sua complectitur, vere turpia quaeque aversetur, ea vero, quae fieri oportet, spretis hominum male sentientium judiciis, magni facere non vereatur.

Sensus moralis continetur sub sensu mentis interno, cuius (§. 216.) meminimus. Est vis mentis cum caeteris ejus viribus intime devincta, qua illa (ut ostendimus §. 45. seqq.) se trahi sentit ad quorundam factorum moralium deformitatem & pulchritudinem, seu dissensum aut consensum cum natura, celeriter intuendum, & ad illius fastidium, hujus suavem comprobationem. In eo sensu duae celerrime se excipientes mentis agitationes insunt, altera lucis cuiusdam plenaeque per-

T 4 sua-

suationis, factum aliquod esse pulchrum aut foedum, naturaeque consentaneum aut dissidenteum, altera taedii cuiusdam aut suavitatis ex eo conspectu nascentis. Non quaevis facta sub hunc sensum proxime cadunt; velati sunt ea, quorum pravitas aut bonitas demum ex longa effectuum aliorum alias consequentium serie agnoscitur, (*falsa complicata*) & in quibus ad cernendum id, quod rectum pravumve est, valde ac diu intenta mentis acie opus est. Vis ejus in illis factis sicut cernitur, quorum consensus aut dissensus cum primis regularum moralium staminibus ex effectu eorum proximo est conspicuus. Quippe eorundem staminum veritatem non demum post demonstrationem rigidam mens percipit; sed perinde eam sentit, ac convicta sensu interno sine demonstratione agnoscit principium *contradictionis*, ut vulgo vocatur quo omnis veri intelligentia nascitur.

Sensus moralis prius in mente prodit, quam vis ratiocinandi, hoc est, antequam haec via maturuerit, ut mens in ratiociniis distinde perspiciat veritatem *propositionis* & *assumptionis*, ac vinculum, quo utraque cum *conclusione* continetur. Atque illum sensum omnium communem esse patet, quod in tanta educationis ratiocinia corruptientis varierate diversus non est aut mutabilis. Ac quamquam falsis judiciis & ratiocinationibus, & ex his nata male agendi confuetudine, supprimi potest, ut ejus vis non semper appareat; tamen his causis detractis reddit. Id declarat exemplum *conscientiae*, quae somno aliquamdiu opprimitur. Haec enim re vera est sensus moralis hominis ad suas ipsius actiones relatus.

Est ille sensus in omni aetate perutilis, praecipue in hebetiorum mente, in qua pro ra-

tocinio difficiili valet. Impuberes *praecipue erigit*, ut vim *praeceptorum moralium* facilius *capiant*. Etiam infans conspecto facto, in quo manifesta apparet malignitas infantis *ingrati*, huic, licet sibi ignoto, succensabit, & rationem ejus aversationis nullam reddet, nisi hanc, sentire fese indignitatem facti & foeditatem facientis. Hunc itaque sensum, lucis illius regulae naturalium specialium, qua illustrata mens convincitur, quasi fundatorem, educator crebris speciminibus excitet. V. c. opportune impellat impuberem, ut sublevet calamitosos, aut ut sua cum aliis gaudia ultro communicet. Quo facto roget eum, ut observet fontem voluptatis, quem in se ipso aperuerit benignitate sua, & pro hujus mensura crescentis quasi gradationem voluptatis. Tunc animadvertis, voluptatem se capere minimam, cum aegre ac, ne durus haberetur, paene invitus, majorem, cum rogatus, maximam, cum ultro ac praeter expectationem, beneficium cuiquam verum & magnum contulerit.

Tandem si tanta est vis dulcedinis, quam male agendi consuetudo parit, ut eam a teneris quascumque aegre repudient senes; educatoris est, mentem in alteram partem deflectere, & laborare, ut firmetur & augeatur *praecipue juvenum*, qui haud procul a secunda aetate absunt, proclivitas ad voluptates capiendas ex cogitatione praestantiae, quae in factis bonis inest, & eorum convenientiae cum voluntate Dei, seu (quibus verbis de *Germanorum religione* utitur *TACITUS (a)*) ejus secreti, quod sola reverentia videmus.

s. CCXXI.

(a) *De moribus Germ.* c. 71

T 5

§. CCXXXIII: In secunda aetate, postquam adultiores in suam tutelam venerunt, primam eorum curam esse oportet progressionem ad virtutem, sicut firmum fundamentum felicitatis. Est autem eorum, qui in publicum prodeunt, duplex genus alterum vitiosum, aut non quidem vitiis dominantibus inquinatum, at nullo tamen virtutis studio & ardore initiatum, alterum eorum, in quibus, prout prima aetas tulit, virtutis cognitio, amor, efficientia valere coeperunt. Priores necesse est quosvis mentis suae nervos contendere, ut intelligentiam errorum suos ac deponant, tum ut videant necessitatem impulsuum, qui non a solis vulgaribus, sed & a nobilioribus momentis nascuntur, utque haec cum certis ac veris recte agendi principiis mente statim subeant, cum agendum est. De qua praesentissima eorum principiorum efficacitate assequenda ita disputavimus, (§. 77. seqq. 219. seqq.) ut appareat, quid sentiendum sit de quaestione vulgata, utrum emendationem ab intellectu, an a voluntate, incipere oporteat.

Investigatae submoveantur, quoad ejus fieri potest, causae infirmitatis virium mentis arctissime inter se cohaerentium. Qua re fiet, ut in ea robur, quod in virtute ineft, (§. 199.) paulatim adolescat.

§. CCXXIV. Viam ab hac quodammodo diverse rsum adultiores ingrediantur necesse est, quorum mentes sensus ille suavis per se nascens ex conscientia recte factorum, eorumque cum voluntate divina congruentium, etiam sine commodis externis quaesitis aut oblatis, impellere coepit. Illi primis praecipue annis, quibus se ipsos regere incipiunt, omnem aciem suam intendere debent, primo ut scopulos (§. 217.) in-

indicatos vitent in fluctibus negotiorum, ad quae agenda transierunt, ne rapiantur procellis, quibus insidiosa & contagiosa societas jactatur; deinde, ut mentem in virtutis amore & ardore crebris experimentis, iisque opportunitate data difficultioribus, confirment. Utrique studio inserviet consilium, quod (§. 218.) dedimus, ut quisque sit quotidianus *speculator sui*. Hoc enim modo fiet quoque *censor sui* rigidus ac perpetuus. Sapientis non est, ut EPICURUS aliique Philosophi veteres tradiderunt, fugere negotia & munera publica, vel congressus hominum celebres, ne illis, quorum maxima pars corrupta est, mixtus in eosdem morbos incidat. Secessus quaeratur; alternent solitudo & frequentia, ut rerum occurrentium mole & vitiorum observatorum multitudine obrutus se colligat animus, sibique soli aliquamdiu vacet. Sed non est refugiendum stadium, in quo possis labore, rerum gerendarum scientia, probitate, non tibi tantum, sed permultis esse utilis, & muniendum simul peccus adversus dulces Sirenum cantus, ne a recta via avoceris. (§. 215, 216.) *Bonus* est, non qui ob metum aut virium imbecillitatem peccare haud ausit vel non possit, sed qui nolit.

In quotidiana illa sui exploratione infirmitatem voluntatis & libertatis ejusque causas investigari oportet; num vi temperamenti celeriores, quam par est, motus mens capiat? an lente decernat, quod celeriter conficiendum erat? num perculsa subito aliorum hominum impetu in sua potestate esse desinat, quoniam ad inexpectatos incursum non satis praeparata sit & obfirmata? num languor in recto sequendo stimulis huic valde obliquantibus & quaedam bene agendi inertia inoleverit?

Ne

Ne mens sibi purior, quam est, visa se ipsam illudat, id interiores recessus suos saepe perscrutetur, & momenta, quibus incitatur, occultiora eruat. Num v. c. laudes bene merentes, ut ipsis laudibus extollar? num quid odii & ultiōis insit in actibus, quibus defensionem necessariam & legum reverentiam praetexis? num magis incalescas incommodorum externorum errata consequentium metu, an suavitate eos omnes, qui viam rectam tenent, comitante? Num & per ingratos societati profuisse gaudeas? inimicis salva defensione necessaria ingenue ignoscas? diem, quo nullius boni in alios, cum posses, collati tibi sit conscius, te perdidisse doleas?

Est & hoc subsidium alacritatis comparandae in vero bono eligendo, ut societatem facias cum bonis, qui viam vitae vere beatae non deserere pari ardore cupiunt. Conjuncti nobilissimo studio certent sibi rationes actorum reddere, monita alterna audire, specimina bonae mentis suae referre, & sic se mutuo ad virtutem accendere (*a*).

Ex his, quae hactenus disputavimus, apparet, qui fiat, ut aliis processus in virtute sit facilior, aliis tam arduus, ut eum paene inter res, quae fieri non possunt, referre non dubitent. Praeter causas perfectionem voluntatis & libertatis impedientes & evertentes, quas supra indicavimus, praecipue id tribuendum est intermissioni exercitationis strenuae plenis quasi haustibus capienti voluptatem, quam intuens in *praestantiam recti internam* animus & simul cogitans, quantum sit, e voluntate Dei vivere, necessario sentit. V-

let

(*a*) De Brachmanum instituto v. egregium locum
APULEJI floridor. lib. I. initio.

let de his momentis, quod de causa, cur idem labora imperatori sitilevis, qui militi gravis, dixit XENOPHON; ipse honori laborem imperatorum faciat. Seviorem.

¶ CCXXV. Praeter ea, quae exposuimus mentis virtute conformandae subsidia, aliae exercitationes a veteribus quibusdam sapientiae magistris comprehendantur; veluti a PYTHAGORA, PLATONE, ab INDO RUM Philosophis (a), ab & ENTHUSIASMI FAUTORIBUS (b). Pars eorum subsidiorum superstitionem, aut phantasiae commenta, manifeste indicat; pars quedam tantum vita oppugnat dicam? an expugnat; pars ad quosdam solummodo bonos animi habitus acquirendos tendit, sed universa & singula ad concentum illum actionum omnium, sine quo virtutis notio disperit, efficiendum parum momenti habent. Eo in numero est Musica, quam ex modis & cantu compositam, prout sonorum gradus intendantur aut remittantur, ad mentem sedandam, exhilarandam, nobili audacia accendendam, consolandam, moestiam ei inferendam, multum valere, veteres ar-

(a) V. de Gymnosophistis STRABO Geogr. lib. XV. De eorum more ab ortu solis ad occasum peritandi contuentes solem tynokjibus oculis, ac ferventibus arenis, toto die alternis pedibus insistendi v. PLIN. Hist. Nat. VII, 2. Eos in globo igneo rimari, secreta quoedam studuisse tradit SOLINUS c. 52. Mirum est, sed vix credibile, quod de SOCRATE refert GELLIUS N. A. II, 1. eum stare solitum pertinaci statu perdium ac pernoctem a summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconvenientem, immobilem, iisdem investigatis, & ore atque oculis in eundem locum directis cogitatandum.

(b) V. LOCKE de intellectu humano lib. 4. c. 19.

bitabantur. (a) PYTHAGORAS eam praesertim vesperi tractandam commendavit; SOCRATES senex didicit. PLATO, in ea arte praestans, ad feritatem compescendam, a *Gymnasticis* exercitationibus natam, in republica magni esse usus, ARISTOTELES virtutis cultui *valde* prodesse, censuerunt. Graecia universa eam inter artes morum bonorum conservandorum & incitandorum, ac quosdam sensus civibus dignos alendos & concitandos retulit. Et Dorias quidem modos ad fortes & vehementes impetus incitare animum existimatum fuit, Phrygios ad magnos & nobiles mores extollere, Jonios ad eum effeminandum pertinere, creditum fuit, atque hi luxu ingruente cum in privatorum circulis plurimi fieri coepissent, ad mores corrumpendos statumque reipublicae pervertendum, uti praedixerant severiores philosophi, post Periclis tempora haud parum valuerunt. Quantum vis Poëeos & Musicae conjuncta possit in fortitudine etiam populorum

(a) V. STRABO Geogr. lib. X. p. 468. JAMBICUS in vita Pythagorae c. 25. PLATO de rep. lib. 3. ARISTOTELES polit. VIII, 5. AELIANUS XIV, 43. EPICURUM nonnulli a musicis libidinem incitantibus aversos esse discipline suae alumnos voluisse, tradit. GASSENDUS de vita Epicuri VIII, 2. Pythagoras lyrae usum commendabat, tibiae vetabat. In CICERONIS fragm. legitur, cum vinolenti adolescentes tibiarum etiam cantu, ut sit, instincti multies pudicae foret frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur; quod cum illa fecisset, tarditate modorum & gravitate cantos illorum furentem petulantiam redisse.

incultorum inflammenda, usitati apud veteres Germanos *Barditus* docent (*b*).

Verum quanquam modorum, vocumque concentus quaedam in mente momenta bona nutrire & inflammare, atque eam a quibusdam malis consiliis repente abducere possit, tamen ad stabilem illam mentis affectionem & suavissimam cogitationum atque actionum harmoniam efficiendam, quam *natio virtutis* requirit, parum valet.

§. CCXXVI. Quae nos quidem ex natura animae collegimus sive praesidia virtutis, sive ejus comparandae incitamenta & adjumenta, illa non exclusit, sed novis superadditis corroboravit ea religio *revelata*, quae maxime confirmat, cursum vitae beatas morte non terminari, & de aeternitate id, quod *forsitan* sic se habere philosophia tradit, *certum esse* docet. Haec religio ostendit supremum virtutis gradum, ad quem homo contendere debeat, qui se vere amet. Eiusdem virtutis unicum, quod unquam fuit, exemplar perfectissimum ante cuiusque oculos constituit. Viam vitae beatissimae monstratura quemvis ad intimum sui ipsius notitiam deducit. Interiores animi recessus, quibusvis sublati integumentis, percontata aperit simulacra virtutis, & vulnera conscientiae infligit ac sanat. (§. 182.).

(*b*) *TACITUS de M. G. c. 3.*

PARS II.

*Notionem legum naturalium, & modum
eas ad facta applicandi exponit.*

SECTIO I.

*Obligationis & legum naturalium definitio, origo,
perfectio, partitiones.*

De definitione & divisione obligationis & legum naturalium. CCXXVII.

Ea est natura intellectus humani, ut a singularibus idem ad colligendam ex his universalibus, & ab harum cognitione ad distincte perspiciem tam veritatem (sive propositionem) universalium, aliam ex aliis hexarum, seriem gradatim ascendamus. Nos quidem in explicando vita feliciter & sicut pascimus tandem tenere ordinem studiumpas, quem natura magistra optima, servat in modo, quo & pervenire homines ad cognitionem regularum bene vivendi, & per eam felicitatis amplioris procedentes aetate gradatim participes fiunt. His, ut speciemus, in apri positis, superest series conclusionum, quas, ut ajunt, *a priori*, id est, ex ipsa definitionum ac principiorum supra traditorum natura, demonstrari oportet. Hae nunc lucidiorem habebunt explicatum. Re intellecta facilius verba declarari poterunt, quibus utuntur philosophi, ut notio-

tiones distinctas propriis vocabulis expressas ad versus confusioneum cum aliis notionibus similibus quasi sepiant, utque accurate ac prese loquendo rectius intelligantur, denique ut multa paucis terminis efferaunt. Habet haec ratio docendi hanc quoque utilitatem, ut obseruat itinere ad felicitatem, quod natura fecit ac monstravit, faciliter perspiciat etiam virgo notionum abstractarum, quae regulis, quas Philosophi tradunt, moralibus continetur, tum *veritas definitio*, tum naturalis ordo *partitionis*, in quas ab iisdem philosophis naturam sequentibus & patescentibus, varia vitae sapienter instituendae munia dividuntur.

¶ Praeterea ratio *analytica* disciplinam motum tradendū plus valet ad voluntatem flectendam, quam *sola synthetica*. Haec est planior & celeris ingenio aptior, quoniam, quae sub sensu extenos & amendoq; addant, et observata, collecta, in ordinem naturalē redacta ita exhibet, ut eorum ueritatem in se ipso quisque comprehendat. Haec quia radicatione, magnam mentis intentionem & actionem exigente, efficit, non aequa est comoda omnibus, & saepe maiorem verborum, quam rerum, notitiam gignit.

Hoc stadium postremum nunc ingratiū initium disferendi faciemus ab origine & veritate earum definitionum & divisionum explicanda, quae in doctrina de arte sapienter ac jucundè vivendi, & de jure, quo inter se ex naturae voluntate uentunt homines, fundamenti loco pōnuntur:

§. CCXXVIII. Una ad felicitatem via patet, quam deserere integrum homini est, non autem mutare. (§. 22.) Seu eam teneat, seu ab ea deflectat, effectus aut boni aut mali alterutram vivendi rationem sequuntur certi, iisque divini-

tus ordinati, proinde necessarii. Idem quoniam ad ordinem naturae sapientissime constitutum pertinent, et ac solis viribus divinis, non autem humanis, ab actione separari possunt, appellari possunt physicae necessariae. Sub his continentur etiam illi, quae son (6. 39.) appellantur aduentior, propria ea, quod non omni per viribus agentibus, sed partim a causis extra eum positis, plus autem minus ad eos gignendos conferentibus, pendent. Sic ratio laudis, qua factum egregium celebratur, parum in hoc est, partim in aliorum mentes in illud sine malignitate considerandus intentus, quo si desit mentis intentio, laus absent. Sed solus eius facti effectus necessarius sequitur, contempsus in ipso animus. At posita illa animai intentione hæc datio ejus facti, taliter tacita, ex physica necessaria.

Pone, velle hominem loquacem ex eo, quod agat effectus existant cum felicitate sua connexi. Cum ut diximus, hi effectus non sint in ejus potestate, sed physicae necessariae nihil ei relinquuntur, nisi ut ad normam agatur, quam natura effectus unicam, quia non aliter, quam sicut eam sequitur, effectus boni expessi sunt possibiles. Itaque necessarium, aut hos non extiteret, aut esse requirat, ei normae convenienter agere. Necessitas actiones liberas ad certam normam parvae consentaneam dirigendi, ut cum felicitate agentis consentiant, appellatur *moralis*. Haec itaque est pars ordinis rerum naturalium, immutabilis, quem Deus constituit. *Moralis* dicitur, quoniam ad actiones liberas (ex quibus repetitis nascuntur mores), adstringitur, proinde a necessitate *physica*, proprio vocabulo distinguenda est. Nam contra hanc aliquid conari.

vites humanas superat; morali autem necessitati repugnare, in potentiae hominis est. Igitur moraliter necessarium id dicitur; cui si quis aliquid contrarium elegerit, fieri non potest, ut statum quendam consequatur verae voluptatis compotem, hoc est, felicitati suae summandae aut augendae contentanetum. Verbo, est unicum, quod inter ea, quae homini eligenda occurunt, sine detrimento felicitatis eligi potest.

§. CCXXIX. Cum necessitas moralis sit unicus modus possibilis efficiendi, quod quis felicitati suae conveniens assequi velit: (§. 228.) patet 1) nullam necessitatem moralem tribui posse aliis naturis, quam intelligentibus; 2) eam non convenire earum actionibus naturalibus, sed liberis. 3) Non pugnat ea cum libertate electionis inter duo opposita. Atque 4) hoc modo differt a necessitate physica. Haec enim, ut diximus, non inest nisi in vinculo indissolubili, quo actio quaeque cum effectibus suis contingetur, & in natura entis cuiusque intelligentis finiti, ac praecipue natprae humanae, cuius vires certis terminis descriptae non magis patientur post antegressam status futuri perspicientiam hanc inclinari ad eum, qui meht melior videtur. (§. 239.) quam ab actione cognata & consummata dirimere ejus consecutio-

Perspicuum ex his ost. 5), quamvis necessitatem moralem hominis esse conditionalem, nempe si velit statum vere, jucundum, suis fibi viribus & actionibus comparare, certa via & ratione agendum esse, quam natura monstravit.

Hic consequens est, non posse eam necessitatem

cuiquam enti tribui, nisi intelligenti, in quod cadat *sapientia*. Sapiens enim in futurum prospiciens id, quod sibi expedendum & quaerendum proponit, bonum cum *Supremo fine suo* confert & eligit, postquam filius cum hoc convenientiam cognovit. Necessestas moralis est id ipsum vinculum, quod actioni cuiquam cum supremo agentis fine, seu felicitate, intercedit. Igitur qui hanc necessitatem non sequitur, sed ei praefert libertatem stultiae, is cum semet ipso pugnat, proinde sapiens dici nequit (§. 174.)

¶ C. CCXXX. Si quis ea conditione esse potest, ut, dum ad agendum procedit, necessitatem moralem hoc, & non aliud, agenti intercedatur, obligari dicitur. Est itaque obligatio (clariori intellectu, sub qua id, quod J. C. definiunt, obligationis genitus continetur) *necessitas moralis certa ratione agendi, cuius elate cognoscendae facultatem habet, qui agit*.

Ex hac definitione efficitur, 1) ut obligationis notio indicet actionem, sive suscipiendam, sive omittendam, cum agentis felicitate connexam. 2) Hunc oportet habere vires ejus vinculi, quod inter eos actionem & felicitatem intercedit, clare cognoscendi, proinde ea, si velit, conditione esse posse, ut nonnisi praegressa ejus vinculi consideratione agat. Qualis non est status infantis in cunis, mente capti, aut ejus, qui instar machinae ad agendum vi externa impellitur. 3) Manet tamen obligatio, et si is, qui agit, sua culpa in eam conditionem delatus sit, ut rapiatur ad id agendum coeco impetu, quod natura vetat, quoniam actio nihilominus est libera.

4) A -

4) Actio, cuius, quod omitti fine felicitatis nostrae diminutione haud potest, necessitate obligari dicimur, semper est rationi conveniens (*rationalis*). Haec locutio usitata habet duplificem sententiam. *Rationale* appellatur tum quicquid vi rationis (§. 50.) verum aut falsum, bonum aut malum, esse cognosci potest, tum quod est consentaneum ratiociniis veris & probatis. Igitur si adhibita contentione virium rationis nobis patent *principia vera* de eo, quod cum felicitate nostra consentit aut pugnat, sique in actione quadam nobis proposita videamus hujus copulationem cum illis principiis; certa est conclusio, eidem actioni inesse obligationem. Haec itaque & intelligitur ope rationis, & cum ratione, hoc est, cum ratiociniis veris, conspirare recte dicitur.

§. CCXXXI. Planum porro est ex definitione obligationis (§. 225.), eam proprie non esse, nisi internam. Nam quae externa dicitur, ea tantum ab interna differt commemoratione originis eorum effectuum, qui vel singuli vel cum aliis conjuncti eam in mente persuationem efficiunt, ut se obligari non dubitet. Scilicet externa appellatur obligatio, quae oritur a commodis & incommodis actionis cujusdam liberae, in quantum illa non ex statu interno agentis, neque ex ejus necessitudine cum quibusvis rebus extra eum positis, existunt, sed unius aut plurium entium intelligentium viribus & voluntate eidem actioni adjunguntur. Quales v. c. in societatibus pecularibus sunt honores, potestates, imperia, vexationes, injuria, poenae.

Verum haec talia consequentia non moverent

V. 3. men-

mentem, ut se esse obligatam persuasum haberet, nisi in ea inesset vis quaedam natura ea tanquam a se non facienda reprobandi, quae cum felicitate sua pugnare cernit, unde cunque ea pugna ostiatur. Idcirco natura provida non satis habuit, menti tribuere facultatem tantae ex ratione de bono & malo lucis capienda, ut sit convicta, aliquid esse bonum & malum, sed præterea impressit menti *sensum* quendam *obligationis*, qui sub *sensu moralis* (§. 222) continetur. Ise enim, qui ingenitus profitetur, se id videre, quod se fieri conveniat, aut non conveniat, quid eo temporis puncto se sentire profitetur? Sentiens metum opprobrii taciti, quod sibi ipsi facturus sit sentire sollicitudinem, ne factum obligationi contrarium sensus poenitendi acerbus & inevitabilis subsequatur? Atque si post facinus malum intra se descendit, sentient amaritudinem opprobrii, quo se tunc ipsum torquet, aliter se agere potuisse & debuisse? sentient aculeos aegritudinis ex poentia prorumpentis?

Ex dictis superioribus etiam hoc concludi posse videtur, obligationem ratione habita originis eorum, quae actionem consequuntur, aut modi, quo ea consequentia cognoscuntur, posse in naturalem & eam, quae naturalis non est, dividi. Quod si vero essentiam obligationis introspicias, omnis est naturalis, & ea quaque, quae ab imperante legitime constituta est, extremo ad naturalem reddit. Tolle veritatem regulæ: stude felicitati: tolle hujus sensum, tolle vim occultam, qua ad hanc trahimur, tolles persuasionem, nos obligatos esse, ut ad normam constitutam nos accommodemus.

§. CCXXXII. Ex notione obligationis, quam ap-

aperuiamus, praeterea intelligitur, eam esse *unitam*, & opponi cuivis actioni hoc modo, ut, quicquid ei aduersetur, illud fugiamus. Proinde obligatio nunquam potest alia alii opponi, aut propri dici, aliam alias viaci. Sic v. c. obligatio opes tuendis non credit obligationi vitam conservandi, cum haec a latrone in periculum adducitur, sed prior non est appellanda obligatio, nisi quatenus opum custodia non est impedimentum vitae conservandae & cum majori voluptatum nostrarum & alienarum cumulo degendae. Partitio obligationis in *majorem* & *minorem* potius pertinet ad multitudinem, magnitudinem, instabilitatem bonorum & malorum cum actione aliqua connexorum, & magis minusve possibilem hujus nexus perspicientiam, proinde ad efficiendam huic perspicientiae partem virium contentionem in ea actione decernenda & consummandam. Hoc sensu obligatio gradus habet. Si unus tantum effectus bonus ex actione aliqua cum regulis congruente nascens consideretur, si *unus* vocari potest obligatio: si plures, *compositam* dicemus. Atque adeo magnitudo obligationis cognosci potest ex gradu bonorum & malorum actionem aliquam consequentium, quorum ex complexu constat necessitas moralis, & ex quantitate virium possibili cognoescendi eum gradum ac, cum agendum est, perpendendi. Actio homi his libera, quatenus consideratur tanquam conjuncta cum obligatione, appellatur *officium* (a). Verum est officium, cuius impletus efficitur, ut actione bona fieri possit.

(a) CICERO, *de fin.* III, 17. *esse officium ejus generis, quod nec in bonis ponatur, nec in contraria.* Definitio item tamen, quae proprius ad obligationis definitionem accedit, superiori subjicit his verbis, *quod ratione adumbras, officium appellamus.* Add. *de Offic.* I, 3.

Etus necessarius (§. 33.) est ad eftionem boni (§. 100.). Actio regulis moralibus, seu officio, consentanea dicitur bona; ei contraria vocatur mala, vicioſa, peccatum.

§. CCXXXIII. His explicatis progredimur ad disputationem, quam praetermittit, non petimus, quoniam multorum scriptis celebratur, & rei, quam tractamus, ubi eius declarandae nobis locum dabit. Nempe quaesitum est, num sit vicioſa, quam explicavimus, obligationis definitio, quod nullam faciat mentionem legislatoris?

Legis inventor, lator, suasor, scriptor, differt ab eo, qui legem jussit, hoc est, obligationem, qua alii tenentur, constituit. Hic tamen vulgo legislator dicitur, hoc est, legitimus constitutor regularum moralium, quas promulgavit, atque auctor effectuum bonorum & malorum eas aut observatas aut neglectas sequentium. Legitimum voco effectorem normae, qua definienda is non laeditur, cui statuit & annuntiatur. Hujus potestatis legem aliquam jubendi & flaciendi duplex esse fundamentum, (§. 237.) trademus. Is qui tali jubendi potestate utitur, eum, qui normam quandam agendi prescribit, obligare dicitur, Prescriptio illa nullum haberet exitum, nisi contineret promulgationem. Quae est actus, quo sit, ut normae prescriptae illi, quos obligat, claram cognitionem habere possint.

Talis itaque legislator efficit necessitatem moralium sine eorum, quos illa adstringit, querela probabili de felicitate sua impedita aut diminuta, quoniam quicquid prescribit, illud ad eorum, qui iussi faciunt, utilitatem pertinet. Ex quo facile pergit, quemadmodum discrepet a domino, qui jubet, quod sua, non quod obedientium, intereat.

& ab eo, qui praecepit sive salubria sive damnoſa invitis violenter obtrudit, quemadmodum nullam potestatem habet.

Quaestio itaque, num in definitione obligationis sit ejus auctor exprimendus, huic creditur, num ignorata aut non considerata ejus potestate ac voluntate, a quo quaedam agendi norma profecta est, aliquis convinci possit, se esse obligatum, ut ad eam normam in vitaे suaे institutione se conformet?

Id quidem Scholastici, Grotius, Wolfrinus, hac in re egregium philosophiae melloris ducem Leibnitium non secutus, multique vii docti affirmant. Quorum doctrinā nobis quoque probabilis videtur. Fayet ei, quod de sensu obligationis (§. 229.) occupavimus. In primis autem hoc argumento movemur: si posita cognitione legislatoris non nascitur, sed confirmatur persuasio, necesse esse, ut normam vere existentem sequamur, quam individuo vinculo cum felicitate nostra copulari cernimus: sequitur, ad perspicientiam obligationis non pertinere notionem auctoris, a cuius potestate & voluntate illud vinculum originem duxit. Talis vero est natura regularum vivendi naturalium. Itaque firmitas conclusionis nostrae aperta est. Ex qua efficiuntur, ut in definienda obligatione possit omitti commemoratio legislatoris, quoniam definitio quaeque nihil nisi ultimum, quod rei definiendae proprium cogitari potest, exprimere debet.

§. CCXXXIV. Qui hanc doctrinam non probant Pufendorrius, aliique viri in hac disciplina eminentes, illi urgent, 1) sine notione obedientiae nullam esse notionem obligationis; 2) alienum esse ab hujus natura, quenquam sibi

ipſi obligari, cujusmodi tamen obligationis genus definitioni nostraē sit consequens.

Obedire est ejus imperata facere, quem potestate jubendi praeditum esse intelligimus. *Obedire Deo* significat cognoscere obligationem faciendi iussa Dei, & idcirco illis obtemperare. In universum obedientiae ecquid proprium est momentum, quo voluntas hominis ad iussa exequenda incitetur? *Triplex*; metus, spes boni nata ex fiducia in legislatore, veneratio.

Quae a mētu ducitur obligatio, hac ratiocinatione subnititur: nec bonis cupitis potiri, nec malis liberari possumus, nisi pareamus voluntati jubentis; ergo parendum est. Quae si negetur conclusio, nova ad eam probandam ratiocinatione opus est. Extremo ad hanc venietur; sensu interno convincimur, si iussa ejus, qui habet jubendi potestatem, non faciatnus, duplarem nos dolorem capturos, alterum ex privatione boni & perpeſſione mali, quam a jubente cum contumacia nostra copulatam esse cernimus, alterum ex opprobrio tacito, quo mens se ipsam sicut mali sui status effectivem diseruerat, & ex acerbo pœnitendi sensu; qui uterque dolor cum ingenita felicitatis appetitione pugnat; ergo obediendum est. Tum demum necesse est, ut habeamus notitiam ejus, qui nos *obligat*, seu ejus, qui fundavit obligationem, qua adstringimur; cum malum, quod ab ejus viribus & voluntate metuitur, est incertum, & ex naturā termino ordine colligi, aut solis naturae viribus confici nequit.

Fiducia in legislatore non cr̄at, sed jam existentem confirmat obligationem; novō, quo voluntas ad obedientiam flebitur, momenta superaddito. Nam ex fiducia nascitur persuasio, normae auctōrem bene nobis ea consti-

stituenda consulere voluisse; nascitur spes, futurum, ut pro bonitate sua & sapientia nobis voluntati suae obtemperantibus plura bona imperiat, quam quae in serie eventuum humanorum ordinaria esse manatura ex obedientia, nunc perspiciamus. Pone autem, ex constitutione ordinis rerum naturalium impotit, qui etiam in eventibus humanis cernitur, posse bona & mala perspicere, quae quandam agendi normam naturalem servatam aut neglectam consequuntur. His cognitis, quae nec *Atheorum* intelligentiam plane fugiunt, existet obligatio, etsi auctor ejus admirabilis causarum & effectuum ex illis existentium ordinis igitur aut non cogiteatur.

Idem de *veneratione* obligationem non gignente, sed corroborante tenendum est. Veneratio, & praecipue ejus gradus summus *adbratio*, (§. 172.) est copulata cum fuga sensus molesti necessario provenientis ex cogitatione, nos ei displicere, quem reveremur, eumque nobis indignari. Si non alius, nisi hic, effectus malus actionem ejus quem veneratur, voluntati coatrariam sequetur; notum eum nobis esse oportere, ut obligetur, per se intelligitur. Sed si ex aliis etiam effectibus malis pravitas actionis cuiusdam, hoc est, dissensus cum felicitate humana cognoscitur: planum est, jam apparere obligationem ex his effectibus cognitis natam, & tantum ejus, a quo profecta est, notitia augeri. (§. 232.)

Quomodounque res consideretur, ultimum, quod in notione obligationis cogitari potest, & ultra quod intellectus humanus progredi nequit, est perspicientia convenientiae, quae est inter normam agendi, qua obligari dicimus, nostramque felicitatem. Quia convenientia intellecta a que nobis videtur indubium, nos obligari, ac certum nobis

apparet, fieri non posse, ut idem simul sit & non fit. (§. 230.).

§. CCXXXV. Videamus de eo, quod objicitur, sine cognitione legislatoris utilitatem aliquid faciendi perspici posse, *necessitatem* non posse, item in notione hominis, *qui sibi ipse obligatus* dicatur, aliquid, quod sibi repugnet, inesse. Quid est ea, quam solam sine legislatoris notitia intellegi posse contendunt, *utilitas*? Re vera nihil nisi necessitas actionem aliquam ad certam normam accommodandi, quia haec est subsidium unicum, quo demum adhibito fini nostro supremo convenienter agere possumus. Quid est *sibi obligari*, nisi cognita colligatione actionis cuiusdam cum felicitate sua sentire physicam necessitatem persuasionis intima, id esse reprobandum, quod felicitati adversetur? Si judex reum injuste damnaverit, non quidem propriè loquendo eum obligat, (§. 133.) quia cogendi eum, ut solvat, quod non debet, potestatem non accepit: sed tamen reus damnatus sibi ipsi debere, seu obligatus esse, dicitur, ut injuriam ex sententia sibi illatam toleret, ne rei judicatae executioni resistens sibi, & exempli malo societati, majus damnum contrabat. Concludimus, uti ad perspiciemdam veritatem theorematum Geometricorum non necesse est, demonstrationem ad auctorem omnis veri ascendere; sic & ad perspiciemdam veritatem normae moralis & obligationis eam sequendi non esse simpliciter necessariam cognitionem auctoris, a quo illa originem sumvit.

Nos quidem piam esse arbitramur sententiam GROTI, qui contendit, etiamsi quis venerit in opinionem, in quam sine summo malo venire possit nemo, haud esse Deum, tamen ab eo inteligi posse obli-

obligationem regulis, quas cognoscit, naturalibus convenienter se gerendi. Quippe ab aeterno vidit Deus, magnam partem generis humani, et si aliquam rerum divinarum notitiam habitura esset, tamen non clare intuituram in rationes, ex quibus certas vivendi regolas esse divinas conciditur. Horum hominum imbecillitatibus consultus fecit, ut in uniuscujusque mente inesse vis quaedam cernendi necessitatem esse in cursu vitae felicis componeendi ad normam agendi naturalem, et si ejus originem divinam certis ex argumentis colligere non laboret. Haec itaque doctrina sapientiae summae consentanea videtur, proinde, quo minus pia censeatur, nulla est ratio.

§. CCXXXVI. Ex definitione obligationis (§. 230.) porro intelligitur, ea posita ponit regulas morales veras, (§. 24.) & his politis illam simili ponit. Variae hominum actiones in aliquot genera redigi possunt. Singulis generibus sunt certae normae praescriptae, quae appellantur leges. Nam tu lex universe significat comprehensionem regulatum eum ordinem, sine quo effectus quidam obtineri nequit, definitum: (e. c. lex physica) sic lex moralis est complexus regulatum moralium similitudinum, hoc est, ad iustum actionum liberarum regendam genus pertinendum. Dicitur ea lex naturalis, quatenus ex naturae humanae consideratione colligi potest. Atque hac nota, legem moralis ad actiones liberas regendas spectare, lex naturalis moralis a caeteris naturae legibus distinguitur, quibus res inanimatae, animatae, corpora, & efficacia ac limites virtutum animalium humanae libertati ejus hanc subiectam reguntur. Lex naturae eminenter habet regulam actionum liberarum universalis, ad quam reges quaeque singulares, velut ad centrum commune, confluunt.

Hae

Hae leges in ipsa hominis natura (§. 42.) diuinitus expressas & conspicuae non sunt commissimae cum emunctis philosophorum, quae quamquam legum naturalium nomine pariter appellantur, tamen non sunt nisi legum naturae archetyparum imagines vocibus formulisque significatae, & ordine ad intelligentiam humanam maxime accommodato aliae ex aliis nexae.

Verum ut res ipsa ab ejus effigie differt, utraque leges distingui oportet, alteras in natura humana velut inclusas, alteras, quas ex harum observatione collectas vulgo dicimus, naturales, quaeque non sunt nisi priorum simulacra. Iliae enim cum in ipsa natura insint, sapientissimi rerum effectoris opus haberi debent, ideoque nunquam falluntur; hae hominum naturam, yomte planum ingenio contextae & in disciplinam redactae, erroribus opinionum infici possunt; iliae sunt clarae & admirabiliter compitant, hae tam parum exacte brevibus formalis quandoque comprehenduntur, ut praecpta cum praeceptis committantur, & ad hunc dissensum componendum novis regulis opus esse existimetur, de quibus infra dicetur.

§. CCXXXVII. Quicquid consentit cum regulis veris moralibus, etiam appellatur. Idem dicitur *bonum*, quatenus consideratur ut sops verarum voluptatum ad hominem ex actionum suorum, cum regulis consensu pervenientiam. *Kartum bonum* quemadmodum differat ab *opinione*, hoc est, quoniam per errorem pro bono, ob quaredam voluntatis paenitendae spem vel perceptio nem habetur, ex §. 10. perspicuum est.

Certae sunt conclusiones, actio quaedam ad felicitatem hominis consentit, isque consensus vel ex natura entis intelligentis finiti, vel particu-

latim ex natura humana perspicitur; vel perpetua eventuum humanorum consecutione confirmatur; ergo ea actio est legi naturae consentanea. *Vitae conversatio*, qui probare velit, actionem aliquam legi naturae convenire, vim ejus ad felicitatem agentis doceat necesse est.

Actio ut recta & bona dici possit, inquirendum est in finem, ad quem tendit, in momentum efficax, a quo oritur, (§. 197.) in subsidia, quibus ad exitum perducitur. *Finem* diximus (§. 116.) esse id, quod non existat, ens quoddam intelligens virium suarum contentioe efficere cupit. Idem ens, quem quis sibi proponit, dum ad decernendum progreditur, sic momentum efficax, quo voluntas inclinatur ad agendum. (*Unde natum est illud Scholasticarum; finis est primum in intentione & ultimum in executione*).

Eius bonis est verum bonum, quod is, qui agit, efficere aggreditur, tempore mutationem quandam statutus sui, aut rerum extra se positarum hominumque, ex qua ad se ipsum, aut ad alios homines, in praesenti aut enim veras voluptates reddituras sperat. *Vitiosaeque causae* conclusio, actio quedam ex consilio ultionem constitutandi ora habuit, effectum physicum bonum, tempore pluribus hominibus commoda externa afferentem; ergo actio ipsa bona est, quatenus consideratur sicut effectus mentis libere agentis. Nam quaevis corruptamente processit, hujus respectu semper mala est. Sic sumptus immensi, quos facit prodigus, exterius utiles dici possunt, quatenus multos alunt; sed propterea actio bona dici nequit, cum is, qui abligatire patrimonium suum viribus omnibus conatur, se multis bonis veris privet, ac invaria libidinum genera ruat.

Subsidia (valgo media) sunt tres aut actio-

pes, quantum viens intelligens id, quod sibi proponit, efficeret laborat. Mala subsidia dupliciter intelliguntur. Primum genus est eorum, quibus adhibitis id, quod quicquid efficeret conatur, plene assequiri nequit; aut ipse evertit. Alterum genus est eorum, quibus adhibitis eo quidem, quod cupit, potitur, sed maius sibi malum conscientia vel universale subsidia prava diei possunt quaelibet actiones, quae per se & citta vinculum cum eo faciat, cuius assequendo adhibentur, consideratae cum regulis felicitatis humanae pugnant.

De postremis hoc loco quaeritur. Sic bonum est consilium hominis, qui salutem ecclesiae majori membrorum numero colligendo curat; sed subsidia sunt mala, fraudes impiae vexationes, metus togæ. Sic princeps laude dignissimus est, qui virtutis studium in civitate propagare studet, sed primum ejus efficiendi subsidium fuerit, neglectum virtutis cultum inter delicta publica referri.

In primis cavendum est ius, qui consilium dant de legibus sciscendis, aut de republica emendanda, ne ejus, quod moluntur, bonitatem ex solo fine aestimant. Nam si bonum, quod efficeret conatur, non possint assequiri, nec malum, quod tollere cipiunt, depellere, nisi tam violenter conueilla republika, ut difficile sit motus, quem contarunt sedandi secundum medium. Si non possint eo pervenire, quo sydunt, nisi per calamitates, injurias, judicia sorribus odiosisque corrupta, crimina, funestam impunitatem: praefat id bonum, quod quaerunt, si citra respectum subsidii necessarii sit bonum magnum, non confitum, non opinatum, dimittere, malumve, quod aggrediuntur, si verum malum sit, ferre, quam vulnus graviori vulnere inficto obli-gare. Num prudenter egerit Medicus, qui forte bona mente febriculam phtisi vel hydrope in ejus locum substituto curaverit?

Qua

Quo plura itaque mala aliorum physica intervenire necesse est, priusquam id, qua tendis, astiequaris, quoque minus id, quod peris; bonum physicum, e. c. commoditas vitae plurium societatis consortium, magnitudinem illorum majorum exaequat aut superat, eo pejor est actio, hoc est, a regula felicitatis humanae alienor.

Quamobrem qui bene agere velit, is prima in suam sibi propositum & momenta voluntatis suae (§. 191.) inquirat necesse est, deinde in subsidia, quibus ad cogitata perficienda indiget.

Actio autem, iquae malo cuiuscumque physico, vel & aliorum peccatis, (e. c. invidiae) tantum decagationem praebet, bona esse potest, si is evenus verosimiliter prospici non potuit, vel id bonum verum, ad quod obtainendum spectat actio, quaeri debuit,

§. CCXXXVII. *Lex naturae* (§. 235.) est divina. Singulas regulas morales Deus constituit, certo felicitatis adipiscendae aut perdendae ordine stabito; ergo & earum perfecte consentientium complexionem, quae est lex naturae. Haec differt a consilio. Id enim monstrat viam ignorantis, non facit. At lex naturae est ipsa via felicitatis ex naturae humanae constitutione conspicua. Hanc viam divinitus strata pium ob servare debent homines, ut normam agendi certam & nunquam fallacem intelligent, deinde debent eam viam ingredi, ne se ipsos in studio vitae felicis impedian.

Legislator tribus subsidiis ad voluntates eorum, quos sibi obsequi cupit, flectendas uti potest, coactu, spe, metu.

Leges naturales non armantur eo modo, ut invitus aliquis instar machinae vi quadam majori compellatur agere, quod sua aut aliorum interest, ut que tentans id

facere, quod sibi nocet, statim vi impediatur, veluti imperans dissolvit negotia, quae prohibuit, facitque, ut nullus eorum sit exitus, vel vim tam diu adhibet, donec cives inviti fecerint officium. Exitus malarum molitionum societati humanae funestos fuisse consiliis optimis contrarios, salva hominis libertate, impedire videtur Dei providentia viis occultis & adorandis.

Poena est quodlibet malum agentis verum (§. 10.) ex ejus actione mala natum. Id malum est positum vel in privatione bonorum, quibus quisque, si aliter egisset, potitus erat, aut in amissione eorum, quae habet, proinde in ea mutatione status, quae veris male agentem doloribus, si non statim, certe post aliquod temporis intervallum afficit, etnique cogit, ut, simulac horum dolorum se ipsum esse fabrum cognovit, sui se pigere sentiat. Non quaevi poena statim dolores parit, sed dolendi causa in homine contra naturam agente quasi depicit, serius ocius verum dolorem creaturas. Sic non quaevi intemperantia statim morbos & poenitentiam gignit, sed morbi materiam corpori infert, tanquam easam occulte actuosam doloris olim fecuturi. Atque eadem poena, ex qua dolores corporis & animi certo naturae ordine proveniunt, quatenus ex natura actionis semper cognosci & prospici potest, vel quatenus orta a causarum extra hominem possitarum concursu plerumque actionem sequitur, dicitur *naturalis*. A qua distinguitur, quae naturis haud est, *arbitraria* (positiva.) Haec est malum male agentis sive corpori sive animo, ingestum viribus & voluntate entis cuiusdam intelligentis extra eundem agentem positi. Est bipartitum. Akerum, quod quantum sit futurum,

pro-

prospici nequit; (*poena arbitraria*) alterius qualitas & quantitas est definita & ei, qui obligatur, denuntiata, ut ab illo malo actionem, praeter poenam naturalem, secuturo sibi caveat.

Poenae *naturales* sunt *divinae*. Sunt enim pars ordinis rerum naturalis divinitus constituti. Ab his differunt poenae *divinae*, quas vocant *supernaturales*. Hae enim facto divino ad ordinem naturae kaud pertinente hominibus innescunt, aut, praeter bonas & malas actionum consecutiones naturales, a Deo, vires naturae ad hominem puniendum speciatim dirigente, profiscuntur.

Quod de poenarum partitione attulimus, ad diversa *praemiorum* genera pertinet. Haec sunt bona agentis vera, quae ex actione ejus bona nascuntur, vel eam viribus entis cuiusdam intelligentis extra eundem agentem positi consequuntur.

Poetiarum & *praemiorum* *supernaturalium* cognitionem certam frustra desideramus, si ab ea, quam sacer codex aperit, discesseris; probabilem quodammodo tradit historia, quam eo etiam ex capite recte dixeris *annales providentiae divinae*. Fac, confluere causas efficientes fere omnes, ut exitus quidam improbitatis prosper videatur indubius; & tamen inexpectatio quodam & plane incredibili causae cuiusdam impedientia interventi eum mali consilii successum venire ad nihilum. Admodum probabilis est conjectura, in eo eventu singulari providentiae divinae vestigia reprehendi. Sic insperata quaedam *euynupsia* saepe facit, ut aliquis eodem modo singulari, quo aliis nocuit, aut noceret.

laboravit, poenas improbitatis & nequitiae suae luet (a), atque in laqueos aliis structos quandoque primus incidat.

Universe dici potest, nullam actionem malam esse impunitam, nullamque bonam sine praemio. Poena certissima & necessaria cuiusvis male agentis est haec, ut se ipsum privet vera voluptate actionem bonam consequente (e. c. dulcedine benevolentiae malignus, mutuae fiduciae suspicax & insidiosus) utque Deo, & quamprimum intra se descendit, sibi ipsi displiceat.

§. CCXXXVIII. Quæstio, quo jure Deus leges naturales dederit ? seu quodnam sit fundamentum potestatis divisa leges jubendi ? redit ad hanc ; quo jure hanc, & non aliam, hominis naturalam fecerit ? hec est, quo jure huic naturae non sicut summa rationis & libertatis robur plenamque felicitatis possessionem impertiverit, sed gradatim, frequenti mulierum dolorum interventu, nec submoça omni poenitendi causa ac sensu ?

Quæstio, quo jure ? proprie ad eos spectat, qui habent vires se mutuo cogendi, sibique invicem resistendi; proinde ad solam hominum vitae communitatem adstringenda est. Hi cum sine

na-

(a) Praetermissis exemplis recentioribus dabimus quedam vetustiora. Sic legem de nuptiis inter *cives Atbeniensem* & *peregrinorum* vetus à Pericle latam in ejus caput recidisse, in vita illius viri apud populum potentissimi, ut in cuius ore suada residere diceretur, memorat PLUTARCHUS. Similem poenam sicutor *Ostracismi* dedit. VARIUS, homo importunissimus (Cic. de N. D. III, 33.) lege lata ante Christum natum 91. contra Sociorum concitationes ipse damnatus est, postquam tribunatu decepsisset. CICERO in Bruto c. 89. Add. quod refert TACITUS Annal. VI, 10.

natura aequales, & tamen alii ab aliorum iussu magnam actionum suarum partem suspensam habent; quaeri potest, quo ex fonte manet tum potestas mandata dandi, tum necessitas illis obtemperandi. At *majestas divina* (§. 184.) super omnem aequalitatem ac supra omnes resistendi vires posita non patitur, ut quaeramus, quae nobis debeat Deus, sed quid sibi?

Proprium erat: *libertatis divinae*, mundum exiguumque ejus partem, genus humandum, creare & non creare. Sed tum hominem intelligentia praeditum efficere decrevisset, proprium quoque sapientiae & bonitatis divinae fuisse videtur, aliquem ei felicitatis sensum & appetitum indere, atque aliquam ejus possessionem illi destinare, & quidem tantam & sub ijs conditionibus, quantam & quas immensa caeterorum entium intelligentium finitorum series patiebatur, inter quae locum & ordinem certum, neque alium, nisi cum ea coagmentatione pulcherrima congruentem, tenere poterat. Nihil nisi quod perfectionibus divinis haud repugnaret, hominibus impetriri potuit; illis salvis quod tribui potuit, tributum est. Quippe assig. natus generi humano est locus inter natbras intelligentes, isque felicitatis gradus, qui cum mundi compositione convenit, tum & modus ad eum ascendendi. Conditiones, sine quibus ad eum gradum veniri nequit, non aliae sunt praescriptae, nisi quibus removentur obstacula progressionis in via ad vitam beatam, & homo sibi ipsi noqere vetatur. (§. 185.) Ejus quidem modi atque ordinis in cursu vitae beatae regendo & necessiarum hujus adipiscendae conditionum explicatrix est norma, quae vocatur lex naturae. Ergo ea lex est effectus summae sapientiae & bonitatis, quam Deus pro summis

pérfectionibus suis dare potuit? Neque enim iustitiae legi obtemperari, sui commodi causa Deus posuit, (beatissimus an rerum creatarum ope potest fieri beatior?) sed pro summa bonitate sua (§. 178.) commoda obedientiae vult percipere obedientes (§. 183.).

Adde, si dicas, Deum non habuisse potestatem dandi leges, quas naturales appellamus, ponit nécessesse esse; laesam illis constitutendis esse libertatem hominis, vel eam, quam habuit, comitare sceretur, vel eam, quam acquisivit. Neutravero lacfa est.

Illam enim violationem positam esse oportet in ea naturae humanae & rerum universarum dispositione, qua efficeretur, ut cupiditatibus hominum indomitius vel deesset prosper effectus, vel acerbis succederet. Quod si pro violatione libertatis haberetur, sumi deberet, unumne quemque hominem jure postulare, vel ut Deus descriptionem totius universi nomi suae ipsius sapientiae, sed hominum arbitrio, quod varium & multplex esse solet, accommodasset, vel ut naturam hominis facisset, plane aliam, seu, quod eodem redit, ut hominem non creasset. Unde hocus, haec libertas hominis?, unde obligatio divina ad lubitum hominis, quid summae bonitati conveniat, ignorantis se conformandi? Et cui bono? Nonne ut idem homo naturae suae pertaesus fieret miserior, qui leges boni sibi destinavit & eorum, quae ipsi mala sunt, indices tolli cùpuit? Fortunata impotentia hominis! cui non licet pervenire ad terminum felicitatis suae vivendo, ut velit, sed cum vult, ut debet. *Dico parere libertas est.* Libertatis enim cum necessitate morali individua conjunctio est (§. 227.).

Sca-

Statuamus itaque, duplex esse fundatum obligationis, qua homines adstringuntur, ut legibus pareant; alterum est *sapiens creatio*, alterum in societatibus hominum specialibus. (§. 125.) est consensus obedientium in potestatem jubentis.

Naturam divinam & notionem obligationis (§. 229.) ac legum naturalium, (§. 235.) cognitam non habent, qui HOBESIUM secuti divinam legum dandarum potestatem repetunt & *potentia summa, cui resisti non possit*,

§. CCXXXIX. *Leges naturales cum sint divinae*: (§. 237.) sequitur, eas esse 1) *aeternas*, 2) *naturae humanae accommodatas*, tum ut ejus terminos non excedant, tum ut illis feryandis gradus felicitatis eidem naturae designatus impetratur,

Eidem principio consequens est, 3) *leges naturae esse immutabiles*. Mutatio legum est constitutio legum novarum in locum earum, quae tolluntur. Si mutarentur leges naturae, aut hominis naturam mutari oportet, aut rerum extra eum positarum, quibuscum ita conrinetur perpetua necessitudine, ut multas in ejus corpore mutationes, & per illas etiam in animo efficiant, certasque in hoc cupiditates gignant, irritent, alant. Sed cum natura ejus, quem homines incolunt, orbis juncta sit naturae rerum universarum; compositionem mundi totius propter unam ejus, eamque exiguum, particulam mutari, non videtur consentaneum summae sapientiae. Natura humana si mutaretur, aut majores aut minores vires corporis, intellectus, voluntatis, libertatis, imperiique, quod mens habet in corpus suum, homini tribui oportet, aut ampliores

arctioresve humanae felicitatis terminos describi. Quod si eveniret, homo non foret homo, sed aliud in hac rerum infinite locum teneret. Id quod etiam ob pulcherrimam operis universi, quod Deus condidit, descriptionem sumi nequit. Itaque leges naturales sunt *immutabiles*, quoniam in decretis divinis nec *successio* cogitari potest, nec *mutatio*.

4) Leges naturales sunt *bonae*, siquidem Deus nihil decernere potest, nisi quod summae bonitati convenit. Eadem 5) Dei attributis seu proprietatibus non repugnant: quia in *decretis & operibus suis* Deus cum semet ipso pugnare nequit. (§. 174.)

§. CCXL. *Harmonia variorum ad bonum aliquid efficiendum conspirantium*, nomine *perfectionis* comprehenditur. Proinde 6) intelligitur, leges naturales esse *perfectas*: hoc est, quanquam pro variis, quas regunt, actionum generibus variae esse videntur, tamen plenissime & inter se, & cum fine suo, scilicet felicitate hominum generi destinata, & cum attributis divinis, *consentiantur*. (§. 178. 183. 185.)

Quamobrem concludimus, 7) fieri non posse, ut eadem leges existimantur plane *arbitrariae*, (§. 176.) si *merum*, quod appellant, *arbitrium* significet ordinationem sine cognitione ordinis, ac sive intelligentia consensus eorum quae statuuntur, cum perfectionibus (attributis), quibus id est praeditus, qui rem quandam ordinavit. Posito arbitrio mero ponitur impetus voluntatis fine ratione. Seu rationem aliquam esse neges, quae voluntatem moveat, seu eam ignorari sumas: siendum est consequens perfectionibus summis, quas ex notione Dei (§. 172. 174.) conclusimus.

8) *Lit.*

8) *Libertas divina* dicitur proprietas Dei nullis impedimentis internis aut externis constricta ab aeterno optima quaeque cernendi & agendi. Ignoratur uti naturae divinae proprietates aliae ab aliis nostra tantum cogitatione se junguntur, ita & libertas summa cum sapientia summa in natura divina intime cohaeret. Unde hanc male colligere videmus. Deum has, quas condidit, leges naturales constituisse, quia est sapientissimus, & alias condere non potuisse, tametsi sit liberius. (a)

§. CCXLI. *Leges Naturales sunt certae.*

Certas esse regulas naturales, (S. 35. seqq.) evincimus, quatenus earum in divino intellectu originem consideres, atque earum vinculum cum toto naturali rerum ordine, tum, & bonitatem Dei non patientem, ut ab iis certo cognosci non possint, quos illis demum observatis ad certum felicitatis gradum pervenire voluit. Verum ex ipsa earum natura quoque patet, homini eas certas fieri posse, si velit.

Ea veritas homini certa est, aut fieri potest, cui quod est contrarium, esse non possibile (repugnans) homo perspicit, aut perspicere potest. Hanc perspicientiam statim excipere *lumen per fusionis*, sius quemque sensus *internus* convincit. Ex luce mens tam celeriter perfunditur, ut *cognitio* veri, & *persuasio* de veritate illius *cognitionis*, nullo intervallo distent. Atque tantam in mente vim ea lux habet, ut si de illa dubitare, vel

acu-

(a) Varias opiniones refert Cudworthii Systema intellectualē p. 632. seqq.

acutius investigare velit, num sit verum, quod cognovit verum esse, aciem suam habescere sentiat, ac suborta quadam quasi vertigine poenas continuatae indagationis luat. Hunc mentis in dubitatione ultra se progrederi non posse sentientis statum lucidum & firme consistentem nominamus *sensum veri*, de quo (§. 216. 222.) observavimus, *sensum moralis* sub eo contineri, prima veri moralis, seu triparitorum hominis officiorum, statim complectentem, tantaque sine ullo, cuius sibi conscientia esse possit, ratione menti persuadentem, ut assensum suum ne momento quidem cohibere possit.

Ex qua notione *cognitionis certae* concludimus, legem naturae esse hujusmodi, ut certam eius notitiam quilibet sensu communi praeditus sibi comparare possit. Quippe natura homini dedit vises ita perspicieendi veritatem regularum de singulis actionum liberarum generibus regendis, ut regulas illis oppositas naturae, proinde felicitati humanae, esse contrarias, clare intelligat. (§. 27. seq.) ex naturae est comprehensio regularum moralium inter se & cum fine earum communis, nempe cum felicitate generis humani, conflexatum. Igitur tum per se est certa, tum & homini certificari potest.

Adde, si lex naturae esset *incerta*, non posse non effectus illius convenientiae aut pugnae actionum humanarum cum lege esse incertos; & nunc hominem efficere felicem, hunc miserum. Id quod non solum pugnaret cum perfectione optimi legislatoris, qui nihil nisi *certum* cogitare aut efficere potest, (§. 172.) sed etiam ex eventibus divinitus ordinatis efficeret fortuitos. Nihil vero evenit, aut evenire in mundo potest, quod,

quod, quantum ad Deum, dici fortuitum pos-
sit. (§. 175.)

Restat itaque, ut effectus actionum liberarum bonos malosque esse quidem per se certos, (§. 39.40.) statuas, sed neque sensuum, neque rationis viribus effici posse contendas, ut intelligatur, eas certas esse. Hanc vero sententiam refellit facultas hominibus data ex constanti observatione, quemadmodum unum quodque actionum genus cum effectibus suis con-nectatur, colligendi seriem regularum de modo unice possibili sic actiones illas dirigendi, ut per eas conservetur aut crescat, nec minuatur, fecicitas. Ergo falsum est, certam legis Naturalis cognitionem in homines non cadere. (§. 40. 41. 237.)

§. CCXLII. *Leges naturales sunt evidentes.* Evidentia primum significat gradam maximum lucis, quam mens in se ipsa oriri sentit, cum rem objectam, seu veritatem aliquam, vel duarum pluriusque idearum inter se collatarum aut coniunctionem aut differentiam cognoscit, hoc est, clare cogitat & sibi indubitatem apparere sentit. Hoc sensu organis certa cognitione simul est evidens. Subiunxit ejas certitudinis gradus appellatur evi-dentia mathematica.

Deinde idem vocabulum intelligitur de celeritate, qua mens ea, quae persuasionem efficit, cognitionis luce perfunditur. Gradus major minoris norve tarditatis in hac luce assumenda partim a rebus proficisci potest, quarum cognitio adi-piscendae mens vacat, partim a differentia in geniorum nativa, vel ab eis, quam educatione aut adsuetudo longinqua efformarunt. (a)

(a) Multa de his rebus egregie disputavit s^r GRATI-
VESANDUS in Oratione de evidentiis.

Legis naturalis evidentiam interpretarum nexum actionum liberarum cum felicitate humana tam certum clarumque, ut unusquisque sensu, quem communem vocant, praeditus, sive statim *ius sensus moralis* eum *nexus agnoscere*, (§. 241.) sive, post debitam animi intentionem exhibitam, ope experientiae suae vel alienae atque vi rationis suae intelligere queat.

Lex naturae si non esset evidens, ejus aut ignorantia vinci, aut certa cognitio comparari posset a nemine, vel duncaxat a paucissimis, iisque acutissimis. Hoc posito, illa aut nullum, aut fallax agendi momentum praesberet homini; exceptis paucis sagacioribus, proinde vel nullam gigneret obligationem, vel ad paucos restrictam. (§. 242.) Ergo non foret *lex moralis*, (§. 235.) nisi forte minimas partis hominum. At vero ea est Dei bonitas, ut, cum singulos cupiat esse beatos, singulis quoque demonstret, quomodo cursum in perpetuis hujus vitae fluctibus rectum tenentes ad portum felicitatis pervenire queant. Ita cursus monstrari non potuerat, nisi eae essent vires intellectus humani, ut ille diligentiore naturae humanae contemplatione ejus viac notitiam sibi aperire possit. Evidenter itaque operet esse legem naturae, quia est divina; (§. 188.) hoc est, promulgatio ejus optima sit necesse est, quoniam a domino perfectissimo proficisciatur.

§. CXLIII. At enim, inquit, non sunt certae leges naturae, quoniam ab iis, qui in illarum studio versantur ac prae multis sapere creduntur, in uttamque partem disputantur. Neque sunt evidentes, quoniam ignorantur a magna hominum multitudine, falsaeque pro veris assumuntur non a paucis familiis, sed a pluribus Gentibus. Nec brevi tempore mentes

erip-

erroribus inficiuntur, sed hi longinquo saeculorum intervallo propagantur, celebsantur, ac mordicus tenentur.

Facto licet concessso, recte tamen negatur conclusio. Uti non valet argumentatio, veritatem quandam theoreticam ideo non esse evidentem, quod non cognoscatur ab omnibus: uti non sequitur, non esse certas veri falsique notas, quoniam a quibusdam, imo a multis, perniciose erretur: ita ex numero eorum, qui ignorant aut falso cognoscunt quasdam regulas vivendi naturales, non potest colligi tanta legis naturalis obsecratis, ut actem hominum communem fugiat, & inter res dubias certoque ab illis haud cognoscendas referatur.

Judicia de bono & malo, quae vi *sensus moralis* fiunt, (§. 222.) patentiora, fateor, sunt illis, ad quae facienda mentem diu intentam esse oportet in observationem nexus inter effectus bonos malosque factorum perplexorum propiores & remotiores. Cujusmodi facta plura in primis in societate civili, eaque copiosa, ampla, florente opibus, formidolosa, occurrant, quam in vita hominum simplice, veluti pastoritia, agricolarum, Nomadum. Causas difficultatis in discernendo eo, quod licet, ab eo, quod non licet, inque dignoscendo & in primis in colendo officio supra (§. 206. seqq.) indicavimus; quales praecipue sunt educatio, societas cum corruptis, mala confuetudo ex regulis sine indagatione, num sint vere, semel approbatis perpetuo vivendi.

Acumen naturale vero tam esse obtusum, ut, etiam si velis, tamen salutaria accurate distinguere a nocentibus non possis, historia ingenii humani refellit. Quia negaverit lucides esse solis radios, etsi clausis oculis

lis visum non afficiant? Num, quod turbidae mentis ea non est conditio, quae ad recte ratiocinandum exigitur, mens nunquam de bono & malo recte ratiocinari potest? Num quod mens humana contagione plurium errorum facile inficitur, nullus modus superest, illam vitandi, aut ab errore suscepto se liberandi?

At enim, inquis, nullum a *sensu morali* argumentum firmum duci potest, quoniam ejus vis non semper apparet. Fatemus hunc *ignem* in mente ita *lucentem*, ut ei, quid sit naturae confessaneum aut adversum, statim appareat, interdum falsis judiciis obscurari, quorum originem supra indicavimus. An ideo nulla ejus vis erit, quia non est continua? Similis est ratio *instinctuum naturalium*. Horum efficacia ideone nulla erit iudicanda, quoniam eorum veluti *ignis ardens* nonnunquam vi stimuli cuiusdam oppositi suffocatur? (§. 51.) Ex ipsis exemplis, quae afferuntur ad sensum moralem refellendum, pellucet ejus in homine effectus. Quale est factum quorundam barbarorum, quorum mos fuisse dicitur, laudare liberos, qui parentes decrepitos necarent, suisque comedentes corporibus sepelirent. Sit ita. Ideone impietatem *malignam* probarunt? Forte primi ejus moris autores tristes & eorum, quibus vitam & omnia debebant, precibus vieti, repugnante caritatis erga genitores sensu, sustulerunt affectos vitae raedio, atque hoc negare malignum, facere moestum, sed pium judicarunt.

Denique difficultas regulas naturales dissipatas in disciplinae formam redigendi non probat, eas esse tenebris obductas. Complures *eruditorum* hoc in genere controversiae, si inanes de vocabulis litteris detraxeris, non tam de ipsis vitae praceptis fer-

fervent, quam de via docendi, de definitiōnibus, de partitionibus & regulis vitiōse conceptis, aut minus accurate probatis, de origine morbotum moralium, de eorum veluti se-de, deque remediis corrigendi errata aut illis occurrenti, de jure, quod voluntate hominum, & prae-cipue p̄actis, statuitur. Exemplo sit vetus de *summo bono* controversia. Rem planam, sed antiquorum ob-scuratam diffidiis, (opiniones de ea 288. numeravit *Augustinus*) *Scholasticorum* subtilitas implicavit. Aperiantur variae illius *vocabulū* notiones, quo vel indicatur ens, cuius natura est summe felix & bona, vel ens, quod est causa summi boni hominibus destinati, vel ipse status supremae felicitatis, finis bonorum, seu ultimum illud, quo universi hominum appetitus spectare debent. His notionibus accurate evolutis dissensio extinguetur.

Reliquae *controversiae de re*, seu de *regulis vitae ipsiſ*, debilitatem attentionis in effectibus actionum indagandis variis ex causis ortam, aut animum disputatoris avide captantis famam ingenii, vel versutiam praeceptis studiose confictis fallendi, plerumque negligentem & minime religiosam natu-rae investigationem, indicant. Non nunquam nascun-tur a sublata libertate verum rotunde enuntiandi.

§. CCXLIV. At enim, inquis, posita legum naturalium perspicuitate, sensus boni, quod ex singulis oritur, vim haberet mentes commovendi, ut iisdem legibus lubenter parerent. Verum haec vivax persuasio quam sit difficilis, & quam infrequens, latet neminem. Etenim, ut verbis uar *HORATII*,

Cum ventum ad verum est, sensus moresque re-pugnant. Con-

Confirmare dicta videtur fluxus veri historia. Nam
(ut inquit. M A N E L I U S.)

*Unus erat Pylades, unus, qui malleo Diestes.
Ipse mori. His una fuit per foedera mortis;
Alter quod raperet fatum, non cederet alter. —
At quanta est scelerum moles per secula cuncta!
Quantum onus invidiae non excusabile terris!*

Si dulce est, pergis, non facere, quae naturali lege
jubentur, facere autem necessarium; o nimium
hebes ingenium hominis, quod in re tanti mo-
menti coecutit, aut nimis tenebris oscam & langui-
dam legem naturae, quam haec velut sibi repu-
gnantem fastidit!

Error hominis sibi pulchre esse putantis, cum
legem rumpit, & male, cum eam servat, vel
stabilitas est, vel momento temporis transfit. Sta-
bilem oriri diximus partim ex praejudicatis opi-
nionibus, quas mens prima aetate suscepit, ex bre-
vibus sententiis memoriae impressis, ex priuariis,
quae licet vitiis composta sint, tamen eadem, qua
axiomata, vi apud vulgus possent, (§. ad 8.)
partim ex consuetudine agendi. Haec enim sup-
primit facultatem etiam eo, quo agendum est, tempore
cernendi mala spretam legem consequentia. Hu-
jusmodi autem error non magis probat obscuri-
tatem legum naturalium, quam persuasio aegro-
ti, sibi, cum morti proximua est, melius esse
putantis, evincit, nulla dari signa manifesta mor-
bi desperati & mortis instantis.

Error subitus mentem ab investigatione veri boni
tantum prohibet eo temporis momento, quo eligit &
agit. Causam talis impetus repentini proximam
(§. 77.) posuimus in vi quasi attrahente voluptatis, cui
mens

mens adsaeta est, vel voluptatis praeter expectationem oblatae, quae magnitudine sua & propinquitate adeo tenebris involvit momenta (§. 2.) contraria, ut mens his fixe intuendis vacare, vel planetionis vel haud dum possit. Idem de assueta doloris cuiusdam fuga, & de anxietate subita valet, qua mens se quovis modo liberare annititur. Homo v. c. deditus otio & inertiae sibi comparavit habitum carne pejus & angue fugiendi cuiusvis laboris aliquanto diuturnioris molestiam. Igitur abhorret a negotio utcunq; diffuso, idque oblatum statim declinat, ejusque auctorem, sicut otii sui hostem, edidit. Similiter qui novit contemnit eum, qui injuriam atrocem patienter ferat, nihilque aliud illa mentis improbos insultus aspernantis habilitate effici, quam ut novis injuriis semet obsecrat, is subito incalescens a defensione licita ad ultionem minus permittam impetu violento rapitur.

Haec inclinatio voluntatis, ex falsa voluptatis retinenda aut consequenda, & ex falsa doloris aut fugiendi aut depellendi dimensione orta, probat imbecillitatem libertatis defigendi intentio- nem intellectus in consequentia actionum, (§. 76.) neutquam id refelxit, quod defendimus, lumen ac vim legum (a).

§. CCXLV. Afferuisse nobis videmur sapientiam promulgationis legum naturalium. Propter evidentiam suam, hoc est, propter vires intelligenti humani certam earum intelligentiam adipiscendi, cordis hominis inscriptas recte dicuntur.

Int.

(a) De eo; Iquod objicitur, alter loqui homines, aliter vivere solere, V. SENECA de vita beata c. 18.

Instrumenta, ejus cognitionis menti humanae divinitus suppeditata (Sect. 2.) recensuimus; sensum moralem, instinctus, educationem domesticam & socialem, rationem.

Res objecta, ex qua considerata voluntas legislatoris aeterni cognoscitur, est *natura hominis*.

Id, quod facit, ut hae leges existant, hoc est, ut vim obligandi habeant, est *voluntas Dei* beatissimi & summe boni, quae semper eligit optimam, et entia intelligentia creata felicitatis cuique convenientis appetitu; sensu, possessione, quantum salva sapientia fieri potest, impertit. Voluntas Dei promulgatur patefacienda homini naturae suae conditione. (§. 177.) Hujus perennitas est continua legis naturae promulgati. Ludit voce *legis* HOBESIUS (^a), cum praecpta naturalia per se legem esse negat, sed fieri contendit, simulac sacro codice approbentur.

§. CCXLVI. Nulla harum legum datur, aut dari potest, pugna, nullus conflictus (collisio). Nam si eas sibi repugnare dices, & consiliorum & in his exequendis subsidiorum pugnam in divino intellectu, eas leges ab aeterno optimas judicante, fuisse sumeres, quae cogitari nequit.

Collidi dicuntur *duae leges*, quibus simul pareri nequit. Posito conflictu statuendum fore, Deum vel non simul praevidiisse quoscunque eventus, ut regulas iis omnibus accommodatas, proin-

(a) *De cive* c. 3. §. 418.

proinde sine exceptione cothimodas, praescribere potuerit, vel evidentiae promulgationis aliquid de-
esset. Neutrum dici potest. (§. 222. 223.) Ergo dari legum naturae *verum conflictum*, re-
ste negatur. (§. 241.)

Qua in re hae leges differunt ab humanis. Nam qui has condunt, illi non simul in omnia intuen-
tur, quae olim evenire possunt: seu non ea, qua par est, cura statum ex legis suae rigore extitum praemeditentur, seu facultate eum perspiciendi destituantur, seu non satis presso lo-
quantur, proinde dictis suis deinceps extenden-
dis aut restringendis vitium, *quod humana parum cauit natura*, nova lege priscam emen-
dante vel abolente corrigerem cogantur.

Sic v. c. leges: *vitam tuam tuere, & mori pro patria haud recusa*, idcirco configere viden-
tur, quod non terminatae enuntiantur. (§. 277.)

Quocirca si quis ponatur conflictus legum, quae naturales dicuntur, is non inest in re, non in or-
dine naturae, sed in cognitione eorum, qui reg-
ulas sub legum naturalum nomine concipiunt,
vel in verbis, quibus eas enuntiant. His quae-
dam sibi non consentanea inesse possunt. Na-
tura sibi semper constat.

§. CCXLVII. Nascens ex naturali felicitatis humanae ordine obligatio ad homines universos pertinet nullo excepto. Nulla ejus venia cuiquam data est, nec dari potuit, quoniam naturae humanae accommodatae sunt, quae est eadem omnium. Si is, qui legem naturae server, sit mis-
ser, & qui eam migret, felix; naturam hominis mutari oporteret, quod non est possum in vi-
tibus rerum universarum, nec effici potest sine mutatione naturae universae.

Y 2

Nec

Neque huic doctrinae obstat partitio legum naturalium in *absolutas* & *hypotheticas*. Illae regunt *statum omniam hominum communem*, haec quorundam proprium; (veluti *leges vivendi*, quas natura prescribit *militibus*, *eruditis*, *mercatoribus*, *civibus*, *principibus*).

Leyes naturales hypotheticae 1) nunquam repugnant absolutis; potius 2) ex his deduci possunt, hoc est, earum vis obligandi nititur veritate legum absolutarum; 3) ex iisdem nascitur obligatio hominum omnium communis, quorum idem status, ad quem regendum illae pertinent, est communis, idemque bonum est propositum, ad quod efficiendum spectant.

§. CCXLVIII. *Leges naturae* nestant & indicant vinculum, quo id, quod agit homo, aut quod non agere decernit, cum effectu suo bono, h. e. ad orbem felicitatis humanae pertinente, continetur. Ex quo intelligitur, quid praecipient, quidve vetent. *Præcepta naturalia* sunt regulæ eorum, quae natura fieri jubet, hoc est, quorum neglectum cum diminutione felicitatis homini divinitus destinatae conjunxit, sed quae ad exitum perducta affecit *praemio*, nempe tantæ voluptatis adeptione, quanta actionis illius bonitati respondet. *Vetari* dicuntur, quae legislator jubet non fieri, facta autem cum malo quodam facientis, atque adeo cum hujus poena naturali vel arbitaria connectit. (§. 237.). Quamobrem leges naturales in *praecipientes* & *probidentes* recte dividuntur. Utrarumque est vis hominem obligandi; quoniam alterae faciunt, ut fiat felior, alterae, ut non fiat infelior.

Per-

Permissa, seu *licita*, dicuntur facta aut non facta, quibuscum legislator vel nullus omnino effectus bonos malosque vim mentis commovendae habentes, vel definitum quoddam boni malique genus, non conjunxit, aut se conjunxisse haud evidenter significavit. Piores permitti dicuntur *plene*; posteriores, *minus plene*. Quae minus *plene* permittit legislator, ea non approbat. Nam *approbare* significat declarare, factum aliquod esse approbatori gratum. At qui permittit aliquid fieri, is aut se *non impeditur* significat, quo minus quis faciat, quod placet, aut se veniam facti daturum poenamque statutam non irrogaturum ostendit, quod vocant *dispensare*, seu, ut veteres loquuntur, lege quenquam solvit, quoniam malum ex *gratia*, uni aut alteri ob *ratiōnes magnas* facta, non aeque grave manaturum videt, ac si cuivis legem negligere liceret. Denique is, qui certum mali genus cum actione quadam non conjungit, e. c. *supplicium*, *multam*, *infirmitatem actus*, non excludit alia mala factum consequentia; veluti *Moses*, cum *republicam Iudaicam* fundaret, nonnulla initio toleravit, seu, ut malum gravius evitaret, non punivit, quae non approbavit.

Si exemplum actionis daretur, cuius naturalis cum felicitate copulatio aut esset nulla, aut ab homine non posset perspici: recte ea diceretur lege naturali *plene* *permissa*. (*indifferens*)

Actionum minus plene permissarum exemplum praebet id, quod *licitum* esse dicunt JCti. Est autem, quod bello inter populos, actione in foro poenis ve vindicari, legibus sive naturalibus sive civili-

bus non est consentaneum. Sic qui *licere* tradunt, petenti ac merenti negari beneficium, non hoc sibi volunt, cum tali duritia animi nulla esse mala conjuncta, sed hoc indicant, ea mala, quae a *coactu humano*, sive a vi (§. 129.) proveniunt, non posse citra majus societatis incommodum adhiberi ad illud inhumanitatis genus avertendum, corrigendum, tollendum. Idcirco legibus civilibus permisā appellantur etiam ea, quae sunt inhonesta, indecora, homine ac cive liberaliter sentiente indignissima. Idcirco quam plurimae actiones civium malae dicuntur licitae, quia non sunt *injustae*, nec delictis annuerantur.

S E C T I O II.

Ethicae Philosophicae definitio & perfectio.

§. CCXLIX.

Tanto impensius oportet esse studium veritatis cuiusque exquirendae & a tenebris atque erroribus liberandae; quanto perniciosior est ejus ignoratio. Hujusmodi est legum naturae, quae viam felicitatis explicant, levis, nimis angusta, falsa, dubia, languida cognitio. Quam obrem bene de genere humano meruerunt philosophi, qui ad assequendam & tradendam pleniorem & efficaciem rei tam salubris & ne-

ces-

cessariae scientiam omnes ingenii exulti vires contulerunt.

§. CCL. Artes ac disciplinae omnes, quae ab hominibus, praecipue cultioribus, magni fieri merentur, in primis ab eo commendantur, quod nos doceant varia bonorum genera nosse & efficere, quibus vitam nostram & alienam vel liberemus molestia, vel jucunditatis ac spei bo-nae pleniorem reddamus. Non negligenda itaque erat ars totius vitae regendae. Haec est ars tot diversa, quae homini occurunt, bonorum & malorum genera dignoscendi & dimetiendi, atque animum hac boni malique distinctione ita conformandi, ut discat vivere, nec metuat mori.

Hanc vivendi artem tradit ea pars philosophiae, quae *moralis*, seu *ETHICA*, dicitur, quia *mores* totamque vitam sapienter regere docet. Singulas naturae leges & colligationem omnium repetit a naturali, proinde, aeterno, certo, & immutabili ordine felicitatis humanae nascentis & ad eum, quo descripta est, terminum progradientis. Hunc ordinem explicatura docet hominem, cognoscere se ipsum, hoc est, in suam ipsius naturam intueri, & ex ea colligere principia vitae beatae quaerendae & certum voluntatis divinae ea statuentis indicium.

Est itaque *disciplina originem & colligationem legum naturalium cum felicitate generis humani, modumque & momenta efficacia iis legibus convenienter agendi, distincte explicans.*

Leges naturae praecipiunt 1) studium cognitionis verae consequendae, quid sit, dictatis naturalibus convenienter agere, 2) studium alacritatis.

(præmititudinis) comparandaes, conservandaes, & augendae in actionibus ei cognitioni convenienter regendis (§. 196.) Inter se cohaerentes utriusque illius studii regulas tradit *philosophia moralis*. Igitur id studium hujus disciplinæ finis recte dicitur.

§. CCLI. *Fructus Ethicæ philosophicae*, quo vincit vulgarem morum doctrinam paucisque sententiis: haud conjunctis comprehensam, (§. 259.) positus est in pluribus & majoribus subsidii, ignoracioni praceptorum vitae utilium, errori in iis statuendis & applicandis, atque in iisdem exequendis languori, occurrenti aut mendaciam adhibendi.

Perfectionis ejus est *consensus cum fine*, quem collineat, nempe cum sapienti vita rectione. Qui consensus quo est major, eo illa est perfectior. Quo plura omittit, quae ad beatæ vivendum faciunt, eo magis decrescit ejus perfectionis. Haec nulla est, cum Ethica fini suo repugnat.

Patet ex dictis, perfectionem aliam hujus disciplinæ esse propriam, (§. 257.) aliam cum reliquis disciplinis communem. (§. 252-256.) Quippe in disciplinis omnibus eo enitendum est, ut veritas & foecunditas enuntiatorum, gravitas rerum, de quibus differitur, simplicitas principiorum, ordo in conclusionibus connectendis, facultatem eas res intelligendi & intellectus retinendi adjuvent. Praeter haec, proprium est Ethicæ, ut sit flexanmis, seu, ut vulgo dicitur, ad cor movendum præcipue spectet (§. 138.). Itaque illi, qui in contextuendis vitæ præceptoriis regulam philosophorum more versantur, hanc regulam sibi merito proponunt: observa naturam hominis & actio-

actionum humanaarum exitus; ex observationibus certis, conclude principia; haec inter se cohaerentia clare & ordine naturali atque ad voluntatem flectendam apto trade.

§. CCLII, De partibus, ex quibus constat ea, quam definivimus, hujus disciplinae perfectio, distribute dicturi primum animadvertisimus, operam dari debere, ut vera vitae pracepta recte tradantur. Vera sunt ea sola, quae cum natura, proinde cum felicitate hominis consentire, (§. 42.) evidenter cognosci & ostendi potest. Quamobrem non omissio sunt eae vitae regulae, quibus non nisi summa cum difficultate obtemperari potest. Ea vero non sunt praecipienda, quae fieri omnino non possunt, vel quae, si fiant, emtas majori dolore voluptates gignerent, vel dolores sine ulla spe probabili majoris oblectationis ex iisdein extituros crearent, (§. 61.)

Falsarum, ut hoc utar, praceptionum plena est *Ethica*, tum laxior, tum tristis, austera, ultra fas rigidior. Illa omittit officia, quibus homini in praesens suavia intcipiuntur, commodis contenta externis negligit, momenta recte agendi nobiliora (§. 197.) integumenta peccatis praebet, & conscientiae vulneribus cavillatione scholastica, aut piaculi, quo mens non mutatur, levitate medetur. (a)

Ethica christiana negat homini, quae concedi salva ejus

(a) Exemplum memoratu dignum praecepti tertiij dedit Adalbertus Archiepiscopus Bremenensis, qui cum Henrico IV. Imperatoris moribus regendis se ipsu[m] praefecisset, teste Brunone in *historia belti Saxonici*

eius felicitate possunt, inflamat semper dolendi, & diminuit ac fere ad nihilum redigit gaudii quaerendi studium; perinde ac si desperata vitae suavioris usura hoc unum esset relictum mortalibus, ut se contra asperum dolendi sensum ipsa doloris perpetuitatem ac duritia quadem adscititia arment. Reddit itaque, ut cum illustri Philosopho ALBERTO loquar, existentiam hominis insipidam, facitque, ut potius vitam utcunque trahas, quam ea ex voluntate divina fruaris,

§. CCLIII. Praecepta vera (§. 252.) clare & ad mentem cognitione certa imbuendam accommodate tradi oportet. Haec certa persuasio fundamento tam firmo ac solido superstruenda est, ut *evidentias Mathematicae* accedat.

Ob eam causam singulae notiones accurate a similibus distingui & pressे enuntiari debent. Semel terminatas vocum significationes, (v. c. *laesio*nis, *offensio*nis, *damni*, *incommodi*, *juris*, *aequitatis*) firmiter retineri oportet. Quod quamquam jejunum & exile dicendi genus videri potest, tamen in his rōbus utile est, propterea quod lucem cognitionis impediunt vagae locutiones, & unctior ac splendidior oratio exitio-sam notionum confusionem gignit.

Judiciorum singulorum veritas a probationibus certis duci debet: *argumentationum* firmitas a judiciis antea positis extra controversiam. Cum exigantur

p. 101. *boc velut Apostolicum dabat ei praeceptum, facies omnia, quae placent animae tuae, boc solum observans, ut in die tuae mortis in regnū fide iuveniaris.*

tur probationes indubiae, perspicuum est, non sufficere hypotheses gratis sumtas. Quales sunt regulae, quas neque experientia indubitata, neque ratiocinatio a veris rerum notionibus versusque principiis ducta confirmant.

Nec minus planum est, probationem non posse subsistere in sola paucorum hominum auctoritate, qui in praeceptis vitae docendis laudabiliter versati sunt, ne quidem illam sufficere, quae *consensu sapientum aut populorum* nititur. Num enim Deus, futuri hominum status ab aeterno scientissimus, notitiam certam regularum vitae suspenderit a commercio gentium, cui multas causas impedimento fore praevidit, a navigatione sero ultra terminos antiquis notos problata, a relationibus peregrinatorum dubiae fidei, a librorum multitudine, & a lectionis assiduitate? Cum etiamnum partes orbis ignotae aperiri pergent; quis certus esse posset, vera tradi officia, si scientia recti & boni penderet ab indagatione, num idem de eo videatur hominibus vel populis omnibus. (a) Allegari merentur, qui plerosque mortales acumen superarunt, non tanquam si essent legumlatores, sed in quantum sunt accurati indolis humanae observatores & testes eventuum, ex quorum constantia regulae vivendi conficiuntur (§. 43.)

§. CCLIV. Praestare autem videtur, ut in probatione horum praceptorum incipias a manuductio-
ne lectorum vel auditorum ad sensum cujusque suum
internum percontandum, tum & ad effectus actio-
num

(a) Cf. GROTIUS in *Y.B. & P. Prolegom.* §. 49.
46. & lib. I. c. I. §. 12.

num observandos, quorum fidem faciunt sensus externi & experientia; ac desinas in iis, quae a primis veri principiis, illisque enuntiatis petuntur, quae in aliis disciplinis demonstrata & evicta pro indubitatis sumuntur. Uti *psychologia*, quam recentiores philosophi vocant *empiricam*, praecedere solet eam, quae *rationalis* dicitur: ita perutile videtur, Ethicam *experimentalē* (si vocem *physicis* familiarem huc transferre licet) illi praemitti morum doctrinae, quae quoniam argumentationes *a priori*, ut ajunt, contextit, *rationalis* appellari possit. Scire hominis non est, ut PLATO putavit, *meminisse*, sed *observare*.

Quod stadium decurrentibus perutilis erit *Historia*, ut quae tantum *Ethicæ* roboris praefestet, quantum haec illi reddit lucis & dignitatis.

Animus observationibus factorum & eventuum humānorū veris præparatus facilius invenit ratiocinia, quibus veri falsique boni distinctio explicatur, ab aliis inventa cupidius audit, cognitioni suae novam lucem, novum persuasionis gradum addi, impensis gaudet, tandem ea, quae legit & audit, ad suum ipsius statum lubentius applicat.

Insuper hac via effici potest, ut, qui primo aetatis vere se huic dant disciplinæ, non prius *disputare*, quam *intelligere*, nec *demonstrare* citius, quam *sentire*, incipient, neque tam *loqui* discant, quam agere. (a) Nam non in exercitationem, nedum in ostentationem ingenii, sed in remedium animi, haec pars philosophiae inventa est.

§. CCLV.

(a) Cf. doctrina ARISTOTELIS *Ethic.* I, de quaetione, *an juvenis sit idoneus auditor Ethicæ.*

§. CCLV. Hactenus de veritate *praeceptorum*. Secundo, uti a minutissimis acutis omnino abstinendum, ita nullum vitae regendae *praeceptum* *fœcundum* est omittendum. *Conclusionum forax* appello illud, in quo distincte cogito mens. *complures conclusiones utiles facile cernit.*

Qui v. e. officia ex religione nascentia vel universa vel ex parte omittunt, quive exiguo hujus vitae curriculo felicitatem terminantes de *præceptis* alteri vitae profuturis non cogitant, aut qui *præcepta* praetererunt necessaria in vita negotiosa, & in primis illorum, qui societates maiores moderantur: illi nobiliorem Ethicæ partem intactam relinquunt.

§. CCLVI. *Tertio*, *præcepta paucā*, hoc est, nulla alia, nisi ad demonstrandas conclusiones necessaria, tradi oportet. Eorum autem collocandorum haec servanda est series, ut, quemadmodum alia ex aliis nascantur, facile perspici queat.

Paucis legibus natura maximos & plurimos effectus gignere solet. Ars naturam fecuta nunquam aberrat. Hinc cavendum est, ne *polemicae moralis* tricis potius implicentur, quam disputationibus, quae ad perspicientiam dogmatum recta ducunt, eruditur lectores & auditores. Partitionibus infinitis, problematibus & controversiis subtilioribus, quam utilioribus, ab officii veri intelligentia & amore distrahuptur animi. Brevitas ipsa eorum, qui accurate nem quaque, uti est, enuntiant, & quaedam rerum ac verborum quasi compressiō dictorum lumen auget. Sane cognitio rerum, quae tractantur philosophica quo fit uberior & lucidior: eo angustiora, teste *historia lit-*

litteraria, sunt volumina, quibus illarum doctrinarum principia continentur.

Ut natura nihil huiusmodi aut divulsum efficit; sed res, quas produxit, omnes admirabiliter vinculo copulavit: ita in via quoque, (relatione) quam habent actiones ad felicitatem agentis, inesse ordinem naturalem certum & immutabilem ostendimus. (§. 40.) Ethica est modi atque ordinis, expressa effigies, quio natura homines sua ipsorum commoda docet, ad ea diligenda invitat, & ea ipsa bene agenti impertit. Igitur et melior est ordo doctrinarum moralium, quo propius ad simplicitatem naturae ars eum ordinem exponens accedit. Hac enim via erroribus faciliter occurritur, rerum, quae doceantur, cognitio clatior & efficacior comparatur, ac de factis vel suis vel alienis, bonis aut malis, prouate & certo judicandi facultas acquiritur.

Quanto fructu talis Ethica (*Systematica*) illis doctrinis praefest, quae instar insularum nullo ponte junctorum inter se haud cohaerent; historiae philosophicae urchinque peritum latet neminem. In primis ex quo via & ratio illustrandi praecepta vitae ad *Mathematicum rigorem* dirigi & exigi coepit: pauciores in disquisitionem veniunt, quos vocant, *casus conscientiae*, hoc est, facta, de quibus, num voluntati divinae sint contentanea, ambigitur. Sique id genus causae incident, cum olim viderentur inexplicabiles, facilius solvuntur. Quippe infinitae quaestiones de bono & malo in vita hominum occurunt propter infinitas factorum differentias, quae ex discrimine temporum, locorum, personarum existunt. Artis est, ita connectere vitae praec-

praeceptiones, ut eas intelligenti facile sit, factum, quod proponitur, ad suam quodque regulam referre. In hoc habitu acquisito vis iudicii pragmatici cernitur.

§. CCLVII. *Quarta pars perfectionis doctrinarum moralium est earum propria, ut, cum illarum fructus non in sola contemplatione veri, sed praecipue in actione sit positus,* (§. 152. 232.) eo modo tradantur praecpta singula, ut in cuiusvis, qui eruditur, mente quosdam aculeos relinquant. Quamobrem enitendum est, ut effectus actionum, de quarum norma quaeritur, bonos & malos lector quisque aut auditor habeat ante oculos, atque adeo regularum utilitatem non solum intelligere, sed & sentire possit. Hic *fensus obligacionis*, (§. 216.) omnem doctrinarum veluti chlorum semper comitatus, perpetua exercitatione in alteram quasi naturam paulatim traducatur, ut vi ejus occulta & magna robur sapientiae & virtutis plenam menti comparetar. (ε).

§. CCLVIII. Concludimus, cum ex dictis superioribus pateat, basin, qua Ethicae perfectio (§. 232.) nitatur, esse convenientiam praceptorum cum natura, eam *Ethicam* non esse dignam nomine *Philosophicae*, in qua conficienda illa lex docendi prima negligatur. Aut enim falsa tradit, aut non demonstrata naturae praescripta, ac solas hominum de illis opiniones complectitur. **Recte JUVENALIS:**

Nun-

(a) Cf. de fructu, qui ex his scholis capi possit & negligatur SENECA ep. 86. & 108.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.

Perfectio autem hujus disciplinae habet gradus.

Augetur, quo dilucidius, certius, pressius, singula praecerta vera, & quo copulatius atque ad moverandam voluntatem aptius. ut versu[m] enuntiantur. n[on] illi modo, ut rite et iusta sententia fuisse. sed etiam modo, in quo etiam iuste sententia fuisse videatur. CCLIX. Tantum ruris & illius inculta nonquam natio aliqua fuisse videatur, nullas ut vitae praceptiones brevibus formalis comprehensas posteri majoribus suis acceptas referent. Fieri potest, ut auctae quaedam sententias diluvio magnis superstites inter primos Noachidas valuerint. Saltem vetus faber nationes Asiam inscolentes, ingenio que praecellentes collecta majorum siveque observationibus. Eustachae Samia proverbiis comprehenderunt, quae quo magis habere aceruginem venturatis, ed omnia que religiosis custodienda videbantur, incipiunt ipse regnum & suorum.

Pro ingeniosis diversis earundem nationum Atticarum & Aegyptiorum, summa scientiae existimacione quondam florentiori, Ad quam Ingéniorum differentiam malorum validis coeli et que conditione & consuetudo viveendi, formae praceptionem ab aliis alias placebant. Erant populi, quos paradigmata, fabulas, parabolae, figurae hieroglyphicae &c. ad certa officiorum genera perspicienda & colenda potentius movebant, quam contexta ratiocinia. In parte orbis, quae septentrionem spectat, sarcinum iusus ab praevaluit,

Neque multis consertisque vitae legibus videbantur indigere Nomades, & universe omnes, quos vita pastoritia, venatoria, pescationi dedita, sive agriculturae, a cognitione & desideratione innumerabilium vitae socialis commodorum antiquitus retrahebat,

bat, proinde contagioni aut periculis sociates majores hominum custiorum comitantibus haud objiciebant. Etenim non tam bene cum rebus humanis agitur, ut proportione cultus & acuminis ingeniorum semper crescat amor boni & vigor igneus virtutis.

Postquam præsca, quam THUCYDIDES pinxit, morum feritas in Graecia mitigari coepit coactis ex agro in oppida hominibus; in illis tostibus: aetiori loeo descriptis lumina ingeniorum de minimis accendi coepérunt. Prominueront artes illiberales & liberales. Sensus pulchri tam acutus paulatim erituit; ut, ad eum nostri temporis sapienti effingente, summae artis esse judicetur. Verum haud pares fuere successus in componenda arte vivendi. Fortitudo, quam virtutum quasi regiam censeri mos erat, in sola periculorum despiciētia ponebatur. Eloquentia ad regimen populeum accommodata non erat, quam esse oportet, sapientia loquens, sed a Sophistis in artem argute cavillandi suorumque hebetioribus faciendi detorquebatur.

Intuens in hunc rerum statum SOCRATES, (natus ante aeram Christianam a. 468.) post septem illos Graeciae sapientes, (quoisque eo nomine dignos?) & post PYTHAGORAM in Graecia magna vitae regendae principia docentem, e coelo philosophiam in terram revocavit. Quippe homines præsertim eos, qui reipublicae operam dare vellent, bene conformandos, tunc in coelio contemplando defixos, saltem disciplinam morum negligentes, vel totos in arte disputandi Sophistarum more occupatos, traduxit ad notitiam hominis quaerendam, ad fontes errorum vitae vulgarium aut privatorum investigandos, atque

Z ad

ad studium impensis recte sentiendi & agendi. Eum CICERO praedicat posse dici philosophiae parentem. Doctrina de moribus sapienter regendis elim erat farrago inconditæ sententiarum & opinionum. A Philosophis Graecis, quorum solertia praecipue Socrates inflammaverat, in disciplinam convertebatur.

Viam & rationem docendi sententiasque Socratis certius ex Xenophonte, quam ex Platone, suas magistri dictis opiniones afflente, cognoscas. Erat illa via ex celso tanti viri ingenio digna, & ob hanc causam vix imitabilis, quod doctrinas suas non eo, quo nunc fit, modo inter se devinetas cuique traderet, sed ad personam, quam vellet corriger aut in viam virtutis ducere, aptaret. Quam enim quisque recipere curationem, explorabat, eamque opportune hoc modo adhibebat, ut acutis & naturali ordine inter se concordia interrogationibus exprimeret ab eo, quicum colloqueretur, responsiones certas & necessarias, nec prius in his eliciendis progrederetur, quam ad eam conclusionem venisset, quam siam quisque stukitiam manu tegens se ipsum reselleret (a).

§. CC LX. PLATO Socratem, magistrum suum, 8 annos secundus est, & haud patum ex Pythagorac doctrinis hausit. Ejus ubertatem admiratur CICERO, & se eo multum uti, praecipue in ea, quae ad leges ferendas spectat, sapientiae par-

(a) CICERO Tusce quæst. III, 32. cum Socrates, inquit, Alcibiadi persuasisset, ut accepimus, cum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem sumpto loco natum. Et quævis bajulum interesset, cum se Alcibiades afflictaret, incravansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet, turpitudinemque deppelleret, &c. Id. de inv. I, 31.

parte profitetur, eumque a *Panaetio* memorat *Homericum philosophorum* appellari; quod judicium magni facit. In Platonis erroribus quoque singularis ingenii excelsitas pellucet. Tantum valuit in occultanda arte de praeceptis vitae sublimibus differendi contextis argumentationibus; ut vix quisquam id fastigium eo modo docendi attigisse, videatur nisi forte in Germania *Leibnitius*.

A R I S T O T E L E S, Platoni per annos 20 auditor; *Alexandri M.* praeceptor, tramitem a magistro traditum deseruit, novumque sibi philosophandi orbem descriptis. Excellit in doctrinis, quae spectant ad gustum perficiendum & ad intellectum humanum veri falsique dignoscendi regulis instruendum. In arte politica non commentariis praescriptis deformanda, sed ex usu quamplurium civitatum colligenda egregius, non aequem accuratus est in tradenda disciplina vitae beatae.

De **E P I C U R O**, qui centum annos post *Socratem* docuit, de *Cyrenaicis*, quorum auctor **A R I S T I P P U S** operam Socrati dederat, de *Cynicorum* schola, cuius conditor **A N T I S T H E N E S** Socratem post *Gorgiam* audiverat, deque **Z E N O N E**, (qui centum annos & amplius a Socrate disjunctus vixit) deque illustri, quam instituit, *Stoicorum* secta, infra norinulla degustabimus, & in parte I. quaedam occupavimus.

Hos vero *Philosophos dogmaticos* exagitabant *Sceptici* eodem, quo **A R I S T O T E L E S** docebat, tempore a *Pyrrhone* exorti, & *Academiae mediae* ac *noyaë* principes, qui quod illi certum statuerant, ad *pétitiones principii*, quas *Logici* vocant, rejeciebant, & in disciplina morum quoque nihil certi inesse aut sciri tradebant. Quod quam esse possit extiosum, facile intelligitur.

§ CCLXI. Moribus Atheniensium & paulatim reliquorum Graecorum, denique Spartanorum, corruptis, (a) *Graecia* universa in ditionem Romanorum venit. *Capta*, ut inquit HORATIUS, *artes intulit agresti Latio*. Jam sexaginta & amplius ante initium aerae Christianae annos nobiliores quique Romani litterarum causa se Athenas conferebant, quae tunc commune sapientiae & plerarumque artium domicilium habebantur, aut praceptorum Graecos, undiquaque mercedis causa Romam confluentes, liberis suis erudiendis praeponebant, a quibus sermonem, elegantiores litteras, dogmata Philosophorum Graecorum disserent. Et quanquam illos scientia, quasi nationis suae propria, inflatos contemtim Graeculos homines appellarent, ac levitatem moresque Graecorum a prisa Romanorum gravitate alienissimos primarii in republica viri despicerent (b): tamen negari non potest, doctos homines plerosque philosophiam de Graecis auctoribus assumtam tantum latine reddidisse, atque ad statum suum publicum ac privatum accommodasse, (c) inter-

(a) Cf. CICERO pro Flacco c. 4. Adde eundem de legibus II, 15. disputantem de musicis legibus, quas non posse mutari sine mutatione legum publicarum, Plato censuerat.

(b) CICERO de Orator. I, 19. Quis enim est Graecorum, qui quenquam nostrum quicquam intelligere arbitretur? Ibid. c. II. verbi controversia jam diu torquet Graeculos homines contentiose, cupidiores, quam veritatis. LIVIUS VIII, 22. gentem lingua magis ptreñiam vocat, quam factis.

(c) V. de historia philosophiae Graecae cum Romana collatas CICERO de Offic. I, 1. seq. III. 3. seq. Tusc. quaest. I, 3. seq. V, 4. de Fin. I, 3. seq. de Orat. II, 36. seq..

PARS. II. *Felicis demonstrantibus*, SECTIO II. 355

termixtis majorum suorum institutis & sententiis.

Philosophia *Epicurea* multis placuit, qui aliquo in republica numero CICERONIS & Augusti aetate essent, Stoicorum disciplina Catoni, & saeculo I. praecipue turbidis ingenii, quae reipublicae formam esse mutatam dolerent. Ictis saeculo I. 2 & 3. probata ad eos in recti justique studio imperterritu confirmandos, infixo mentibus mortis contemptu, multum valuit.

CICERO ut in *Academicis quaestionibus* veritatem notas investigavit, in libris *de finibus bonorum & malorum* ac *Tusculanis quaestionibus* sapientem perfectum, id quod ultimum est in actionibus regendis semper querentem, sibique plene consentaneum fixit, & in libris *de legibus* melioris juris Romanorum publici principia in disciplinam redigere conatus est; ita in libris *de officiis*, praecipue *Panaetium* secutus, viuum civilem formare studuit, qui nobili semine orruis in republica Romana gloriam, auctoritatem, honores, favorem optimatum & multitudinis, sibi comparare laboraret (*a*). Unde multa, quae hodie in libris *Ethicis* tractantur, officia omisit, & nonnulla ad populares ea aetate opiniones accommodavit.

Sub occasum & post interitum imperii Romani Patres ecclesiae disciplinam de officiis aggressi putarunt, se philosophorum dogmatibus non indigere, eosque se gesserunt, ut doctrinis suis plus auctoritatis no-

(*a*) In tali viro conformando quid disciplinae Stoicorum tribueret, de *Oratore* III, 18. exponit: valde est autem absurdum, ei concessionem, aut senatum, aut ullum coetum hominum committere, cui nemo illorum qui adsint, sanus nemo civis, nemo liber esse videatur. Add. de *Finib.* IV, 8. seq. de *Off.* II, 14.

nomine, quo splendebant in ecclesia, quam dispu-tandi acumine & probabilitate conciliariint.

§. CCLXII. Successerunt tempora cuius eru-ditionis parti, & speciatim morum doctrinae, no-ccentissima. Disciplina vitae in artem disputan-di de praceptis vivendi ab *Aristotele* traditis degenerabat. Quaestiones minutae, quae ad vi-tam regendam parum prodeßent, impenso stu-dio, (a) maxime paene nullo, agitabantur; id autem, quod *Theologi Scholastici* doceri nollent, nisi miris distinctionibus involutum, tradere paene crimen erat.

Mille annis exactis diffugerunt tenebrae, quibus literae obductae erant, nempe post saecu-lum XV. medium. Nec tamen lux serena in arte vitaे tradenda, nisi sero, refulsi. Lacunas & vi-tia ejus disciplinae eo, quo erat, acutissime per-spexit *BAZO DE VERULAMIO*. Consilia dedit. At quid conandum erat? num soli erant fontes anti-qui adeundi, & ex illis vitae leges hauriendas? Atque iisdem intellectis num erat aliquid ultra, quo acutius recentiorum philosophorum progrederetur?

Quaestio, ut videtur, eo reddit; num appa-reat, libros veteres, qui ad aetatem nostram per-venerunt, occupasse omnia, numque natura in conservandis ingenii humani viribus successu tem-poris adeo effoeta esse coepérit, ut nihil ex se ipso quisquam efficere potuerit, nihil praestare, nisi interpretari dicta veterum & sequi.

Igitur.

(a) Specimina, quae miseris cuiquam in memorem venire potuisse, narrat *TRIBECHOVUS de Doctori-bus Scholasticis* p. 46. seq. 150. 159.

Igitur 1) nullisne post veterum studia errores super-
fuerunt profligandi, & profligati sunt? 2) Nihilne
lucis accedere potuit, aut accessum in notis veterorum
officiorum desinendi, inque tractandis illis praeci-
pue officiis, quibus civem non solam cum cive,
sed etiam cum quavis homine natura deviavit? 3)
Num nullae *dissertationes*, nullae *falsarum vitae regu-*
lerum refutationes, nullae *refutaciones probations*, sunt
repertae meliores? Num 4) in ipsa praeceptorum
quasi coagmentatione ordo naturae magis con-
sentaneus non potuit reperiiri, neque est repertus?
5) Num arctissima copulatio, qua timor suscipi-
tur, continetur cum officiis hominis erga
hominem, recentiorum philosophorum studio haec
lucidius patuit? 6) In momentis voluntatem ad
mala fugienda & ad bona vera expetenda flé-
cientibus, verbo, in observatione naturae, praet
cipue humanae, nihilne est recentiori aetate cog-
nitum, quod nobis non aperderint, imo quod non
melius perspexerint, veteres Philosophi?

Mea quidem sententia etiam ad hujus disciplinae incrementa referri potest illud Tacitus:
haec nobis majora. Certamira ex honesto ma-
nuscent (a). Quisquis a partium studio alienus spe-
caverit progressiones in anthropologia & Phy-
siologia factas, stadiumque philosophantium, non
ab auctoritate eorum, qui superiori tempore vixe-
runt, sed ex ipsa rei natura & adhibito experien-
tiae subsidio praecepta vitae colligendi; is haud
negaverit, Ethicae multum lucis & roboris, &
longe perfectiorem docendi rationem inde a sae-
culo XVIII. accessisse; at multum tamen, in quo
elaboretur, supereesse.

§. CCLXIII.

(a) *Annal. III, 17.*

Z 4.

s. CCLXIII. Doctrinam de officiis, ea, quam qui solis rationis viribus subnituntur, contexunt, sublimiores, **CHRISTO**, summae virtutis imaginis vivae, acceptam referimus. Haec vero non respuit pracepta vitae naturalis; tamquam si parum referret, ea cognoscere & impere studere, sed illorum cognitionem ac studium exigit mentibusque inicitat, & majori momentorum (§. 2.) numero ac pondere confirmat.

Utraque virtutis disciplina sibi repugnare negavit, utpote ab eo profecta auctore, qui neque in consiis suis, neque in illis, quae hominem scire & efficere voluit, sibi refragari potest. Insuper utriusque eadem meta proposita est, viae ad vitam beatam demonstratio. Quare qui inter has disciplinas potant pugnare intercedere: illarum ignorantias naturae leges, aut cum doctrinis **CHRISTI** opiniones interpretum commiscent.

Fuerit diu haec philosophiae pars habita pro Theologiae Scholasticae ancilla, cuius dominata oppresa latuit, ac tardiores progressus fecit. Sero in libertatem restituta maneat ejusdem quandoque adversaria. Nunquam fuit vera, aut esse potest, cum opponitur religioni. (§. 226.)

SEC.

S E C T I O III,

Concentus univerformam hominis officiorum

§. CCLXIV. **S**imilia est legum naturalium con-

sensio, proinde & officiorum,

quae illis statuuntur. Ethica sequitur naturam.

(§. 250.) Igitur in singulis vitaे præceptionibus genus & gradus homi, ad quod tendunt, ita exprimatur, necesse est, ne quis pugnat aut conflictui locus detur. (§. 227. 248. 251.)

Accedit, exceptionibus ad regulas adjectis harum perspicuitatem minui solere. Quo sit, ut disputacionibus perplexis, fenestra aperiatur. Cui consenserit, ut norma sit incerta, de qua ambigatur, num ad omnes, an tantum ad plures actus pertineat; proinde haud dico, potest norma naturalis. (§. 237.) Ipsae regulæ, quae de subiecto movendo officiorum confictu tradi solent, saepè perobscure sunt, & cum in item præsentem venient, tam difficiles, ut nodos nectant, pon solvant.

(§. 238.) ut nihil quidam, qui in aliis casis vitaे regulae in uno (o, et aliis) in aliis. CCLXV. Cui difficultati utrè occurritur, si opereae pretium est, aliquod quasi *punctum yisus*, fixum requiri, ex quo, quemadmodum præcepta alia cum aliis copulentur, cerni possit. Ob eam causam interest, studiose investigari enuntiatum quoddam generale, evidens, verum, quod solo ratione, nullo revelationis, subsidio probatum fines boni & malii regat. Tale est, quod noras certas ac perpetuas officii cuiusque naturalis uno quasi sub aspectu ponit, quibus officia naturalia ab iis, quae non sunt na-

turalia, vel ab actibus legi naturae aduersis, accurate discernantur.

Principium, in quo fundementum Ethicæ ponitur, (fundamentale, seu principium cognoscendi alii vocant) dici potest enuntiatum, in quo inest ultima & certa ratio probandi officia naturalia, sive quo concessio aut evictio, officia naturalia omnia probari & a falsis dignosci possunt.

§. CCLXVI. Multæ & perplexæ de talibus enuntiatio controversiae non evincunt, nullum rea periri posse, aut repetitum exiguae esse utilitatis.

Varietas sententiarum partim oritur a diversa significacione, quam nominis legum naturalium multisubjiciunt scriptores Ethici, nonnauquam a cupiditate aliquid dicendi, quod non dictum esse prius videri possit, saepe a festinatione in contemplanda propositionum aliarum ex aliis nexarum serie. Qua festinatione fit, ut id enuntiatum i quod multis habeatur præceo, quod omnibus officiis demonstrandis inserviat.

Enuntiatio, cuius basis totu legum naturalium disciplina superstruitur, (§. 265.) debet esse a) vera, b) evidens, c) citra auctoritatem revelationis divinae probari posse, & d) rationem ultimam continentem, ex qua clare & certo cognosci possit, cum ea agendi regula, quae pro vera habetur, vera sit, hominemque vere obliget (§. 242.)

Rem minus explicare videntur, qui vel voluntatem Dei, vel dictamen rectae rationis, vel ordinem naturas, esse hujusmodi principia cognitionis legum naturalium, contendunt. Nam de eo non queritur, cum faciendum sit, quod Deum vel

yelle, ratio nō docet, sed quid sit illud, quod Deus fieri velū? quid illud, quod ratio intelligat, homini convenire?

Nec tam quaeritur, num vita sapientis debeat esse conformis ordini naturae? id quod docuerunt veteres, & magno consensu profitentur recentiores, sed quis sit naturae ordo? ad quem disciplina vivendi sit accommodanda, ac qua enuntiatione generali, brevi, foecunda, effici possit, ut differentia ordinis vere naturalis ab opinato, (nam & in morbis aequa animi ac corporis quandam ordinem inesse videri posset) accurate ac facile dignoscatur.

Similiter *studium recti (rectitudinis)*, quod non nulli allegant, rem, de qua quaeritor, non absolvit. Nam quis est animus rectus? qui viam rectam vitae beatae legibus naturalibus monstrat novit ac tenet, qui pravam studiose fugit & aversatur, verbo, in quo inest robur, quod virtutem appellamus (§. 199). At de via, quid si rectum, quid non sit, nouis certis distinguendis, illud principium nihil decernit.

§. CCLXVII. Multa id genus enunciata, a quibus principia doctrinarum moralium viri docti duxerunt, verbis magis, quam re dissident.

Ex adverso non desunt, quas quanquam eadem esse videntur, tamen maxime discrepant.

Si v. c. statuerunt veteres, sequere naturam, & recentiores cum WOLFRIMO docent, perficie (quae enuntiatio aliquanto apertius rem explicare videtur, quam illa retusior: sequere naturae ordinem) idem non dixerunt, licet dixisse videantur.

tur. Dogma enim, *perfecte*, significat: sic dirigere actiones liberas, ut cum *natura tua*, sive cum *actionibus*, seu, ut alii efferunt, cum *determinationibus naturalibus*, consentiantur. In hac harmonia, quam in Parte I. exposuimus, ponitur *perfectio hominis moralis*, hoc est status durabilis ex rectione actionum liberarum orti consensus cum natura hominis.

Nihilo seciū differunt haec enunciata. Veteres enim Stoici, secundum quos *ex natura vivere*, sive *naturae suae convenienter vivere*, est optime vivere, solent *naturam divinam* ab *humana* non separare, praecepta de vera religione naturali vel nulla, vel minus recte statuere, eventus humando *fato* subjecere. Ex sorum sententia sapiens circumfusus multis dolorum gignendorum causis hoc agit, ut perpetuum mentis aequabilitatem sibi comparet. Quod fieri non potest, nisi mentem gaudii considerationi & voluptatum corporis dulcedini haud adsueverit, ingrata autem quaque, paupertatem, exilium, morbos, infirmam valetudinem, sicut eventus fatali necessarii subjectos, sine illa doloris sensu ferre adsuescat. Itaque sibi perpetuo proponat. Tales casus tristes si sigillatim atri quisque lapillis denotet, & jucundos albis longe majorem illorum, quam horum numerum annuatim proditum. Ex quo hoc officium manare celsuerunt iidem Philosophi, ut mentem adversus quasvis commotiones jucundas aut soerbas, ohdures, tempore eundem vulnus in utraque fortuna conserves, lugeasque nunquam, nee gaudeas vanis, consolatione nulla egeas, quia, ut Cleanthes Zenonis discipulus dixit, malum illud quo affligantur insipientes, v. a morte propinquai & amici, malum non sit. Tandem

sa.

sapientem vitae taedio correptum sibi portam libertatis morte voluntaria aperire, contendunt.

Ab his doctrinis longissime absunt recentiores, qui studium perfectionis inculcant.

§. CCLXVIII. Veteres, qui extremum vitae praeceptum praescribunt: *fratre voluptatibus, easque auge: maximopere ab iis distant, qui nobiscum praecpta naturae redigi posse censem ad hoc ultimum, quo nos natura ducit; perpetuos in felicitate tua progressus facere stude.*

Epicurus extreum illud, quo vota & facta hominum contendere debent, in *vacuitate doloris* seu *indolentia*, posuit. Non quidem omnem repudiavit voluptatem mentis, spem enim futurae & recordationem praeteritiae voluptatis vita beata contineri putavit. Neque omnem voluptatem in *motu*, seu in *titillatione* nervorum corporis positam rejecit, sed placidam mentis voluptatem a voluptate corporis ortam sufficere existimavit, quae esset similis illi, quam ex sanitate corporis capimus. Haec enim si ex sensu definienda sit, non est posita in *motu*, ut Cyrenaici loquebantur, sed magis dici potest, quid non sit, nempe absentia sive vacuitas doloris, quam quid sit illud, quod sentimus, cum nos bene valere dicimus, verbis exprimi potest.

Quanquam autem disciplina Epicuri non sit referta erroribus Cyrenaicorum, uti ex studio voluptatis, quod suadebat, contra ejus mentem concluserunt adversarii, (a) tamen multum abest ab ea Ethicae perfectione, cuius imaginem supra effecimus.

Nam

(a) CICERO *de fin. II, 24. seqq.*

Nam etiam si *Gassendo* concesseris, Epicurum non in solis voluptatibus, quae sensibus percipiuntur, subsistere, aut his unicum primum vel locam assignare, sed animi oblectationibus quoque multum tribuere, suum tamen dolori pretium non statuit, qua non re naturae viam non sequitur, sed deserit. Partim acquiescere sapientem in sola meditatione jubet; ipsumque propterea a procuratione negotiorum publicorum plane dimovet. Praeterea egregios *religionis fructus* rerum expetendarum numero non adscribit.

Qui *Aristippum* magistrum sequuntur, illi beatam vitam ex nullis, nisi quae sensus externos movent, voluptatibus constare tradunt, sublimes voluptates negligunt nullasque putant, quae ex *harmonia actionum* nascuntur, denique veras gaudendi causas exiguo hujus vitae spatio describunt.

Verum qui ad felicitatis curam revocant omnia: illi & voluptates veras a falsis, & illarum gradus accuratius distinguunt. Theologiae naturalis fundamentis innituntur. Nec eurussum vitae felicis morte finiunt, sed inchoari tantum in primo hoc studio, & post obitum perpetuari docent. Ex quibus colligunt, sic vivendum esse, ut fabula aetatis peracta animus corpori superstes ad altiorem vitae beatae gradum ab eo, quem in prima vitae periodo adeptus est, ascendere, & bonis sibi destinatis eo, quem providentia divina praefinivit, ordine potiri possit.

§. CCLXIX. Utraque praecepsio (§. 267, 268.) una, perfice te, altera, da operam assequendae & augendae felicitati; sive, actiones liberas sic dirige, ut firmam spem continui in felicitate

citate progressus fovere possis, non repugnant sibi, sed illa huic est subjecta. Cur enim in eo enitendum est, ut harmonia actionum liberarum cum natura conservetur? (§. 267.) Quoniam ex illa status nascitur plenus verarum voluptatum, cuius nunquam nos poenitere potest. Igitur obligatio hominis studendi perfectioni suae demum cognosci & demonstrari potest ex studio insito felicitatis. (§. 230.)

Posita hac obligatione conservandi harmoniam actionum (*perfectionem*), quaeritur ulterius, quanta actiones consentientes cum natura ab iis distinguuntur, quae huic repugnant? *Consensu cum finibus Dei*, inquis. Huic responso obstat, quod consiliorum divinorum particularium ampla nobis notitia haud contigit, praeterquam quod facienda sunt ea omnia, quae quis Deum velle, v. c. ex speciali revelatione novit, licet ignoret, quo consilio sibi officium aliquod divinitus injungatur. Atque eos ipsos fines, quibus convenienter agendum esse traditur, seu id bonum, quod Deus in creando conservandoque genere humano sibi proposuit, unde cognoscimus? Nonne ex *natura humana*? (§. 177.) ex *consensu rerum naturalium* & normae naturalis actionum humanarum cum felicitate hominis ad eam normam actiones suas conformantis? (§. 215.) Ne in orbem redeat responsio; proprius quoddam requitendum est principium, ex quo, quae actio cum *natura*, proinde cum *felicitate humana* finibus divinis consentanea, (§. 180.) conveniat, quaeve pugnet, clarius intelligi & certo dijudicari possit. Id quae-remus in observationibus, quas in *Parte I.* attulimus.

§. CCLXX. Vita doloris omnis expers in condi-

ditionem humanam haud cadit. Quidam est necessarius, ut valetudo corporis conservetur, & praestantia recta firmitas virium animi acquiratur & augeatur. Ars vivendi in eo posita est, ut his viribus naturahbus & acquisitis recte usi auxilioque divino adjuti dignoscamus in actionibus nostris regendis, per quos dolores non vitabiles ad eas voluptates perveniatur, quarum nos poterit haud possit, & quae sunt voluptates, per quas ad dolores inevitabiles transituri simus, quorum nos necessario prevenirentur. (§. 41.) Quodvis peccatum, seu quivis error mortalis, quivis languor in actionibus bonis suscipiendis, est effectus infirmitatis virium intellectus, (§. 207. seqq.) voluntatis, libertatis. (§. 219.) & causa novi earundem virium prolapsonis certumque indicium.

Quare vires animi corporisque corroborandae sunt & augendae, ut is error isque languor evitetur, proinde ut mens ejus status compofiat, in quo probabile firmamque spem conciperet possit, futurum, ut verarum voluptatum atiarum alias excipientium possessio interventu dolorum inevitabilis minui quidem possit, everti non possit, sed illis ipsis potius augeatur. Qui status stabilis appellatur *felicitas*. (§. 12.) Haec est capax incrementi, quod ex verarum voluptatum sensu, recordatione, spe, nascitur. Id incrementum stabile sine progressione perpetua ad virtutem capi nequit, quae est. virium moralium robur assidua exercitatione acquisitum. Igitur viribus nostris sic utamur oportet, ut summa verorum bonorum tanta fiat, quanta fieri potest, seu in solitudine, seu cum aliis hominibus coniuncti, vitam degamus. Hunc vitae modum te-

tenentes paremus voluntati divinae, quae distinctione voluptatum poenitendarum & non poenitendarum immutabili, & ea quidem nobis perspicua, monstrat viam brevissimam felicitatis. Ejus enim vias indices esse leges naturae, supra afferuimus.

Quiamobrem summa eorum, quae de vita reata instituenda in *parte prima* disputavimus, ad hoc entitiatum generale redire videtur:

Nosce, conserva, auge, & sic adhibe vites tuas, ut tantum boni quantum potes, efficiendo, atque incommoda vitae inevitabilia fortiter ferendou, voluntati divinae te respondere sentias.

Fructus vitae huic precepto consonae non est abs nihil cupiendi, nihil dolandi, nihil gaudendi, neque taedium vitae propagandae ob desiderium medicorum. Est serenitas mentis spe voluptatum verarum, & recordatione perceptarum adversa quaeque temperantis, fluxa bona non ultra modum experientis aut aestimantis, fiducia in Deum ac, quod ex ea sequitur, robore sustinentis, iisque vacantis doloribus, qui ex poenitentia nascuntur & ex desperatione.

¶ CCLXXI: Ex precepto a nobis (§. 270.) traditione eximitum officiorum naturalium concentum, nullius pugnae, nullo conflictu, turbatum, colligi posse, diligens consideratio ac collatio triplicis, quod vulgo afferri solet, officiorum generis planam faciet.

Tot sunt officia, iquit actiones liberae. Sed infinito basim numero acies ingenii nostri eas considerantibus obtunderetur, nisi ad certa genera revocarentur. Quare cuncta officia in certas quasi classes distribui expedit, ut facilius explicitur & intelligantur. Conveniunt singula & universa in principio communis, ex quo, quod sint officia,

A a con-

concluditur. (§. 270.) Eorum differentiae itaque non aliae esse possunt, nisi ratione habita diversi bonorum generis, quod ex illis accurate servatis nascitur. Id vero bonum est instans, specialis, quem quis agendo sibi proponit, quique, nisi superiori illi, quem officia omnia collineant, sit subjectus, bonus esse haud potest, nec actio cum eo congruens est officium. Similiter distinguunt postulant officia, prout illi inter se differunt, quibus aliquid boni ex partibus officii cuiusdam impleris affectur (e. g. ea, quae societati debentur). Haec videtur esse ratio tripartitae officiorum diuinorum, quam non sequuntur, quasi sit commodissima, sed quod utilitas est, & in ea parum est incommode, modo singula genera accurate definitur, ut supra.

§. CCLXXII. Officia erga Deem, a quibus invenitae incipiunt, sunt complexus accidensum religiosarum, ad quas suscipiendas, hominem obligari, ex earum copulatione cum felicitate humana (sanguis) interfingitur. (Sive actiones, quae nascuntur ex stipula Deum plenius cognoscendi ac colendi necessario ad adoptionem felicitatis generi humano destinatae.) Haec nunquam cum officiis erga se ipsos & alios contendunt, quoniam ea ad sunderi finem diriguntur. Quare frusta quaeritur, num si simul praestari haud possint, illa his sunt praepontenda? Quoq; nimirum spectant? Num ut illis servandis Deo, auct genere humano, aliquid boni accedat? Colere Deem gaudet significat latiori significatu, nisi notitia n Dei augere, ejus voluntati ardenter obsequi, & nascendem ex studio Deo placendi voluptatem purissimam constitari? Ecqua voluntas diuina est legibus naturalibus declarata? Ut certo itinere ad felicitatem nostram contendamus. Quare aut non sunt vera erga Deum officia, quae cum ceteris configentes perh; benevolent, aut si sunt talia, eadem cum felicita-

te

te nostra copulatissima esse apparet, (§. 185.) ac
propterea cum officiis hominis tum erga se ipsum,
(§. 272.) tum erga societatem, (§. 273) con-
gruere.

Sic cum *parta* *jurata* *dolo* *elicta* in *honorem*
Dei sine exceptione servanda esse, a quibusdam
affirmatur, & idem negatur ab aliis: non colli-
iduntur officia erga Deum cum officiis erga se
ipsum, sed error in vera notio re corporis divini
egregit conflictum opinionum, & inanem falso-
rum officiorum imaginem. Superstitiosus sibi saepe
fingit officia, quae non sunt, nisi vera adversus
Deum peccata.

§. CCLXXIII. Officia hominis erga se ipsum
sunt actionum liberorum genera ad vitam felici-
ter degendam necessaria, quae ab iis, quibus
Deus colitur, & alii homines juvantur, sepa-
ratis cum bonis ea consequentibus conside-
rantur. Spectant eo, ut homo illis servandis
statum suum etiam in solitudine meliorem, hoc
est, verorum bonorum internorum & externorum
feraciorem reddat.

Officia, quae sub hoc genere continentur, 1) aptissime cohaerent inter se, & 2) alia aliis non
obligantur.

Nihil illis esse copulatius, ex iis, quae in par-
te I. sect. 3. disputavimus, apertum esse arbit-
ramur. Sic temperantia in cibo potuque arcta
conjungitur cum praecepto avaritiam fugiendi.
Nam cur illa ad valetudinem vigorisque cor-
poris conservandum sit necessaria, haec autem
perpetuarum intentis sollicitudinum genitrix sa-
nitati corporis utique noceat: patet, utramque
praescriptionem, licet ad diversas actiones di-
rigatur, ad eandem regulam generalem de cura

valetudinis conspirare. Haec valetudo porro deyincta est cum robore sensuum, firmitate memoriae, verbo, cum cura ingenii & indolis. (§. 79. 205.)

Neque unquam officia singula, quae sub hoc genere comprehenduntur, inter se pugnant. Dantur enim gradus verarum voluptatum, (§. 7.) quantum congerie, dolores intervenientes superante, componitur felicitas. (§. 12.) Ergo dantur gradus bonorum. (§. 10.) Qui bona minora praeferat majoribus, re vera optionem non fecit inter duo bona, sed inter id bonum, cuius tunc aut *quovis tempore* electi eum nunquam poenitere potuisse, quodque ob eam causam *unice* bonum erat, & illud, quod hujus *unici* boni adeptionem submovet. Talem electionem non potest non sequi poenitentia, ac propterea id, quod electum fuit, boni nomine indignum est.

Scilicet in *comparatione* seu *contentione* *bonorum*, quae natura haud repugnante expetunt homines, haec regula tenenda est: ea, quae in bonis duci possunt, quaterius verorum bonorum adipiscendorum sunt instrumenta, cedunt illis, propter quae recte expetuntur. Sic commoda externa corporis & animi causa expeti decet, corporis commoditates ac voluntates propter animum. Itaque studium corporis habilitates augendi eatenus est bonum, quatenus adminiculatur officio augendi cultum animi. Corpori enim ita prospiciendum, ut progressus in perfectione virtutum mentis haud negligatur & impediatur. Quod cum fieret, homo non augeret *vires* naturae suae, sed illis, quas habet, uteretur ad perpetuandam, qua laborat, augendamque imbecillitatem (§. 270.) Similiter officia caetera, quae *statui*, quem valgo vocant *externam*, consulunt, (ad opes, fau-

to-

tores fortunaeque adjutores comparandos. &c. spectant) desinunt esse officia, si statu*m* interno hominis repugnant, hoc est, corporis aut animi vires frangant aut debilitent, Quid enim juvat esse ditissimum, & sua culpa male corpore & animo valere? carere voluptate aliis benefacienti? loco in republica eminere, & inanitatis suae conscientia quotidie angusti?

§. CCLXXIV. Officia erga societatem sunt genera actionum liberarum, quarum cum felicitate homini*s* vinculum cernitur ex bonis, quae quietem aliorum hominum non turbatam & statum eorum meliorem redditum consequuntur. Exposita sunt in parte I. Sectione 4. & 5. Abstinere a laedendis aliis, facere ea, quibus alii reddantur valentiores, prospiores, feliciores, prout alios amore complecti, est institutum vitae cum felicitate nostra connexum, (§. 156.) preinde in officiorum numero, Seu enim id agas, ut societate sapienter colenda quovis ejus fructus capias, proinde ut corpori tuo, & intellectui scitu utilia requirenti, & animo virtutem colenti, consulatur; seu labores te perficere, ut aliis per te sit melius, & viribus tuis omnibus ad hoc efficiendum contendas: non tantum hac via prosperitatem tuam (§. 21.) auxeris, sed & efficeris praestabilem statum mentis, in se & suo ergo alios studio efficaci reperientis fontem perennem verae voluptatis. Crescit felicitas pro numero hominum, qui per nos sunt felices & alios reddunt.

§. CCLXXV. Officia erga alios nunquam cum iis colliduntur, quae sibi quisque ipsi debet. Cum praecepitur, plus aliquando amandos esse alios, quam nosmet ipsos (§. 166.), revera

amor erga alios superans gradum ejus amoris, quo nosmet prosequimur, (§. 96.) neque praescribitur, neque exigi potest. Vitam aliorum nostrae praeponere possumus, felicitatem non possumus. (§. 169.) Qui pro aliis molestias sufficit, vel mortis adit periculum, is posita, quam (§. 168.) exposuimus, conditione id reapse facit, quod sibi ipsi debet. (§. 272.) Si malum nostrum sit reparabile, alienum vero, nisi nos aliquid incommodi subeamus, irreparabile, non illum, cui succurrimus, plus, quam nosmet ipsos, diligimus, sed nos amamus, qui aliquam jacturam retum aut libertatis facientes ampliorem ex beneficio voluptatem consequimur. Neque enim nisi avaro & ob eam causam corrupto animo possessio vel dissipatio pecuniae tantam voluptatem, tamque liquidam, afferre potest, quam hominis cuiusdam utilis conservatio. Si in mari jactura facienda sit, inquit CICERO de Officiis, equine pretiosi potius jacturam facies, an servuli vilis? Hic alio res familiaris, alio dicit humanitas.

Qui fit autem, ut ea, quibus sibi quisque ipsi obstringi dicitur, officia cum officiis adversus alios configere videantur? Quoniam bonorum exterorum maior, quam quod natura vult, pretium, hoc est, justo major ad cuiusque felicitatem distribuitur, & praeterea in eo pretio statuendo nascens ex horum bonorum possessione opportunitas aliis bene faciendi omittitur. Quoniam bonum societatis a multis non recte intelligitur, neque accurate ponuntur termini ejus, quod societati naturali hominum omnium prodest, & ejus, quod creditur societati singulari, praesertim civili, expedire. Bonum societatis civilis in rerum externalium opumque affluentia complures ponunt, non autem in illis, quae cives ingenio & honestate ac virtute efficiunt dig-

dignitas natura, hotnium divinitus data & beneficiis infinitis, quae Deus singulis hominibus per universam rerum naturam pro immensa & sapientissima bonitate sua peraeque offert.

Est vero aliquid bonum societatis humanae & cùjusque specialissimum in eo positum, ut alter alterius commodis non detrahatur, & a singulis non laedantur singuli nec universi. (§. 130.) Est itaque bonum quoque societatum omnium commune, defensio communis quietis, quoniam sub ea tranquillitas singulorum continetur (§. 129. 169.) Nec minus cum agitur de augendis utilitatibus alienis, bonisque exteris in complures diffundendis, quod universis, idem & singulis ejusdem societatis confortibus, utile esse oportet. (§. 166.) Non est v. c. officium singulorum aut paucorum, laborare & esurire, ut pauci aut plures sumtuosius & in rerum abundantia vivant ac propter eam superbiant. Id vero singulorum naturaliter interest, quasdam opes non acquirere, quale quis, nisi alii ad egestatem redigantur, maloque irremediabili implicitur, comparare nequeat. Sic negotiatores frumentarii non tantum vinculum caritatis, quo singula membra cum corpore civitatis continentur, dissolvunt, sed & in se ipsos peccant, qui infatibili aviditate magnas divitias subito colligendi instineti, coacto undique frumento tantum pretium in summa penuria statuunt, ut ait pereundum sit magno tenuiorum numero, aut ut hi ad consilia desperationis plena capienda accendantur. Malle inedia confici homines bonos, quam non repente locupletari, ut inhumanum est, ita & avarissimum. Quo utroque morbo affectus negotiator deserendo alios sibi ipsi nocet, poenasque duri in alios animi naturales luit.

Ex differentia officiorum erga societatem, quam
Sect. 41 expediens, contentionem eorum nullam
otiri, suo loco asseremus.

§. CCLXXIV.

§. CCLXXVI. Vidimus de his, quae viventibus debentur. Erga mortuos num singulare quoddam sit officiorum genus, quaeritur. Si notio officii, quo aliis obstringimur, ponit alterum 1) alterius ope indigere, 2) alterius auxilio feliciorem fieri posse: perspicuum ex ea definitione est, mortuos non esse ea conditione, ut officia *proprie* dicta illis praestari posse, *ratio* intelligat. An enim eorum, quae ad injuriam aut honorem suum fiunt, notitiam sensumque habeant mortui, quis philosophus definiverit? At nobis ipsis, & societati hominum viventium, debemus, ut ea, quae nobis post obitum evenire velimus, adversus defunctos non negligamus. Nihil eo de his sentiendi modo perdimus, boni autem plurimum nobis & generi humano comparamus.

Primo hoc debetur humanitati, ut mortui honeste sepeliantur. Nam & exanimato corpori humano majus pretium, quam belluino, statui, humanum est, & feritatem animi, hominem omnem, quo non indigeas, abjicientis, taurit.

Deinde mens nostra adsuefacienda est, ut non iis modo gratum facere cupiat, quos metuat, aut a quibus haud parum emolumenti ferat, sed cuivis, ac praesertim ei, quicum conjuncta est, sine spe quaestus aut metu vindictae gratificetur. Quare defunctorum mandata conficienda esse arbitrator, modo sint hujusmodi, ut eadem, si reviscerent, verumque statum verum noscent, mandaturi essent, & tanquam viri boni, ut ab aliis fierent, exigere possent. Mandata improba, veluti ut inimicitiae hereditariae gerantur, ideo negligi debent, quod talis vivorum quoque voluntas repudianda est.

Injuriam, petulantiam, proditionem, oportet per se exosa nobis esse vitia. Igitur qui mortuos la-

lacepsit, eorum secreta imprebe divulget, amicitiam, quam eum illis coluit, violat, in aequum est improbus, ac qui in vivos est injustus aut iniquus.

Fiducia enim mutua est vinculum societatis. Ex illa nascitur spes reticentiae, si cui secreta tua commiseris non animo cuiquam nocendi, sed ut a malis inceptis revoceris, aut ut bona cōsilia felicius efficias. Haec fiducia valde labefactatur, si statuatur, morte, vinculum omne solvi. Deinde innatus honoris stimulus, quicum cohaeret fuga bonae existimationis post mortem amittendae, satis ostendit, naturam velle, ut hoc quoque momentum bene agendi insolentia perfidiaque adversus mortuos non depereat.

At, inquis, mortuis non nocetur. Esto. Noces tibi, dum te malum sine periculo esse posse gaudes. An ea mens bona dici potest, quae sic ratiocinatur; qui se defendere non potest, adversus eum omnia licent, & frena malitia laxare suave est. Quid boni, immo quid non mali, a calibus sensibus metuendum est?

Merito quoque lugemus mortuos, qui cari nobis, vel meritorum gloria in societate conspicui, fuerunt. (a) Nam licet illis, ut speramus, melius nunc sit, quam nobis: tamen dissolvi societatem, cui adsuevimus, acerbum est. Recordatio præteriorum temporum nos cogit desiderare auctores bonorum, quibus gaudemus, vel & eorum, quae in posterum ab illis sperabamus. Ipsum lugendi deorum moribus receptum si tantum eo spectet, ut memoriam mortui statim extingui non patiatur,

ha-

(a) Vide, quae contra consuetudinem indulgendi lugui ex Stoicorum sententia disputavit CICERO Tusc. qu. III, 19.

A 2 5

habet eam utilitatem, ut quoddammodo obsecet levitati hominum, qui nemotos ab oculis suis oblivione detent, proinde magni non aestimant quenquam, nisi quandoiu iis est viribus praeditus, ut profit. Si quisque etiam ignoris in omne aequaliter benefacere debet, quippe possit; posteros quoque decet, majorum beneficia gratia mente recolere, & per quos creverint, florent. In genio animoque valeant exquirere, statusque sui boni effекторum perpetuo venerari.

S. CCLXXVII. Quibus constitutis intelliguntur, repudiandam esse. **M. A. M.ILLI** opinacionem, existimantis, fugam viatorum & florem societatis sibi repugnare, illis vero ingruentibus prosperitatem publicam augeri.

Etenim sunt primo quaedam vitia temporum, quae magis opinione hominum, quam quod naturae adversentur, reprobati solent. Senex, idemque vehemens laudator temporis aeti se puerò, in mores saeculi corruptos invehitur querulus, cum filii nepotesque, quos parsimonia sua locupletavit, suorum temporum mores fecuti, maiores, quam quibus ille in puerita sua adsueverat, sumtus honeste faciunt. Similiter austeriori morum & ferociae cuidam a majoribus traditae assuetus cum videt mitescere mores, a quavis feritatis inveteratae mitigatione vitaque elegantia libertati civitatis florique, ac dignitati imperii, interitum minatur. (a) Ex virtutis, quae opinio-

(a) Sic cum Vannes, ex Arsacidarum gente, a primis Parthis Roma accitus, regnum capesseret, postquam Parthos subiit pudor, petitum alio ex orbe Regem artibus Romanorum insecum, Rex deditaantes ipse ascendit, diversus a majorum institutis; promti,

fixit, cum non sint vitia, nihil malum oritur: ex yeriis yitiis detrimentum semper accipitur, quia ideo dicuntur yitia, quod sine malis affectibus cogitari nequeunt. Proinde si yitosus quisque sibi hocet, extremo in societatem specialem (§. 125.) haec incommoda redundare debent, quoniam gangraena partis tandem totum corpus consumit.

Praeterea flos civitatis, cui yitia prodesse pertantur, non recte definitur. Is num ponendus est in solo vitae splendore, in opibus accumulandis, in expedito pecuniae inter cives circuitu, in solo civium numero, in copiis maritimis & terrestribus, in metu vicinorum? Auge opes, deme probitatem. Num felices erunt cives singuli, felix imperana, civitasque diu firma & suz juris? Sceleratus amor habendi, velut sitiendo & bibendo hydrops, crescat, vis insidiaeque in quodvis nefas prorumpent, quietem & prosperitatem publicam multiplicata & nova crimina suffodient, vires publicae minutatim domi fractae potentiae vicini cedent, languescens civitas tandem succumbet.

Addimus, controversiam, quam tractamus; a multis non recte constitui. Non enim

ut inquit TACITUS annal. II, 2. adiutor obvia comitiae, ignotas Partibus virtutes, nova yitia & quia ipsorum moribus aliena, perinde odium pravis & honestis. In primis de mutatione opinionum de eo, quod esset honestum & vituperabile in juvene, cf. CICERO pro Coelio c. 17. qui ea genera yitutum, quibus excelluerant Camilli, Fabricii, Curi, non solum non in moribus, sed vix jam in libris reperi, chartas quoque, quae illam pristinam severitatem continerent, obsoleuisse dicit. Quae addit c. 20., parum honorifica sunt majorum institutis indulgentiae in juvenes.

enim hoc quaeritur, num vitia quaedam possint effectus physicos habere utiles, hoc est, e. c. aliis hominibus afferre lucrum pecuniarium, atque eo modo industriam artiumque cultum accendere, vel aliquando homines ad pericula de civitate depellenda inflammare. Neque id quaeritur, num quaedam vitiorum impunitas in civitate bene constituta sit necessaria. Ipsit infra observabimus, non quasvis actiones, mentis corruptae aut imbecillae indices, inter crimina referri debere. In eo momentum quaestio[n]is situm est, num sine quadam vitiosorum hominum multitudine possit beata esse respublica, & sine certorum vitiorum non tantum impunitate, sed & favore atque incitatione, recte administrari?

§. CCLXXVIII. At vero, inquis, virtus *populis* tam parum prodest, & tam saepe nocet, ut *is, qui vitia oderit, societatem odisse* videatur. Fuerit injustus in peregrinos judex, prodest societati, dum opes externo cuidam debitas intra fines, in quibus jus dicit, magno reipublicae commodo conservat. Ecquid refert societatis, metu an virtutis studio leges conserventur? Virtus timidior, ne officii fines migret, non audet tentare, quod vitiosa cupiditas confidenter peragit. Saepe avaritia aut vanitas homines excivit ad facinora splendida ac publice utilia. Unde enatum est, vulgo quod dicitur in proverbio, *prosperum scelus virtus vocatur*. Sic exemplum superstitionis ob avaritiam oppugnatae praebet CICERO: *Qui, nostri quidem publicani, ait, cum essent agri in Boeotia Deorum immortalium excepti lege, Censoria, negarunt immortales esse ullos, qui aliquando homines fuissent.*

Ver-

Verum non deest, quod ad haec argumenta refellenda dicatur. Si semel v. c. cives & magistratus religionem animi exuerint, siue flocci putent, publici (quod revera configunt) emolumenti causa jus violare: num sese intra exiguos unius iniuriae terminos continebunt? Frenis semel laxatis v. c. magistratus in peregrinos iusti non erubescunt, jus inter cives quoque pervertere. Quo facto fundamentum civitatis, in juris civium communis aequabilitate positum, concutietur. Si religio sit irrisui, & virtutis pudeat cives horumque rectores: quid tandem, spe praemiorum vel impunitatis proposita, non audebit procax licentia?

Non erant allegandi soli effectus vitiorum quibusdam hominibus non vitiosis utiles, omissis illis, qui totius quasi corpus societatis lente emaciant. v. c. *Luxus immoderatus* aucto numero rum circuitu multis alimenta affert: sed simul fraudibus magnisque incommodis, vel ab inertia, vel a pecuniae conficiendae cupiditate profectis, civitatem implet. (§. 150.) Ambitio effrenis si quando populum discriminare expedivit: quot non periculis regna & populos liberos simul implicavit, quot institutis sumtuosis & iniquilibus, quot malis ab obstinatione & affectata erroris omnis immunitate, a falso quodam & funesto, quod vocant, honoris punto ortis! Virtus, vera virtus, semper est fructuosa & necessaria ad beatitudinem, cuilibet parti societatis humanae & civilis, ergo & hominum generi totique civium communitati.

§. CCLXXIX. Quae hactenus disputavimus, clare docent; admirabili Dei sapientia factum esse, ut vinculo individuo arte copulentur, quae

vul-

vulgo recenseri solent, tria officiorum, quibus natura nos obligavit, genera. Nam homo hominem amare non potest, quia semet ipsum amet, (§. 156.) nec se amare, nisi Deum adoret. (§. 187.) Habitus singulas eorum officiorum partes colendi est ille chorus admirabilis actionum corporis & mentis ad efficiendum statum felicitatis compotem continentium, qui virtutis notionem absolvit (§. 199.)

§. CCLXXX. Singulare gentis officiorum erga res inanimatas aut animatas rationis experientes statui, necesse non est. Animantia eo, quo homines modo perfici non possunt, quia non videntur habere sensum perfectionis hominum studio acquisitione; si perfectio appellari potest is corporum habitus, quo aptiores ad hominum utilitatem efficiantur. Atque an exigi potest ab hominibus, ut eam historiat naturali operam navent, qua, quid cuique animalium generi prospicit, intelligent? Potius ea, quae animantibus deberi dicuntur, continentur sub tribus officiis, quae exposuimus. Sic enim utendum est rebus, quae ratione possessione & usu Deus brevitatem aevi humani jucunditate vivendi compensare voluit, ut ea possesso, isque usus, non oblitus toti hominom complexui, sed quantum ejus fieri potest, proficit & universis & singulis.

Omnis rerum inanimatarum & animantium usus hinc consilio divino concurritus demonstrat animum suis & aliorum hominum commode minus intentum, Deique haud reverenter, dum opera & doha divina parvi pendit. Sic Princeps verationi nimis deditus non tam animantibus nocet, quam sibi, fisco suo, civibus suis.

Caete-

Caeterum venatio ferarum, & animantium manufactorum ac mansuefactorum usus, ad alienos, teendos, adjuvandos, morbove liberandos homines, non est contra naturam (§. 177.) Feras ut necare inciperent, impulisse homines videtur necessaria defensio corporis, segetam, fructuumque; (a) deinde illis vesci, eas mansuefacere, variisque usib[us] applicare docuit famēs, compendium, & multiplex vitae comeditas. *Ketayia*, sub quo cuncte coelo non aequē fatubris, aliquanto serius inolevissē videatur. Quas bestias veratum hominis voluptatum administras natura praebevit, eae cupiditatum indomitum infundit, quod fieri coepit (b). Qui illas temere & ad brevem e. c. gulæ titillationem discruciant, illi non animadverterunt, in Deum, a quo animantia aequē ac ipsi originem ducunt, in se, in alios, se peccare, dum in consuetudinem veniant, dolores halid necessarios rei animatae, sensum acrem volendi a natura aequē ac homini inditum habentis, non curandi, sed illo profus gaudendi. Id quod si p[ro]p[ter] fit in sumtuosū s[ed] isto venatus q[uod] feris intra ceteros terminos coactis peragitur. Quare h[ab]et animantibus injuria proprie dicta non inferatur, quoniam haec nullis qui ratione praeditus est, ac tantum ab homine homini, inferri potest. namen aeger est animus faetus adversus animantia, ac saepe incidit in vitium sibi & societati humanae nocentissimum.

Quippe

(a) V. *Leges antiquas apud PLIN.* b[ut] natur. XI, 29.

(b) V. *M A U P E R T I U S Lettere 6.* Sapienter M[axime]s populum jussit etiam cum animantibus humaniter agere. Add. *KAMPERE de rebus Japonensibus* J, 264.

Quippe ex daturis in bruta latenter quandoque proveniunt elementa feritatis & crudelitatis mentem illabentis. Haec paulatim adolescit, & in hominibus per Iudicium jocundum excruciantis desinit. Unde in pueris huic malo nascenti statim adhibenda est curatio. Adversus inveterationem difficile est remedium.

Similiter sibi nocet, qui res inanimatas temere destruit. Sic vastans agros hostilis exercitus persuas, ut ait *VIRGILIUS*, *utit.* Quia necat hostes inedia, eadem ipse perficit.

SECTIO IV.

De officiis adversarii societatem deque servienti quibus duplex ratione genus internascitur.

S. CCLXXXI. *Quod de egregio officierem unius versorum consensu (§. 278.) dictum est, non a modis diversis immotus est.* **Q**uod de egregio officierem unius versorum consensu (§. 278.) dictum est, non a modis diversis immotus est. *Documentum, partitumq[ue] vales de his, quae hominem homini praestare importet.* Singula Sect. 4. & 5. exposita cum singulis congruent, & universa contentant ad hoc enuntiatum illi, quod (§. 270.) actuimus subjectum.

Nati formatique ad secessorem longiori (§. 294.) quanto studioius abstinerent ab injuriis, (§. 129.) quantoque plura bona aliis contulerint, (§. 159.) tanta maius ex hac commodum capere possint, tantoque plures rerarum voluptatum causas sibi ipsi conspiciunt (§. 279. & 150.) *Cum vero magna pars hominum*

ner-

nervos felicitatis suae inconsulte incidat, dum
damnis (§. 129.) & incommodis (§. 131.) mu-
tuo inferendis se invicem prohibent frui bonis,
quae habent, ac novis potiri: merito quaerirur;
quaenam veluti repagula huic malo societates,
sive a natura sive ab hominibus institutas, comi-
tanti natura opposuerit?

Sola deformitas facti ignobilis, maligni, cru-
delis, verbo cojuscunque *lascivis*, sola cogitatio
mali, quod ex injuria in aliorum res aut corpora
confestim, & in facie item olim atque oblique, re-
dundat; sola *justitiae divinae* contemplatio, solus
pudor; solus aliis displicendi metus, eorumque
animis alienatis iram & qualem cunque ultionem
provocandi, atque hoc modo magnam vitae ju-
cundae partem perdendi formido, non semper eam
vim mentis commovendae habent, ut a *damnis* alteri
afferendis avocetur. Vis, qua quis invitatus dare, resti-
tuere, facere, violenter quidquam haud tentare, aut
conatum non perficere cogitur, quo alteri suum de-
meretur aut non praestaretur, metus haud vitandae
amissionis eorum *quatuor honorum*, vel unius de
eorum numero, quae natura cuique samper cara &
omnibus in societate sancta esse voluit, (§. 129.)
efficacius movere possunt proclives in nefas ani-
mos, ut abstineant ab inferenda injuria, aut ut
illatam reparent. Pauci reperiuntur, qui ipsi perire
magis cupiant, quam voluptate alios occidendi ca-
rere, qui vim corpori aut libertati suae inferendam
doloresque graves hanc vim consequentes pati
malint, quam vim non facere &c. Quo magis
quisque praesentit, quae mala sibi instent a vi eo-
rum, qui se resque suas defendunt, qui ve quod in
se pacto translatum est, praestari petunt, ea fore
gravissima, nec posse vitari, ni maneat in officio;
eo minus hoc deferere audet. Si qui haec non co-

gitent, aut parvi faciant; illi vel peccant impetu, cui, quod resistere non possint, sua culpa fecerunt, vel, si cogitatas aliis injurias infierant, aliquam spem alunt, fore clam, quod agant, aut inultum. Is metus violenti coactus, ut invitus faciat officium, qui in aliorum personas aut res invadere cogitat, aut invasit, non quidem valet usque eo, ut mentes eorum, qui inter homines degunt, ab omni laetitia avertantur, sed nurherum eorum, qui id consilium meditatum capiant, aut primos violentosque animi impetus sequantur, valde diminuit.

Violentiam vero omnem odit natura, nisi sit necessaria. Illam enim reprimi, quantopere interest generis homani, vel immanis ille ultiōis aestus & paetie dixerim furor, tot malorum in societate ferax, abunde evincit. Quamobrem quaeritur, quando utile generi humano sit, vi me tuque officia hominis adversus hominem armari, quando exitiosum?

Utile est, cum quies, sive pax communis, quae est societatis humanae basis, (§. 39.) eo malo remedio submoto, intenret, ac dissociaretur omnis humana consortio. Perniciosum, cum idem status pacatus eviteretur concessa vim adhibendilicentia. Utrumque enodatius dispiciamus.

5. CCLXXXIII. Natura ipsa nos dicit ad partitionem officiorum hominis erga hominem (*sociatum*) in duo genera, ne tnepe in ea, quae alteri ab altero per vim exigere licet, & ea, quae non licet. Licet ob duas causas, 1) quod nisi homo hominem ad quaedam facienda aut non facienda vel patienda ac praestanda vi compellere posset, fructus omnes ex generis humani communitate provenientes interirent. Quam cum natura conservare, ideoque tutam

tam praestare deberet, ne sibi ipsi repugnaret; vim adversus invitatos adhiberi concessit. Igitur autē societas abeant hominumve congressus fugiant, qui tali officiorum vinculo obligari nolint, aut sciant se vim passuros; ut ab eorum violatione sibi caueant, laesisque de damno dato satisfaciant. 2) Altera causa, ob quam vi. uti licet, est haec, quod sciens volensque se aliquis obligare potuit & obligavit, non repugnaturum fese, tibi ad id, quod alteri beat, ab hoc per vim compellatur (§. 129.). Ex hoc fonte nascuntur officia quoque *civilia*; hoc est, quibus civis cum civitate, ac cives inter se continentur, ita quidem, ut vi legitima civis ad illa servanda cogi possit.

Alterum genus officiorum socialium a potestate vim faciendi, cum quis ea praestare nolit, alienum est, utpote pugnante cum quiete communis quam esse societatis humanae & cujuscunque specialis basi ac firmamentum diximus.

Ex quo patet; aequo necesse esse, ut quaedam officia socialia sint a coactu libera; ac ut quaedam per vim exigi possint, proinde hanc partitionem officiorum ex natura societatis humanae concludi posse, nec demum, ut no manuli putant, ab institutis civilibus originem ducere. (a)

Cum opus esset vocabulo, quo alterum genus ab altero discerneretur; visum fuit, primum officiorum genus *perfectorum*, secundum *imperfectorum*, nomine appellare. Quod nomen num sit comodum, non est, quod disputemus. Sufficit, terum intelligentibus notum & usitatum esse.

Sap.

(a) V. Thomassi *Fundamenta Juris Nat. & Gent.* I, 8, 23. seq.

Sane si *perfectum* dicatur id officium, quod cum natura, ideoque cum felicitate hominis consensit: (a) nullum officium esse potest minus perfectum, quia in nullam actionem felicitati hominis haud omni ex parte conformem notio & nomen officii convenit. Est itaque *officium perfectum* actio libera, ad quam suscipiendam aut omittentiam ab homine hominem vi externa compelli posse, quies societatis legitimae postulat. Est *naturale*, cum ex quiete *societas humanae* necessitas illius facultatis cogendi intelligitur. Officium a *coactu violento* immune est *imperfectum*. Ex qua definitione apparet, hanc partitionem ad officia specialia, quibus Deo sine respectu societatis cum hominibus obstrinjamur, non pertinere. De divina enim potestate plenissima homines adigendi, ut faciant officia.

(a) Proprius ab hac interpretatione absit partitio officiorum *in perfecta & media*, quam ex Stoicorum disciplina peritam assert CICERO de Offic. III, 3. *Perfectum*, seu *absolutum*, (*καθόλους*) rectum, appellat, quod non nisi sapiens praestare potest, hoc est is, qui ad supremum illud ac paene divinum perfectionis fastigium pervenit, ut quodvis bonum propter se experat, & constanti ac perpetua voluntate quodvis malum, propterea quod normae est contrarium, oderit usque eo, ut vel minima declinatione de illo roboris interni gradu sapiens esse despat. Ad quod culmen qui non adscenderant, illos Stoici dicebant *proficientes*. V. SENeca de vita beata c. 24. epist. 2, § 75. De his observat CICERO de off. lib. III c. 4, nec eos, qui sapientes habiti & nominati M. Cato et C. Laertius, sapientes fuisse, ne illos quidem sospitem. De Socrate, quod non longe absuerit a culmine sapientiae, V. iudicium Posidonii apud Diogen. Laert. in vita Zenonis. MEDIVM officium vocat CICERO, (*κατηνα*) ad quod colendum homo utilitate commovetur, ac cuius partes etiam illi, quibus ad eam sapientiam Stoicam pervenire haud contigit, implere possunt. De hoc officiorum generе addit, Socratem ex mediiorum officiorum frequentia similitudinem quandam gessisse speciemque sapientis.

officiam, & hujus violatores puri erdi, non dubitatur.

§. CCLXXXIV. Haud levis vero difficultas occurrat notas certas & perpetuas requirentibus, quibus utrumque illud officiorum genus evidenter internoscatur. Quid enim est, ex quo intelligitur, utri actionem aliquam generi annumerari conveniat?

Ac primum quidem magnitudo aut exiguitas doloris, ex officii cuiusdam neglectu aut violatione in alios manantis, non efficit illum veluti characterem, quo coactus licitus ab illicito distinguitur. Multo acerbior est dolor ortus ex ejus, qui plurimis nominibus nobis obstrictus est, inhumanitate & refrigerato in nos studio, quam qui ex re quadam minima, sive consulto sive per incuriam ab aliis corrupta, nascitur. Tamen de hac, ut damnum resarciantur, vide certare licet; de eo, ut nobiscum consideratius & honestius agatur, non licet. Cur ita? quoniam certa doloris ex offensati mensura, quae cunctorum hominum communis sit, exquiri nequit, proinde certa & generalis norma dijudicandi deest, quando vi ad eum dolorem finiendum uti concessum sit, aut non sit.

Similiter nodus non solvitur, cum docetur, officium imperfectum esse illud, qua praestando alii fiant perfectiores, hoc est, boni cuiusdam veri participes, perfectum autem, quo neglecto aut violato fiant imperfectiores, id est, bono quodam corporis, animi, vel rerum externarum ad usus vitae jucundos & necessarios pertinentium possessione, priventur, aut in earum usu legitimo impedianter. Ea definitione quam facile homines ad quietem generis humani turbandom abuti possint, exempla

infinita docent. Si v. e. per vim exigi posset cū-
juslibet detrimenti réparatio, quod a malo alio-
rum exemplo, a blanditiis importunis, ab indul-
gentia educatoris minus tempestiva acceperis; si
quamlibet décori aut venustae humanitatis negli-
gentiam, maledicentiam, invidiam, duram benefi-
cii negationem gladio vindicare, si ob quaevis pec-
cata poenas hominis emendandi causa infligere na-
turaliter liceret. (quae est multorum sententia) :no-
ti, ignoti, propinquui, familiares, litibus infinitis im-
plicarentur, ac saepe fraterno maderent sanguine
terre.

§. CCLXXXV. Neque distinctionis officiorum, in qua indaganda versamur, ratio clarius patet ex aequalitate hominum hoc modo, ut detractioni juris nostri damnisque vi illatis vis, detrimentis autem sine vi acceptis nonnisi obliqua eorum vitandorum aut reparandorum ratiō sine vi, opponatur, proinde quicquid in nos, idem in alios statuat̄ur. Hoc posito discrimen illud officiorum foret positum in cuiusvis arbitrio & exemplo, qui vim vel odit vel audacter adhibet. Si quis e. c. vim perosus & paulo liberalior nullam creditarum pecuniarum solutionem violenter a quo- quam exigat; an idcirco aliorum est, nullam ab eodem moram faciente solutionem extorquere? Si quis quamvis inhumanitatem ferro vindicet, num nos hoc tale ejus erratum pari modo ulcisci, num crudelitatem crudelitatem imitari licet?

Neque firmior est argumentatio eam, quam per-
scrutamur, differentiam a sensu aequitatis repeten-
tium, quo, quod sibi quisque per vim injungi nolit,
idem ab aliis violenter haud postulari debere con-
vincatur. Dives si adversante fortuna ad inopiam
ver-

vergeret, ab opulentis, quorum auxilium implo-
raret, repellere nollet, & si posset impune fieri,
forte non alienus foret ab illis vi compellendis,
ut facerent officium necessitati suae medendi;
ideone eundem hominem inops cogere potest,
ut praesentissimae necessitati suae subveniat?

Denique non reddunt nos multo certiores,
quam ante, qui id officium esse perfectum dicunt,
quod in eum numerum adscribi *maxime* conducat
societati humanae, id vero imperfectum, in quo
exigendo si vim admoveat liceret, summa malo-
rum societatis *valde* augeretur. Licet enim ver-
um sit, illam officiorum partitionem idcirco esse
veram, quod generi humano sit conducibilis:
tamen id proprie quaeritur, undenam constet,
quando & in quibus causis societati humanae sit
utile, alicui officium quoddam sociale haud pree-
stanti vim fieri aut non fieri.

Probabilior eorum sententia videtur, qui officium
perfectum esse decernunt, cuius violationem is,
cui debetur, in quovis facto plene & manifeste pro-
bare possit, id vero, de quo tale judicium facere
non possit, *minus perfectum* (*minus plenum*) esse ar-
bitrantur. Verum evenit aliquando, ut aliquid fa-
ctum esse contra naturam homines conjungentem
dilucide appareat, & tamen generis humani in-
tersit, nullam, qua, quod nolis, facere cogaris,
vim permitti. Quid si dominus fateatur, se alteri
pecuniam, qua indigeat, mutuari aut donare
nolle, non dissimulata causa, quod eam roganti
succenseat aut invideat? Quid si dicat, se cuidam
deesse in fortuna constituenda, ut ejus familiae,
quam oderit, aut ejus amico, quem ferre non
possit, aegre faciat! Quid si quis duas domos ha-

Bb 4 bens

bens alteram haud habitatam ei, cuius aedes deflagravit, pretium aequum offerenti nulla alia de causa, quam ut motositatem ferociamque suam demonstret, se concedere nolle dicat? Quid si stipem roganti ignoto det, non autem noto eamque suo ipsis & omnium judicio magis mententi? An vi cogendus erit, ut humanitatis munia expleat ac dignorem minus dingo anteponat?

Similiter fieri potest, ut manifesta sit aequitas id, quod plene debetur, alteri exigenti negandi, & tamen vi resistere ei non licet, qui quod sibi debetur, per vim exigit. E. c. avarus creditor a debitore, inducias ob causam aperte probabilem rogante, pecuniam creditam statim die extorquere potest, quanquam haud negat, se nec diffidere debitori, nec pecuniam collocare velle, sed sibi tantum plaudere cupere, dum nummos contemplatur in arca.

CCLXXXVI. Mihi quidem rem diu multumque cogitanti statui posse videtur, non nisi duo esse officiorum perfectorum (*plenorū*), siue lege naturali sive hominum voluntate constitutorum, genera, reliqua omnia esse *imperfecta* (*minus plena*). Quod ut dilucidius constet, res repetenda est paulo altius.

Natura homines cuncti sunt aequi liberi, hoc est, alli ex aliorum judicio & potestate in actionibus suis regendis non pendent, quam primum pervenerunt ad eam aetatem, qua se ipsos regendi viribus potiuntur. Igitur nec vim cuiquam facere possunt, ut faciat, aut patiatur, quod velint, neque obstricti sunt, ut eam a quopiam sibi fieri patientur, seu in commodis suis sequendis, seu in alienis tuendis.

dis aut augendis. Si nolint vivere, nisi in solitudine, pro libertate sua fugiant congressus hominum. Sin suā interēsse putent, esse & huius tare cum aliis; integrum illis est, ea, qua vellint, conditione cum aliis agere, dummodo sibi a vi cuiquam facienda caveant. Tranquillos vero nullam vim ab aliis, quos adeunt, aut a quibus adēuntur, pati idcirco necesse est, quod si quisquam foret, qui illis lēgeim posset dicere, ut impērata faciant, aut ea, quae rogantur, vel ut quae alterius interēsse viderint, haud negent, vel ut ea ultro praeſtent, statim *primo hominis ad hominem accessū* periret libertas, ac superior potestate faret quisque valentior, impudentior, & avidior, placidus autem quisque & paucis contentus ob necessitatem obsequii sibi impositam altero inferior.

Sume v. c. corporis ministerium quoddam ab altero per vim exprimi posse; is, qui cogeretur, solus non haberet ius in corpus suum. Si quis, ut re sua alteri adesset, armis cogi posset, non foret r̄ei ejusdem plenus dominus. Si quis opera & ingenio alterius desideria explere, aut intermissione vel cessatione ejus, quod ageret licet, gratum aliquid & jucundum alteri facere cogeretur, non foret liber. Sic IV. illa bona, quae natura homini cuique affixit, non forent ejus propria, sed inſtar praedae in medio posita cederent occupanti.

At voluit effici natura, inquis, ut alter alteri ultro aut rogatus adesset, & omnem occasionem molestiae cuiuscunque alteri exhibendae effugeret. Voluit, eo tamen modo, qui pro hoc bono majus malum in singulos & societatem humanam haud infundat. Verum tolleretur omnis gratia & omnis ardor fructusque eximus mutuae caritatis, ac summa rerum confusio oriaretur, si homini

hominem cogere liceret, ut tum desideriis suis nunquam officeret, tum sibi perpetuo prodeffret.

Nam licet necessitas alterni inter homines auxiliū ad certas regulas revocari possit, & supra à nobis revocata sit: tamen, si natura acerbitatem coactus perpetiendi cum iisdem regulis conjunxit, set, perpetuo hujus ipsius coactus metu mentes ab inēunda societate alienasset, quas conjungere & à viuae solitariae cupiditate retrahere voluit.

§. CCLXXXVII. Ex quo efficitur, ut actiones omnes ad conservandam cōlendamque societatem spectantes sint officia minus plena, praeter unicum officium patiendi vim ab eo, qui vim sibi injuste illatam repellit, aut damni réparationem ab eo, a quo illud illatum est, per vim extorquet; quas notiones de vi & damno (§. 129.) expedivimus.

Nempe obligatio naturalis ei non resistendi, qui semet violenter defendere, aut, quod per vim nefariam amisit, recuperare conatur, in duabus actionum generibus cernitur. In horum altero oritur ea obligatio ex consensu paciscentis in coactum violentum, si fidem dātam non impleverit aut contra eam venerit. In altero non voluntas duorum negotia contrahentium, sed natura ipsa obligationem constituit, & quidem hanc, ut sibi quisque caveat a violatione corporis alieni ac potestatis alienae possessionem apprehendendi dominiumque acquirendi, & illam aequaç hoc tuendi.

Ad haec quatuor bona defendenda (nam recuperatio ademtorum etiam re vera est defensio juris a natura aut voluntate hominum profecti) ecce vim adhibere natura permittit? Ne ejus conditio sit melior, qui vim adversus naturae præscripta facit, quam ejus, cui inferitur; deinde, quia societatis

tatis humanae interest, homini eam violentis aggressionibus perturbare conantis consilium contundi. Quod si alteri liceret aggredi, alteri non liceret impetum in rem aut personam suam facienti obluctari, & ademta recuperare, nulla foret ratio expetendi cum hominibus commercii, maxima fugiendi.

Etenim his duobus officiorum perfectorum generibus violandi semper demitur aliquid de *patrimonio* alieno, seu de universitate jurium alienorum, quae inferius definiemus. Quippe is quoque, qui pacto se obligat, de rebus aut de libertate sua aliquam particulam demit, demtamque in alterum transfert, hanc autem, quam transtulit, iterum rapit perfidus, proinde alienum invadit, cum promissa non praestat. Quare si detractioni juris alieni non posset per vim obsistit, is, qui cum hominibus versari, quam solus habitare malit, non modo nihil lucraretur, sed & perderet ea bona, quae in solitudine sarta tecta, utpote nulli injuriae exposita, conservatus erat. Igitur qui societatem solitudini praeferret, is non audiret vocem *naturae* (§. 99.), sed sibi ipsi deesset, & vitam aerumnis haud necessariis ultro implicaret.

Neque est, quod objicias, prorsus nulla esse officia perfecta, quoniam vis, sive aggrediendi sive defendendi animo adhibetur, malum societati semper afferat. Quod licet non abnuamus, tamen non majus illud malum est, quam illud, quod is affert, qui vulnerat, ut sanet. Alterum accidere necesse est, ut aut precaria fiat & ex aliena improbitate plene pendeat possessio quatuor bonorum, quae recensuimus (§. 129.), aut ut vim, qua vis illicita propulsatur, natura probet, quoniam

niam hoc remedio unice vis nefaria, qua societatis quies evertitur, aut tolli potest de communitate hominum, aut numerus talium actuum redigi ad minimum. (§. 282.) Idcirco illi male consulunt societati, qui *sine exceptione* contendunt, natura quemque & legibus Dei revelatis obligari, ut occidi malit, quam invasorem injustum occidere.

Concludimus, notam, ex qua id, quod est *officii perfecti proprium*, (*charakter*) intelligatur, esse haud possibilem societatis humanae & civilis conservationem, nisi vim, qua alter alteri suum detrahit, vi repellere & per vim ad emta recuperare liceat. Quare nonnisi quatuer *officiorum* perfectorum genera statuimus, ut quibus solis ea nota conveniat, 1) alterius corpus vitamque 2) libertatem externam 3) possessionis & dominii acquirendi facultatem & acquisiti usum ac conservationem, 4) jus pacto translatum haud aggredere.

§. CCLXXXVIII. Ex superioribus efficitur, societatis humanae interesse, ut quae in illis quatuor praceptis non possunt numerari, ea omnia praceptis officiorum *imperfectorum* adscribantur. Haec spectant eo, ut alter alteri pro sit, servando agendo, quod pro libertate sua omittere poterat, sive non agendo, quod, quo minus ficeret, prohiberi non poterat. Natura ut homines ad haec officia colenda impelleret, multa & magna cum illis conservatis commoda conjunxit, quae in *sect. 5. partis I.* recensuimus, & in primis voluptatem mentis ex recte factorum conscientia manantem. Neglectis illis varias poenas affixit, quas *in partis I sect. 4.* indicavimus. Quae ipsa momenta voluntatem ad id, quod societatis interest, faciendum impollentia lounge praeponderant.

rant suavitati; quae mores officiis illis contrarios consequitur, & tantum ab iis deviora putantur, quorum menti subita aut diurna caligo, a variis caufis nata (§. 213. seqq.) offunditur, ut getmina malorum latentia in praesente, quam ex malefactis capiunt, voluptate non cernant.

At quidni, inquis, eadem officia vi perinde ac reliqua armantur? Praeter causam, quam (§. 286.) generatim indicavimus, id quidem clariss ex eo patet, quod 1) quorundam hujus generis officiorum naturae vis plane est contraria. Ea enim, quae non possunt nisi a mutua benevolentia & ab amore puro proficiisci, desinunt esse indicia caritatis, cum non ultro praestantur. Beneficium, quod metus mali, cum negetur, impendentis genuit, an beneficium duci potest? aut id, quod mente generosa agendum est, generosum haberri, si non possit sine periculo aggressionis violentiae omitti?

Ex quo efficitur, 2) ut quae officia socialia pendent ex imagine, seu idea, quam quisque mente concepit de altero, quicum agit, ea respuant coactum, atque in perfectorum numero esse nequeant. E. c. sit fiducia & amore tuo dignus, qui amicitiam tecum constituere cupit. Sit officium, eum in numerum amicorum adscribere. Sed displicet tibi, diffidis ei. An fieri potest, ut quem ferre non potes, eum metu perterritus impense, sicut alterum te, amare incipias? Est quoque hominis liberaliter sentientis, oblivisci injuriarum, & inimico ex animo ignoscere. Num recordatio mali illati, num, qui eam sequitur, contentus aut odium nocentis, vi menti excuti potest? Similiter officium unius est, magno periculo suo errantem convincere erroris sui, alterius, comiter se

ad-

admonentem auscultare intento animo, & neque aures neque mentem claudere veritati. At qua vi efficietur, ut ille omni ingenii contentione adhibita in modum erroris ad persuadendum *apte* refellendi incumbat, alter id verum esse judicet, quod vultu verbisque imperiosis & minacibus credere jubetur? Non assensus e. c. de religione, sed simulatio assensus, quae peccato non vacat, vi exprimi potest.

§. CCLXXXIX. Tertio sunt quaedam officia, quae contra animi sententiam corpore quidem ad exitum perduci possunt, sed quae si per vim exigere cuivis liceat, turbis perpetuis genus humanum agitaretur. Id quod pugnat cum consilio naturae societatem humanam idcirco fundantibus & conservantibus, ut singuli ad eum gradum felicitatis conjunctis universorum viribus provehantur, ad quem suis foliis quisque viribus pervenire nequeunt.

Nulum est in eorum officiorum numero, in quod, dico et per se sit certum & terminatum, tamen, cum in rem praesentem ventum est, plures quaestiones non incidant ex loco ac tempore judicandae. Quales sunt, num alteri conducibile sit, fieri, quod velit; num id tempestive postulet; num a nobis potius quam ab aliis, ac quousque a nobis foliis debeatur? Similes quaestiones sunt; num alii sint praeferendi; num quid ultiro sit praestandum, an expectandum, donec rogetur; deinde, num quid in eo exequendo sit omissum consulto; an per incuriam & imprudentiam; quousque in ejus, qui partes suas non recte implevisse arguitur; potestate fuerit, eo tempore, quid alterius causa fieri oporteret, acutias cernere & efficacius agere; quanta sit culpa in eo judicio, quid alteri debeatur, vel in executione officii, admissa;

quanta

quam & quantam satisfactionem ei, cui defui-
mus, dari oporteat?

Pone v. c. gratam beneficiorum aestimationem, laudationes, animum apertum, reticentiam prudentem, modestiam, beneficentiam, blandum vul-
tum & suave alloquium, officiorum perfectorum numero inter homines omnes haberi oportere. Tot
rixis pugnisque locutus dabitur, ut praestet ea ipsa officia, quae ad jucunditatem utilitatemque ma-
jorem generis humani praescripsit natura, de so-
cietate humana tolli.

Sic qui crimen non prohibet, eum aequè crimino-
sum esse, ac qui illud admittat, PLATON censuit. Ve-
rum difficile est, planum facere, eum, cui haec
delicti non impediti culpa tribuitur, salvis officiis
erga se & alios delictum alienum impedire, & hoc
ipsum eo temporis punto computare potuisse. Sic
& populus, qui populo non succurrunt, quem bello
injusto premi videt, si injuste egisse argueretur, bel-
lum ex bello-nasceretur. Quis inter pares judicave-
rit, principem salvis officiis erga cives suos se bel-
lis alienis interponere potuisse? Verbo, ad haec
alia officia exigenda si inter homines nullo impe-
rio communis conjunctos vis accederet, nunquam
deesset certaminum inter eos obtentus probabilis.

Id quod plenius cognoscitur ex difficultate justi
& aequi fines ex utilitate communi legibus *civilibus*
regendi, quamquam in societate civili multa fa-
lubriter institui ac teneri possunt, quae inter homi-
nes solo vinculo naturali copulatos perniciosa forent.
Proinde multae nequitiae ftaudesque sunt extra ta-
bulas publicas, ne lites & mala harum severitatem
consequentia adito judge multiplicentur. Sic im-
portunae blanditiae vitiant tabulas testamenti, sub-
tiliores heredipetarum artes non aequae. *Aliter leges*,
inquit CICERO, *aliter philosophi tollunt astutas*.

§. CCLXXXV.

§. CCLXXXV. Factorum, quae ad officia perfecta referuntur, alia est ratio. Sunt manifestiora, ac probatio ad eum, qui in rebus agendis sufficit, lucis gradum facilius perducitur, laesa ea esse, aut exacte servata. Si quid enim quod alteri debetur, sit omissum, aut violatum, neque illud *casu*, aut tali incuria, quae pro casu habetur; accidisse probetur, restitutio ejus, quod alteri alterius factio abest, aut satisfactio damique reparatio per vim exigi potest.

In his officiis nulla opus est comparatione, cui plus debeas ex pluribus. (§. 164.) Neque, dum servantur, inquirendum est, quid inde utilitatis vel detrimenti ad eos perveniat, quibus satisfecimus, vel ad alios. Sic qui se alterius amico ad futurum promisit, non potest se a fide data liberare exceptione, alterius particulatum non interesse, ut, cui consultum velit, ei prospiciatur. *Beneficio enim hominem affici, semper hominis interest*, inquit PAPINIANUS. (a). Solvit debitor pretium conventum creditori: hic seu eo utatur ad scelus quoddam perpetrandum; seu pecuniam acceptam prodige sit dissipatus, debitoris non est vel investigare vel curare. At in officiis imperfectis praestandis, e. c. in *beneficentia*, non tam id spectandum est, quod benignitas impellat, quam quemadmodum beneficio accepto is sit usurus, quem adjuveris.

Ex quibus efficitur, lege naturae licitam quidem esse vim ad damnum: (§. 129.) avertendum, & ad satisfactionem ab eo, qui illud dedidit;

(a) *Vid. L. 7. D. de Servis exportandis.*

dū extorquendam (§. 130.) sed eadem lege prohibe-
ri vim expectantem, ut caeterorum officiorum par-
tes ab invitis impletantur. Liceat hominibus esse
obstinatis, duris, frigidis, stolidis superbris, avaris,
parum religiosis amicitiae cultoribus. Satis poe-
nac dant, quod tunc tantasque sibi voluptates in-
tercipiunt, quae a calida caritate erga alios, ab
aliorum mutua benevolentia a favore Divino,
& a conscientiae tranquillitate proficiuntur.
In praesens laeti, dum faciunt, quod lubet, ipsa
hac laetitia graves poniendi causas in mente
infundunt.

§. CCXC. Restat, ut videamus de eorum
sententia, qui partitionem officiorum in perfecta
& minus perfecta parvi momenti esse arbitran-
tur, propterea quod partis aut legibus civilibus
alterum genus in alterum converti possit ac quo-
tidie convertatur. (e. c. obligatio testimonium in ju-
dicio dicendi) Causis, de quibus in foro & in
inter populos jure aut vi disceptatus, perpensis,
damna gravissima ex huic partitionis neglegitu
oriri, vix quisquam dubitaverit. Queruntur e. c.
scriptores, qui usum fori habent, de frequenti
arbitrio judicum jus & aequum permiscentium.
Ecquid hoc arbitrium effrenè est, his caecitas
aut libido ex officio minus pleno cum indubie
alierius litigantis injuria plenum creandi?
Verum i) quaedam officia imperfecta sunt hu-
jusmodi, ut voluntate aut lege humana nunquam
possint perfecta effici, qualia (§. 286. 288.) in-
dicavimus. e. c. Non veneratio alicui debito,
sed externa venera onis signa vi ab aliis ex-
primi possunt. (ii) ut in officiis non raro
est, in iudicando (C. cap. viii. §. 12)

(2) Quamdiu illa conversio pæsto facta non fuit, tamdiu suæ quisque sponte manet, neque is, qui officio imperfetto defderit, huius judicari potest; sed sibi ipsi inimicus. (3) Si quis puebo convento alieui se plene obligaverit ad id praefundandum, quod faciendi & non faciendi libet am potestatem habebat, reliquis at idem officiam pæstet, invia quis adigi nequit. (4) Etiam in civitate sunt eadem officia civica, quae cujusque hominis, imperfecta, perfecta vero sunt, quae lege prescribuntur, quaevè ex natura societatis cívili eminantur, aut jure imperii eminentis (ut cum Ictis loquar) cuidam injunguntur.

¶ 4. CCXCI. Enīis, quae de utroque officiorū socialium genere explicavimus, recte concludi arbitratur, alterum cum altero nunquam ventire in contentione, neque ultimi ei, quod homini sibi quisque ipse debet, repugnare. Nam qualibet violatio officii perfecti est detractio alieni. Praefare officium minus plenum est alterius officii augmentum. Sed non augetur eo facto, quo alteri aliquid detrahitur. Igmar actio omnis definit esse officium, argu alios, quae sine violacione officii perfecti suscipi requiri. At, inquis, si quis a. c. agricolarum in cultura fundi sui male vescantibus coegerit, meliorem arationis rationisque viam inire, libertatem ejus constringenda committit ruinæ amplioribus impedit. Damosq. algeri discursus fundi. Sed minuantur iura domini, conservantur libertas. Qued si quisque lab obtentum majoris praestus achesi comparandi facere licet: dicitores forte hoc modo fierent humores; sed jucunditas est emolumentorum accessione nascens aedio: societas vincetur, in qua dispensas ab hominum sibi pa-

riuntur.

gium arbitrio vitae quisque suæ rationes haberent, & de hoc, bonumne & salutare sibi esset, an noceret, quod alii a se fieri velint, infinite discertare cogerentur.

Deinde eas actiones non sunt nominandæ officia hominis erga se ipsum, quæ cum officiis perfectis configere dicuntur. Qui hanc primam quasi legem homini prescribunt, ut se ipsum in lumine pericula conservet: illi, nimil dicunt, nisi eam præscriptionem ad hanc legem adjectam additrixerint, quantum ejus fieri potest sine aliorum injuria irreparabili. Pares enim natura homines atque aequaliter faciunt. (§. 293.) Si tibi ipso licet innocentem, qui de vobis celeriter decedere nequeat, vita tua servandas causa occidere, eidem adverso te licet vitam suam pari vi defensere. Quae cum tibi repugnent, relinquuntur, ut periculum potius sit, quam cum innoecens interitu vivendum.

CCXCII. *Honestum* dicitur complexus actionum bonarum ex ea parte consideratarum, qua ab illis, qui officiorum perfectorum & imperfectorum rationem ac præstantiam perspectam habebit, cum natura consequentium in quavis societate estimabiles (laudabiles, honorabiles) necessario judicantur. Ei opponitur, quod *natura turpi* est, hoc est, quicquid ab his, qui vincula officiorum socialium omnium cognita habent, vilem & corruptum hominis animum prodere & propterea contemptu dignum existimatur. Differt a decoro, seu abiis quæ in singularibus societatibus ad dignitatem cuiusque & ejus loci, quem in iudeam tenet, vel ad glendam & excitandam cogitationem de eo, quod alios offendet, evitando, fieri aut non fieri convenit. Id lege aut more constitui solere, (§. 115.) diximus. Bonum *honestum* appellatur quodvis

vitae commodum; quod ex officiis perfectis & imperfectis enatum non potest à quoquam leges naturales magnificiente contemni; sed communis aestimatione dignum judicari debet. Idem est *utile*, quia elevat molestias, quae a variis causis & in primis a coniunctione cum aliis hominibus frant, tum & pretia vitae auget. Idem quoque est *jucundum*, quia quailibet actio bona, in primis actio pulchra, jucunditatem, haec est, statim mentis se & illis, quae sentit, actionis suae effectus contentae, gignit. Quippe fieri non potest, ut à quoctunque officio sociali separandatur tum *commodum* aliquod ejus, qui partibus suis fungitur, vel & societas, quam colit, tum suavitas, quam conscientia facti parit. Quo plura officia conservantur, eo plus gaudii ea facientes capiant. Maximas voluptates cum maximis officiis natura conjungit. Quantas eportet haussisse Scipionem Aemilianum, (si de eo VELLEJUS PATERCULUS non dixit nimium) qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit!

Quapropter controversia inter Stoicos & Peripateticos non de re, sed de nomine, erat; quorum illi *sola bona esse*, quae honesta(a), contendebant, hi tria bonorum, seu rerum expetendarum, genera distinguebant, *honestum*, *utile*, *fucundum*.

Id autem fieri posse, supra observavimus, ut mens in cogitatione eorum, quibus moventur ad officium aliquod praestandum, etiam si illi omnes in uno tempore in

(a) *Honestia* proprie dictum in *solis sapientibus* inesse putant Stoici. Deinde idem vocabulum de officiis mediis usurpat, & 4 genera stauunt, ex quibus manet honestas. CICERO de officiis I, 4. 43. III, 4. 8. PARADOXOR. I. de Finibus III, 12. seqq. ADD. AUGUSTINUS TINUS de civitate dei IX, 4.

intentionem suam magis desigat in ejusdem officiis praestantiam, quo servato serenitatis cuiusdam, ex sui ipsius approbatione nascentis, composuit, quam attendat vitae commoditates fructusque ex eadem actione in societate ad se reddituros.

Cum dixerimus, nos hoc loco id solum appellare honestum, quod sit societati vere utile, quandoque mentis hanec utilitatem quibusvis mali illecebitus anteponendis. Et indicum & perspicuum est, mortals eo discernere ea facta & instituta, quae tantum populari fama gloriose habentur. Hoc Iesus famae contemnus maximus honos est, quoties illa legibus naturalibus repugnat. Ex adverso, natura turpe non est, quicquid societas quicquidam compodiit sui veri aut opinati causa, vel primores in ea, ut magis splendent, & documentum excelsiorum tenore evidenter pinter res publicas, cordidas, abjectas referunt & despiciuntur. Harum enim opinionem tam iuxta est varietas, ut chronologia quaedam & paene dixerim topographia definitionum publicarum de turpitudine demonstrat, quantum in hic quoque rebus sic inane.

Studium perpetuab actionum conscientiarum in officiis erga alios accurate exequendis dicitur honestum. Felices! qui in hoc studio sunt et progressi, et gaudente professe, quantum possunt, omnibus, nocere nemini, non quia lex juber, sed quoniam aliter facere non possunt.

Secundum hanc ratione si non sibi ipsam suam voluntatem
ad eum datur etiam ut etiam cum omnibus hominibus
conveniat et quodcumque eis concordemus alicui ius ut
etiam eis datur etiam ut etiam cum omnibus hominibus
conveniat et quodcumque eis concordemus alicui ius ut
etiam eis datur etiam ut etiam cum omnibus hominibus
conveniat et quodcumque eis concordemus alicui ius ut

S E C T I O . V .

etiam eis datur etiam ut etiam cum omnibus hominibus
conveniat et quodcumque eis concordemus alicui ius ut
etiam eis datur etiam ut etiam cum omnibus hominibus
conveniat et quodcumque eis concordemus alicui ius ut
etiam eis datur etiam ut etiam cum omnibus hominibus
conveniat et quodcumque eis concordemus alicui ius ut

S. CCXCIII. **N**egocii officii perfecti, quam-

expeditus responder nos est
juris proprietatis & justitiae et quod a multis
 confuse intelligitur, exodatus explicari neces-

se est. Ita ratione hoc iuris amittitur.

Sunt homini vires alii hominibus nocendi, aut
 opitulandi. Illas cotrect natura & veras, haec
 usurpari permittit ac pro ista nata jubet. Facili-
 tas, sine violatione officiorum, erga societatem
 viribus suis utendi ad id officiendum, quod du-
 het, latiori significacione ius appellatur. Est li-
 bertas agendi regulis de eo, quod homini praes-
 stare hominis interest, non restricta. Iacobus illi

Angustior significatio juris est, quam, qui a cun-
 cate loqui solent Iceri, perpetuo senecte, cum defer-
 tur ad solam conservationem quatuor bonorum
 (§. 129.) enumeratopis, & adiquatuor officia per-
 fecta, quae (§. 382.) explaciuntur. Ius enim po-
 nit, alias esse plene obligatos, ne nos in eorum
 quatuor bonorum possessiois & usu libero violen-
 tes impediant, deinde ut pax servetur. Projici-
 potio juris ponit, *magistrum*, ut suis amicis
 junctis plurium viribus cogant laudentem, ut ab
 eorundem bonorum violatione abstineat, damnum-
 ve datum reparet.

Ex quo efficitur, sub juris nomine non venire
 quemvis usum virium naturalium. Quibus sup-
 peditunt vires, illis poterit jus deesse id, quod illis

VI.

viribus assequi possunt, efficiendi, & quibus non
ideest ius, illis possunt decere vires, virtutis ius per-
ducendi ad exitum, veluti infantibus, aegrotis,
vulneratis, &c. acit tunc euolou.

Nec quicquid libertas naturalitatis ad aliquid
patientium vel agendum obligat (y. c. enigmo
i confortio familiarii aut beneficio cogendi, hoc op-
-miae venit, sed casola, quae vi compellens alietum,
ut faciat, quicquid debet, statui quicquid (sacramentis)
generis humani haud repugnat (S. 281.) Igitur
definiti potest ius (stricte dictum) esse, facultas
hominis impugnandi alios, ut officia sua per-
ficia servent, sicut ab aliis officiis perfecta per viam
exigendi. Inest innotescere iuris facultas aliquid
agendi, (2). abi altero per vim fieri (3) obliga-
tio alterius per vim tali actui que postulato non resip-
spondi (S. 187.). Facultas, sive qualitas mor-
alis, perfecta personae competens ad aliquid iuste
possidendum & agendum, dicitur H. GROTIUS;
zim factum habens iuris profectum appellatur iuris
statuta. Factum: iuri anteriorum comparandum vocant
injuria, sequitur y. (S. 129.) Injuria iuris est dis-
manutio vel impedio violentia iuris alieni. Etiam
magentis aut iusquei injuria fieri potest, eam iudic
canad, quid sibi expediatur, vestitus ab statum corporis
mentisve destitutus non tam vult, quam con-
sideret vltetorem, rotulij ebris, prima infantum
casq demens, vel si quis consulo iure iuris ademo-
tionem consentit, quo se abdicare nequit, aut
in quantum indigentia est perpetuanda se obligat.

Rev. 1. lib. 1. fol. 10v. anteapon. f. 101.
S. CXXIV. Ex ea, quam (S. 293.) dedicata
iuris definitione perspicitur, i) ius proprio distinet
non posse dicir, nisi de hominibus quoniam in soli
eis ius est, iuris, ut CICERO dicit, i. i. inde

ediney, sed in speciali, aut in ea, iqual genus humanum universum continetur, societate viventibus.

2) Patet, notione juris duas facultates comprehendit, unam repellendi idipsum alienum, ne quod audet, efficiat, alteram cogendi alios, ut quod ultra facere aut pati debebant, id inviti faciant; (v. q. solvant, plamunante datum resarciscunt) aut patientur, (v. o. nos quiete nisi servire ipso sum fundo imposita).

3) Nec minus perspicuum sit, illam facultatem cogendi, quoniam est firmamentum pacis communis, ad societatis humanae conservacionem esse necessariam; (§. 129. 130.)

4) Apertam est, falli eos, qui jus in minibus ponunt. Non prius, quam tranquillitas, seu pax societatis humanae, usura virium ad alios cogendos permittit, actio juris in legitima illam virium usurpatione positi exoritur. *Jus valentioris* si quod esset, nunquam certa foret norma juris naturae domini, quoniam virium sive corporis sive animali, sive earum, quae ex verum possessione de aliorum in nos favore uascentur, certa aestimatio non datur, quae ad singulos peraeque applicetur, & quin super virium copia est perpetuo mutabilis.

Definitio juris docet 5), contentum esse fontes, & eadem genera, iurium atque officiorum personorum.

Iudicem sunt iuste & officiale iusque perfecti sumptus. Alter est necessitas violentae defensionis adversus eos, qui vitam & corporis incoluntatem, libertatem, possessionem sine cuiusquam injuria apprehensam & dominium legitimum, aggrediuntur. Alter est eorum, qui pacta fecerunt,

com-

consensu in coactum), si fidem libertare detrectaverint. (§. 130.) *Contra iuris consuetudinem (G. 1. 2.), et a*

Eadem sunt genera jurium & officiorum perfectiorum. Haec uti sunt quadripartita, (§. 287.) etiam & quatuor sunt jurium, sive de genere naturae sive civili definitorum, genera. Ad quae commode revocari potest jurisprudentia universa cum natura talis, sive civilis. *Est autem ius adversus bym defendendi* (§. 131.) *et ius libertatis suarum corporum*, vita & corporis incolumentem; (§. 132.) *Libertatem externam*; (§. 142.) *et ius* (§. 3) *Rerum possessionem justa apprehensam & dominium occupatione aut consensu do-* *mini legitime acquisitum.* Nam possessio ne a dominio aliquo, eger homo ad vivendum, quantitatem suam rerum acquirendarum, quibus indigeat, aut non emper, indigeat, pari pari praescribere nequit. (§. 4) *Jus violenter cogendi promissione rei aut illius faci, ut pacium servet.* *Sed libertas* (§. 133) *sub libertate, cuius custodiam in iuribus perfectis ducta pax invictus, continentur facultas nondum occupata capiendi, potestas res acquisitas in alios transferendis, sequitur alia obligandis, denique facultas liberum ad aliis homines accessum adversus eos defendendi, a quibus illa honoris causa, quam vocant, sumptuaria / negotiorum, laetatione praecluditur.* *Iuris epianisti cuius nominis consuetudo per vim exigi potest, est consummatio verbis factis, vel illata, quam qui patienter ferunt ab eundem hominibus in eadem societate viventes indignum consuetudin suo judicant, oportere eadem ignominia eo, quem sufficere opinantur, modo exumpta sit.* *Ut* (§. 5) *autem hoc iudeo ab* Cœ. 5, *ius sibi vellet* *Ubi* *boni in aliis reges, iniquitatis otioq. super* *alii*

Uti jura ; ita & dāmna, (§. 192.) iſeu hæſtiones, (§. 293.) in quatuor genera recte dividuntur,

S. CCLXCV. Quemadmodum officia, iuris & jura alia sunt cum homine nata, alia factio factio demum acquiruntur, quae adventitia vel acquifita dici mos est. Ad priora pertinent ius defenſendit corpus ac libertatem ad posteriora referimus jura res possidendi aut dominii acquirandi animo appetentes tenendi, atque ea jura, iquae ex conventionibus sive in res alienas due in personas nobis obligatas pastoſtuntur, & ab alijs ad alios derivantur.

Jura cum hominibus sive vocantur, qui non ex ex facto aut voluntate hominis cum homine pacientis, sed ex sola notione hominis per se considerati colliguntur, & pro homine semper ponuntur. Sunt igitur omnium peraeque dominiaria, paremque eorum mensuram a natura singuliaceperunt. Quantitas jurium inter homines diversos convenientia dicuntur eorum aequalitas. Unde patet, quantumcumque jura cum homine nata, homines esse aequaliter. Juris, qua distinguuntur homines, aequalitas oritur vel ex fidei cuiusque virtutis, vel ex sua occupatione justa, vel ex alienis, sive hereditate sive convertendo, sive illiciendis, veluti ex iis quam fecerunt nefaria, (§. 199.) cuius conſequens est ius vel avertendii damnum instans, vel ius, quod datum est, reparacionem exigendū. Quae reparatio est cessatio damni, sive factio ius, quod alteri abeat, restituendie, sive in locum eius, quod restituit aut praestari non potest, & eo, substituto, quod tanti est, quanti res ipse que facta, quibus non reddendis aut praestandis alteri nocitum est.

Ex quo porro intelligitur, aequalitatem hominum,

primum de iuramento non esse prostatum in iure omnius
in omnia, ut putavit HOPKINS. Nam Natura est
singulorum & singulis physicalis conditiones separata;
non singulorum quaecumque de ceteris suis (GREGORIUS);
hanc ita distincta, ut ea singulis separatis adfigeret.
Demum ex hac separatio organica estur iuris notio.
Atque otho his possessione non est nec praecaria, hoc est,
ne ejus coniugatio aut intentio ex aliena voluntate
pendere e; natura jam radicem auctoritatem ac-
hibendi vim, quanta quisque ad ejus juris defen-
sionem indiget, id est quod I. V. X. 3.

Cum igitur praeceptum est, fidem cuique vocem sui
comprehendens complexum iurium, itaque ex
fonte naturae hanc autem partitorem ejus, quod
frumentum est, constitutum in suam auctam hominem rationem
& aquosum distribuunt hoc vero in id, quod
juste occupatum est, (quale festi jaslini venia; quia
nullius erat, apprehensam). vel ornatum, et ab
homine invenerit, deponendo valori ius satisfactionem,
ad debitorum, indutum est a debitorum
factum rationabile vel ne ipsa faciat, si eadem iure
quodcumque iuris a predecessore postulandi
est, ut omnibus statim sit, insq; a deinceps opol-
latur. OCXCVI. Notiones iuris & officii possesse
divitiae propriae. (S. 293.) Unde intelligentur
hae regulae conclusionum foecundissimae: posse
iure iudicari, quamvis intercessum perfectum
videnter non impeditur iustitia, & proposita
conversa. sed q; ibi in modis diversis in iusticia

Veras esse has regulas, perspicuum fit ex defi-
nitione proprii proprii dicti. Hoc enim est positum
in facultate agendi & cogendi alterum, vel ut
non resistat nobis ea, quam natura dedit, facul-
tatem agendi & tenendi, vel ut aliquid det aut fa-
ciat. (S. 293.) Jus itaque ponere, & ab eo re-
mo-

Uti jura; ita
ges, (5. 29)

S. CC.

jura alii
demur
gen
m
a

CCCVII. Exposita notione iuri & offici
iuris patet nos ad explican-
dum notiones iustitiae. Altero hoc vocabulum
iuris patet nos ad explican-
dum notiones iustitiae universali, alterum partis
iuris & illato in studio partidi legibus societatis
notiones iuris politie. Ceteris iuris
notiessit iure ob multos effectus exercitiosos, in
consistens imperantiam, inter populus, in tribus
populis, iudicem, in curia, in virto operantem, in
ecclesia, non sicut in hoc nomine, quod raganus
loquendi usus parit, sed aaccurata definitione ter-
minari. Iste, cum proprie loquuntur, est con-
nentia, etiamque (cum legibus officiis patet)
prescribentibus eos, quod inveniuntur, etiamque ead
eis, que defensione patet, utrum effici jure*it*,
neque capere illam, qui propriis loquuntur, in
completricem & attributricem dividii posse.

CCCVIII.

(a) Moral, IV, 22, 1000, 22, 22, 1000, 22, 22, 1000, 22,

(b) De Officiis, IV, 1, 1, de Jure, II, 53, de

Leg, I, 18, secunda bona parte bonorum cuius (cens. 2).

CXCVIII. Si actiones interne cum legi-officia perfecta constituentibus consentiuntur, *justitia* dicitur *internam*; si externae, ubi his *externae* appellatur.
 Definitio, quam tradunt *Jeti veteres*, (num ex disciplina Stoica habstant?) semper quod sit *consensu* & *perpetua voluntas suum cuique tribuerit*, ad *justitiam internam* convenit, quae sub *virtute* continetur, non autem ad *externam*, eusus filius in *foro* & *inter populos* habetur ratio, & ne ad *internam* quidem, nisi affectio animi posita in studio privandi jure suo aut in juris sui osu impediendi neminem, ad tantum gradum excederit, ut inter *virtutis effectus* referri possit.

Si *justitiam internam* ab *externa* distinxeris, intelligi potest, quid sibi velint, qui dicunt, magni interesse, utrum *justa*, an & *juste*, hoc est *animo justitiam amante*, agere dicaris. Quem enim sola timiditas, sola vis *judicij* & *imperii* impellit, suum ut cuique tribuat, is facit, quae *justa* sunt, non autem *justo*, quoniam momentis nabilibus, (§. 197.) sine quibus nulla est virtus, haud commotus fecit, quod omittere propter *praeensionem mali instantis* non ausit.

§. CXCIX. Manifestum est ex notione *juritiae*, vehementer fallit *CARNERIUS*, (a) qui earum, ut *vires eloquentiae* suae quaevis in utramque partem disputantis *Romae* ostentaret, *stultitiae nomine infamavit*. Fallit eos, qui cum subtilis *ingenii* viro facere videntur, ambigua *utilitatis* notio.

Uni-

(a) *EX TANTIOU infinit. lib. 5 c. 16. Epit.*
QUINTIL. II, 1. CICERO de Legibus I,
13. AUPUSTINUS de Civ. Dei 19, 21.

movere facultatem cogendi, est iuria (stricto dico) notionem evantere.

Sume, hanc somnatae non esse universo verum. Simul ponetur via iusta injuriae resistendi, & via iusta eam inferendi. Utraque in eundem actionem non convenit. Ergo illae emuntiones sine exceptione vere sunt, quoniam quae illis sunt contrarie, aliquid notioi iuris repugnat emuntiant, propinde notiones sibi contrarias conjugantur.

s. CCXCVII. Exposita notione iuris & officii perfecti viam nobis patefecimus ad explicandam notionem *justitiae*. Alter hoc vocabulum interpretantur ARIATORES (a) &c. CICERONI (b) quorum ille duoi gentes justitiae distinguunt, alterum *justitiae universali*, alterum *partis cuiuslibet*, & illam in studio parciendi legibus socialibus omnibus polnis. Interest vero quod multis effectu exigitos, in consistoriis imponentium, inter populus, in tribunis balibys judiciorum, in curia, in vita opinorum, in ecclesia, non solum habeat notiam, quid ratus loquendi usus parit, sed accurata definitione terminari. Ictis, circa proprie loquuntur. Est conuenientia officiorum (cum legibus officia perfectissimis scribentibus) rationabilius estimari etiam quod definitione patet, nam est *justitiam*, neque caput illarum qui proprias leges habent, in *completo* & *attributricem* dividii posse.

(a) Moral. IV. 24. 1000. 20. 2100. 22. 2300.
(b) De Offic. II. 1. 1. de Jure. II. 23. de Leg. I. 18. seqq. Ita inesse potest. (Ex. 3.)

§. CXXVIII. Si actiones internae cum legibus officia perfecta constituentibus consentiuntur; *justitia* dicitur *internam*; si externae, ad his *externam* appellatur.

Definitio, quam eradunt *Jeti* veteres, (num ex disciplina Stoica habstant?) semper quod sit *consensus*. Et *perpetua voluntas suam* cuique tribuerat, ad *justitiam internam* convenit, quae sub virtute continetur, non autem ad *externam*, cuius solius in *strio & inter populos* habetur ratio, ex ne ad *internam* quidem, nisi affectio animi posita in studio privandi jure suo aut in *juris sui ofu* impediendi neminem, ad tantum gradum extenderit, ut inter virtutis effectus referri possit.

Si *justitiam internam* ab *externa* distinxeris, intelligi potest, quid sibi velint, qui dicunt, magni interesse, utrum *justa*, an & *juste*, hoc est *animo justitiam amante*, agere dicaris. Quem enim sola timiditas, sola vis judicij & imperii impellit, suum ut cuique tribuat, is facit, quae *justa* sunt, non autem *justo*, quoniam momentis nobilibus, (§. 197.) sine quibus nulla est virtus, haud commotus fecit, quod omittere propter praeferentie mali instantis non ausit.

§. CXXIX. Manifestum est ex notione *juris*, vehementer fallit *CARNADEM*, (a) qui eam, ut *vires eloquentiae* suae quaevis in utramque partem disputantis *Romae* ostentaret, *stultitiae* nomine infamavit. Fallit eos, qui cum subtilis *ingenii* viro facere videntur, ambigua utilitatis notio.

Uti-

(a) *LUC TANTIVS* infit. lib. 5. c. 16. *Epit.*
QUINTIL. II, 1. *CICERO de Legibus* I.
AUGUSTINUS de Civ. Dei 19, 21.

Utile saepè vocatur id, quod quilibet propositor bono aut malo efficiendo inservit. Sed cum proprius loquimus, id dici potest. (§. 10, 287.) observavimus, quod est subsidium bonum asequendi finem bonum; esse vero subsidium bonum, cuius eum, a quo fuerit adhibitum, non possit poenitentia, quia per se consideratum cum ejus felicitate esset coniunctum.

Homines cuncti natura ducere viam felicem appetunt. Hoc experientur fructus societatis. Hujus basis est quietus (per, securitas). (§. 119.) Haec haberi nequit sine justitia. (§. 1197.) Injustitia easi distracturat. Ergo qui justitiam colit, ille, fini suo supremo (§. 12.) conuenienter, praeiude sapienter et agit.

Nulla foret ratio expetendae societatis, nisi plus boni, quam solitudo, offerret. At sine vita quieta nulla felicitatis per societatem accessio cogitari potest. (§. 130.) Quia accessione remota, tollitur momentum vivendi cum hominibus. Quamobrem sublata justitia in statum pacatum conservante, distractus vitae communitas. Itaque sibi ipsi repugnat, qui commoda societatis captans justitiam violat, & ejus iustitiae ridet.

Idemne de singulis sine exceptione affirmari potest, inque valetioribus. Hi defigent, inquis, nisi sic sentirent: illud, quidem justum est; sed hoc expedit, vindicta vobis. Leges expeditatibus vinculum injicentes, ut loceas et ceteras. Efficiunt animos buriles, formidine, dirimunt. Depressisque premunt ad terram.

Haec vulgo. Verum natura erga omnes aequem benignam statum rerum humanarum ita ordinavit, ut & potentiorum necessatio, interfit, & justitiam co-

lere, quoniam sunt infirmi, simulac a jure rece-
dunt; & potentiae suae propugnacula ipsi per-
tampuit (a).

Ex his, quae (§. 166.) attulimus, efficimus
has conclusiones:

I. *Justus violare, nec toti societati humanae, nec
singulis hominibus, unquam prodest.* (si pro-
delle dicitur id, quod pro suavitate, quam
eo in praesens afferit, malum verum non red-
dit)

II. *Nihil est natura justum, quod non idem &
omnibus & singulis sit utile.*

¶ CCC. Neque est, quod existimetur, haec
enunciata publicis monumentis refelli; saepe ad
culmina verum crescere injustos, & male quaesi-
tis tranquille frui; saepe splendere, qui audacter &
callide magna ausint, & acta intrepide tueantur.

Damus, humiliatem (§. 147.) aut imbecil-
itatem. saepe homines deterre ab ausu iis resi-
stendi, a quibus privancur rebus suis & oppri-
muntur. Sed ex hoc prospero successu quid
emolumenhti capitunt injulti? Opes, inquis, ho-
nores, terras, imperium. Propter haec bona,
aut, poterior quisque vult ab aliis erga se coli ju-
sticiam; sed ipse immanis ab ultoribus atque poenae
metta quidni illam negligat? Valentioribus nocet
invisusque est iustitiae rigor, solis infirmis neces-
sarius.

¶ Verum ea commoda externa non per se bonorum
aut heros sunt; sed demum sunt, cum ex eorum pos-
sessione & usu hand nascentur causae verorum dolor-

(a) *Civ. P. L. A. r. de regnib. Hbr. 4. Et 2. Stobaeus
serm. 10.*

rum, quorum acerbitas praesentem, quam affe-
runt, voluptatem vincit. (§. 38.) Possuntne au-
tem efficere, qui jus in viribus habent, ut sint
vere certi, se omni loco & tempore aequae po-
tentest fore? An fieri potest, ut meū vindictæ
similisque injuriae sibi ab aliis inferendæ vacent,
quos exemplo malo ad fas nefasque miscendum
provocant? ut impetus vehemens ac furor laesum
ad quidvis audendum nunquam abripiat? sicarios
conductos, proditores, veneficos, non armet
aviditas lucri? plures ad frangendam potentiam
non excitet communis merus? Possuntne venire
in spem probabilem, futurum, ut nunquam se
ipsos magno periculo suo prodant? ut nunquam
sentiant, quam male sit homini, qui sibi est con-
fcius, statum mentis suæ esse contrarium volun-
tati patris hominum providi ac justi? Haec si
sibi possent praestare injusti; non repugnaverim,
quo minus, dum fortuna favet, felices praedicen-
tur. At num felix dici potest, quem, praeter
metum ultiōnis poenaeque humanae & divinae,
sui ipsius *necessario* poenitet, cum primum in
effectus injustitiae suae intuetur? (§. 41. 54.)

§. CCCI. Nec meliori successu contra *Dei*
providentiam disputant, qui fortunatos injuria-
rum exitus nobis objiciunt. Addemus illis, quae
(§. 189.) differimus, quasdam explanationes.

Cum de justitia divina in moderandis homi-
num eventibus agitur, probe tenendum est, ju-
stitiam supremi rerum omnium rectoris nos
contemplari debere, non eam, qua homines
cum hominibus, principes cum civibus con-
tinentur, quorum illis voluntas Dei certa vitae
praecepta, his voluntas cnique sua & pactio,
prae-

praescripsit. *Justitia divina est pars providentiae rectricis.* Hanc qui oppugnant, illos ostendere oportet, Deum salva sapientia, quam demonstravit in creatione mundi perfectissimi, omnem injustitiam avertere potuisse, dum rerum naturalium & eventuum humanorum ordinem alium, quam qui constitutus est, manente eadem hominis natura, efficaret, vel Deum nunc pro summa sapientia sua efficere posse, ut injustorum tela eo, quo alios aggrediuntur, momento semper hebetentur, & innocentes, multarum rerum interventu instar clypei interposito, ab impetu scelerato defendantur.

Occurrit nobis, saltem impediendum esse vi divina, quominus injusti fructibus improbitatis suae perpetuo potiantur, oppressisque esse restituendos in integrum. (a) Verum quo minus hoc semper fiat, plutes una causae probabiles afferri possunt. Si talis reparatio injuriae non possit fieri, nisi factio quodam ordinem naturae interrumpente; an sapientia summa, quae in mundo conservando & administrando cernitur, hujusmodi perpetuas fere mutationes fieri patitur? Deinde num eorum comodis male consulitur, quibus injuriam passis & justitiam divinam malefacta punientem implorantibus non subvehitur? Nullane iti his precibus ultionis cupiditas inest? Num de patre merito queritur filius, qui huic peculium praeripere privignum suum patitur, sed in vicem eidem filio hereditatem longe ampliorem relinquit? Saepe Deus injuriae

(a) V. *Sextus Empiricus Pyrrhon.* *Hypotyp.* III, 1. *CICERO de N.D.* III, 32 seq. *PLINIUS Hist. Nat.* II, 7. *CLAUDIANUS in Ruf. lib.* I. *Mit.*

riae non reparatae patientiam beneficis pluribus compensat. Saepe non prohibet, etiam bonos injusta pati, ne faciant. Saepe is indigne agit, qui injuriam facit, sed is, cui infertur, non est indignus, qui eam accipiat.

At non puniuntur imprebi, infirmis insultare perguni, sicca morte intereunt. Quo argumento constat, eos non puniri? Primum in quo non tormenta illos se date oportuit, antequam eos, quo vellent, pervenirent! Deinde ex quo indicio certo apparet, etiam illis, quae desiderarunt, impetratis, vim miserorum mentis tumultum ex malefactorum conscientia ortam eos non sentire? non Deum, non homines, non se ipsos metuere? *Lotharius I. Imperator*, qui patrem de solio dejeerat, ut citius solusque regnaret, qui post hujus mortem imperium adeptus in bello cum fratribus dominationis causa suscepit florem nobilitatis Francicae, hoc est, Germanicae & Gallica, extinxerat, is princeps vehemens at tandem se ipsum, impietas atrocis sibi consciunt, ferre potuit? Denique an concludere licet: non cuique apparet poena divina, ergo nulla infligitur?

Quae sera videtur vindicta Numinis, de qua PLUTARCHUS egregie exposuit, ea non nunquam est gravissima, & minus recte sera censetur. Quid est *sensus poenae*, nisi acris impulsio ad resipiscendum & a simili errato in posterum sibi cavendum? Rediturus ad frugem forte erat homo injustus, si manum divinam iniquitiae vindicem citius sensisset. Impunitus, vel dicam potius, id malum, quod sibi ipsi facinore injusto concivit, non sentiens, pergit ex alio facinorum improborum genere in aliud incidere. Sic magna quandoque poena est, non puniri; seu, ut

ut accurate rem efferam, poenam facti injusti naturalem, sicut poenam, non persentiscere. Prosper injustitiae successus, poena est.

Habet hunc quoque fructum doctrina de aeternitate animorum, ut; quod sperent, sit oppressis, &; quod metuant, oppressoribus.

§. CCCII. De regula, quam adstruximus, non excipimus populos. Ordo enim eventuum ad hominum felicitatem aut infelicitatem conspirantium est immutabilis, atque idem inter singulos cum singulis commissos, qui inter plures cum pluribus, proinde & populos cum populis, con-gressos. Neque hujus ordinis a natura statuti, qui in malis injustitiae effectibus cernitur, perpenditatem historia Gentium tefellit.

Quippe in omni forma imperii evenit, ut faci-
horum injustorum culpa ad paucos pertineat. Unde nec poëha proprie dicta ad plurimos per-
venire potest. Ilos vero, a quibus, tanquam ab
auctoribus, profecta est injuria, nullas dare poe-
nas naturales, ac praeter has nullis divinitus infli-
ctis discruciar, nullas pertimescere, gratis sumi-
tur (a). Quem fructum tullit Alexander M. ex bellis
injustis, quem Attila, sidera illa iniqua gentibus?
Sane non tam jucunde vivunt tyranni, qui lin-
guis & corporibus, quam Reges boni, qui ani-
mis dominantur, & cum exteris pacem tutam &
honestam colunt.

At, inquis, injustitia creverunt vites populi, ve-
luti Romanorum & compluribus bellis, quibus speciem
ju-

(a) V. exemplum relatum a XENOPHON & Hi-
stor. Graecae lib. V. c. 4. Add. PLATO de rep. lib.
§. TACIT. ann. VI, 19. SULTON. Tiber. c. 68.

juris imponebant, immensa terrarum fertilissimorum spatia sibi subjecerunt. Si creverunt vires atque opes, an & morum in illis utendis sanctitas? sine qua nec privata nec publica felicitas vera praedicari potest. Annon illis ipsis incrementis de lethargo excitantur exteri, ut potentiam ambitiose & injuste auctam frangant, & quandam quasi bilancem virium restituant? Sic bella ex bellis seruntur. Imperia cum certum magnitudinis gradum excesserunt, mole sua ruunt.

Nec populus plane immunis est malorum, quae ab injustitia publica adversus exterorū manant, non tantum quod pro ea ad exitum adducenda & defendenda bona sua & sanguinem magna pars ciyium disperdere cogitur, sed & quod manantibus ex eadem injustitia aerumnis afflictatur, licet earum fontem non semper scrutetur, sed a casu obortas putet. Dum necessitate obdiendi coactus injuriosa in exterorū arma gessit; sibi inscius instrumenta mali se nipterni, aut prorsus exitii, fabricavit.

Orbem pene totum vixtor Romanus habebat, nec satiatus erat. Debellatur oriens. Accipit leges, inque vicem superbo domitori reddit luxum ac servitutem.

Victus orbis novus statim victorem ulciscitur orbem.

Pro gloria principis & gentis singuli cives arma opesque alacriter conferunt, ut fines imperii extendantur. Voti damnati quem fructum colligunt? Ut si in posterum deteriore conditione, quam qua fuerant, parique illis, quos princeps, omnium dominus, armorum vi subjugavit.

SEC-

S E C T I O N I V I .

Aequitas.

§. CCCIII. **J**uris rigorem exposuimus. Verum recte dicitur proverbio, *summum jus esse summam injuriam.*

Jura aliena quorunque, etiam necessitatis, sub praetextu violari natura vetuit, ne se jungerentur homines, sed ei regulae adjecit lenimentum *aequitatis*, ut conjungerentur. Hujus notionem & regulas a nobis exquiri, necesse est, non tantum quod jurisprudentia dicitur ars boni & aequi, sed etiam quod fines *justi* & *aequi*, aequitatis verae & opinatae, in vita communis plerumque, inter populos & in judiciis saepe, non sine gravi societatis incommodo & periculo, confunduntur.

Notionem *aequitatis* origo vocis latinae, qua illa exprimitur, quodammodo aperit. Dicitur videtur a notione ejus, quod *planum* est, nulla ex parte inclinatum aut sublatum, aequale, veluti *animus aequus* dicitur, qui nullis commotionibus factatus in neutram partem temere propendet, sed sibi in sensibus, dictis, factis constat. Veteres cum de eo, quales in alios esse debeamus, dispitant, tam late aequitatem interpretantur, ut nonnunquam *justitiae* (§. 297.) partes ea voce comprehendant (*a*).

§. CCCIV. Eam hominum aequalitatem natura

con-

(*a*) *CICERO in Top. c. 2 & 23.*
Dd 3

constituit, ut non tantum singuli cum singulis pari jure utantur, nisi de hac pari juriū secum natūrum mensura ipsi suopte factō decesserint, (quam juris aequalitatem (§. 295.) tetigimus,) sed etiam ut pari quisque modo ad fruenda, &, quantum in se est augenda, societatis vera commoda invitentur a natura & ducantur.

Ex hac aequalitate hominum naturali nascuntur notiones aequitatis, quatenus a justitia discernitur, & id genus *postulationum*, quas vulgo *aequas* dicimus, ne cum illis commisceantur, quae jure cuique debentur. Scilicet aequitas aliquanto latiori intellectu est studium in *officiis imperfectis* servandis alios sibi, & alios inter se, pro eorum merito coaequandi. Vis hujus aequitatis maxime cernitur in judiciis de aliorum factis & meritis, (h. e. in doctrina de *imputatione morali*) & in illis praecipue gratificationibus auxiliisque, quae ad aliorum molestias avertendas & minuendas, onera elevanda, ac difficultates, quibus implicantur, superandas spectant.

Incipiems a prima aequitatis parte consideranda, quae est posita in voluntaria abdicatione juris facta in alterius commendum. Nempe haec aequitas est benignitas demonstrata omisso usu iuris cuiusdam aliquid agendi, aut ab altero exigendi, quod ei est molestum. Ejus fons est *philanthropia*. Hanc cum nobis natura tanto impensis commendaverit, quanto major pars felicitatis nostrae ex ea pendet: sequitur, ut necessitas, hoc est *obligatio*, *naturalis* nobis sit imposita, ita nos gerendi, ut in modo, quo cum aliis agimus, aequitatis studium semper appareat. Haec itaque est pars *offi-*

officiorum imperfectorum. Differt a caeteris ejusdem generis officiis, quod restringitur ad usum ejus juris omittendum, qui alteri magnum incommodum afferret, nobis commodum exiguum aut nullum, saltim alterius dolori & molestiae haud aequabile. (a).

§. CCCV. Ex definitione nostra apparet, quid inter jus & aequum intersit. Iusta postulatio significat jus vi efficiendi, ut praestetur, quod postulatur. Ab ea, quae dicitur aequa, vim abesse oportet.

Cum esset opus vocabulo peculiari facultatem moralem, h. e. legi naturae consentaneam, id ab aliis petendī denotante, quod sine violatione officii cuiusdam *imperfecti* negari aut omitti nequit; GROTIUS, vir in hac scientia princeps, eam facultatem nominavit *aptitudinem*, & cum hac notionem meritè conjuvxit. Quod nomen cum paucō obscurius wideretur, auctoritate in primis PUFENDORFIS, egregii quoque legum naturalium explicatoris, praevaluit nomen *juris imperfecti*. Hac itaque voce significatur facultas moralis sine vi facta, aut ejus comminatione, id exigendi ab aliis, quod sine violatione caritatis a natura praeceptae negare aut omittere nequeunt. Aequitas cum sit in

(a) ULPIANUS in l. i. §. 3. de peric. & comm. rei vend. licet autem venditori, inquit, vel effundere vinum, sediem ad metiendum praesituit, nec intra diem admensum est, effundere autem non statim poterit, priusquam testando denuntiet emtori, ut aut tollat vinum, aut sciat, futurum, ut vinum effunderetur. Si tamen, cum posset effundere, non effundit, laudandus erit..

in officiorum imperfectorum numero, (§. 304.) projnde de illa idem tenendum sic quod de his docuimus; perspicuum sit, quaevis postulata aequitati consentanea nomine *juris imperfecti* comprehendendi.

Uti violatio *juris imperfecti* universe dicitur *offensio* (§. 129.) ita iniquitas quaelibet in numerum *offensionum* venit, quas etiam hic distinguiri oportet a *laesione*, ne res diversae eodem nomine appellatae temere & exitiole commisceantur. Sic *jure* legatum non petitur ab herede, qui novit, nonnisi morte repentina defunctum a codicillis in commodum legatarii conficiendis prohibitum fuisse. Sed si percarus defuncto fuit, cui hic legatus erat; si eidem sit res angusta domi; si sit vir bonus & dignus, qui sublegetur; si hereditas ampla delibationem aliquam facile patiatur; si heres multis testatori nominibus, praeter opes ab eo acceptas, sit obstrictus; aequitas legatum solvi suaderet, quod lex civilis non solvi permittit.

§. CCCVI. Cum munia aequitatis contineantur sub *officiis imperfectis*; (§. 304.) placitum est, eadem momenta, quibus natura homines ad mutuam caritatem suscitat, eos quoque ad aequitatem impellere. Quo pertinent commoda quam plurima, quae aequitatem in societate consequuntur, incommoda, quibus subeundis iniqui se ipsos puniunt, pudor, existimationis bonae diminutio & quandoque amissio, detestatio, quae non soli boni, sed & mali homines interdum iniquitatem vehementius, quam injustitiam, prosequuntur, tranquillitas mensis se sibi ipsam probant;

cum

cum se aliorum sollicitudini & molestiis medetamen adhibuisse sibi conscientia est, favor eorum, qui aequitatem alterius spectant, reverentia voluntatis divinae mutuam hominum benevolentiam praecipientis. Eadem momenta sunt communia *justitiae*. Hujus unum vero est proprium, metus coactus. Sic iudicis est, aequitatem commendare litigantibus, quamdiu conciliatoris inter eos partibus fungitur; id quod ad mintendam litium multitudinem & longinquitatem habet vim magnam in Hollandia. Sed cogere aliquem, ut de jure suo alterius gratia decedat, ut v. c. creditor solutionem certis pensionibus fieri patiatur, utque aliud pro alio solutum accipiendo, aut nonnisi id, quod salvis alimentis solvi potest, exigendo sublevet debitorem, cui magis aspera vis faci, quam sua culpa nocet, id vero, nisi lex civilis permittat vel praecipiat, non est iudicis justi, sed hominis ex alieno temere liberalis.

S. CCCVII. Non est, quicd putetur, cum non minus intersit societatis aequos, quam justos, esse homines, consequens videri, ut ad aequitatem invitis incutendam, perinde atque in officiis, quae ad justitiam retulimus, vim permitti necessé sit. Hanc dubitationem refellunt, quae de causa, cur officia, quae homini natura praeceperit, plurima non sint *perfecta*, (§. 288.) differimus. Quippe fructus eximius, qui ex aequitate capitur, interiret, si ad hanc obtinendam vi uti liceret, siquidem manifesta, quam (§. 308. seqq.) apériemus, difficultas probandi iniquitatem facti, certamina infinita gigneret inter pares, qui quod nullo im-

Dd

Pé-

perio communi continentur, in *statu naturali* vitam degere dicuntur.

Neque majoris ponderis est, quod urgetur, in civitatibus aequitatem officio judicis definitam juberi; idem commode inter homines nulli jurisdictioni subjectos populosque fieri posse, dummodo quod postuletur, manifeste aequum sit. Nam, ut tacet, de eo ipso, quid sit eo in genete manifestum, novas lites pugnasque extirras; alia est *aequitatis civilis*, alia *naturalis*, ratio. Illa nascitur ex arctiori vinculo utilitatis communis inter cives contracto, quo fit, ut singuli, dum aliquam iurium suorum particularam remittunt, ex commodo inde ad alios perveniente ipsi aliquem fructum quasi per circuitum vicissim reportent. Quod idem in societate naturali haud aequum obtineri potest. Deinde in civitatibus aequitas judicatum praescripto aut ratione legis regitur, tum ad certos terminos sive judicum religione & jure-jurando adstringitur, sive eorum moru, ne superioribus judicibus, ac pro re, nata imperanti, rationes eorum, quae decreverunt & gesserunt, reddere, poenasque aut imperitiae insignis, aut improbitatis, subire cogantur. Adde, ibi optime judicia esse constituta, ubi certa in causis civilibus norma diserte est praescripta, quando liceat judicibus rigorem juris emollire, & quonsque, ut in caeteris causis non exceptis eum deserere non liceat.

S. CCCVIII. Quibus expositis planior erit quaestio, quando exigat caritas, ut in aliorum utilitatem ab usu juris nostri abstineamus, seu, quod eandem habet sententiam, ut *aequitatem servemus*?

Im.

Implicati societati humanae, sicut pars toti corpori, nunquam consideremus, quid nobis in praesens sit gratum vel quaestuosum, multo minus, quid cupiditatibus nostris immoderatis aut naturae prorsus contrariis, in primis quod odio nostro in certos homines, sit consentaneum. Hoc indagemus, quando & quo usque intersit totius societatis, ad quam pertinemus, ad alios sublevandos jus quoddam a quo cunque dimitti, cuius eadem, quae nostra ad illum, in cuius gratiam dimittitur, est relatio. Eadem si & nos faciamus jaetoram decessione de jure rigido asperoque, non potest ea non nobis si minus statim, ex intervallo tamen secundum naturalem rerum ordinem, esse fructuosa & jucunda. (§. 166.) Certe in minus erroris periculum veniunt, qui de tali jaetura judicaturi sententiam de sua causa ferunt, tanquam si esset aliena. Animus his sensibus imbutus etiam in adversarios aequus erit, quibus dum jure suo queretur, valde nocitus erat. In summo partium studio, quamquam illud mentes valde coecare consuevit, aliquod tamen aequum inter dissidentes oportet esse quasi medium, cuius lineam transire uti utrique parti exitiosum est, ita propugnandum haberi oportet.

Sanitas verbo iudiciorum de acquitatis debito reat ad computationem commodorum ejus juris, quod alterius causa perditur, & ad statum notitiaeque ejus, cui succurritur. Nam cum de jure tuo discersis, videndum est, num incommode tuum ex eo facto ortum sit majus eo, quod ex usu ejusdem juris in alterum redundaret, deinde hunc ex jure abdicato satis virium conserves, ut non tantum tibi in posterum non desis, sed etiam aliis in eadem conditione posuis adesse possis. Is vero, cuius

in

in commodum sit jactura juris, notus esse debet, ut verosimiliter praevideri possit, num ea facultate & gratificatione nostra facte in suam ipsius aliorumve utilitatem sit usurus, delude si plures eodem tempore ad aequitatem nostram confugiant, quem preferri, societatis maxime intersit.

s. CCCIX. Ex hac norma generali putamus has regulas patere speciales. 1) Abstine ab eius juris usu, ex quo ad alterum plurimum doloris & molestiae, ad te fructus nullos, nisi gaudium malitia plenum, perveniet. e. c. Creditor pignus acceptum vendit, non quod pecuniae restitutione indiget, aut debitum diffidit, sed quia gaudet hominis, cui succenserit aut invidet, famam lacera- re eumve redigere ad incitas. Idem dicendum est de illis actionibus injuriarum, ex quibus haud institutis ad eum, qui accepit injuriam, niacula nulla, ad eum vero, qui fecit, gravis & semi- terna reddit.

2) Onus, quod sine injuria culquam imponitur elevari, aequitas jubet, quoties idem, quod exercendo jure nostro querimus, bonum eo, qui alteri sic tolerabilior, modo assequi integrum nobis est. Illorum, qui hoc officium negligunt, duritia animis accusari solet. Haec est iniurias posita in incuria doloris & oneris ex usu iuris nostri haud necessario ad alios redeuntis. Sic duri sunt domini, qui servis quorum in se merita horunt, ingratia imperant, quae per alios talia haud peregrine suscepturos efficere poterant.

3) Cum lex civilis repellat actorem, qui, quod natura justum est, petit, is qui hac sola obligationis lege sublatae exceptione promiscue usus

usus a debito se liberat, iniquus esse potest.
 e. c. Sententia ob dies fatales appellationis
 clapsos vim rei judicatae adepta liberat debito-
 rem ab actione, non autem ab obligatione na-
 turali, ex tarditate creditoris pauperis unam
 forte horam negligentis lucrum ei valde nocens cap-
 tandi.

4) Quos laboribus & impendiis suis juvare debe-
 bas in commodiis suis sequendis, depellendisve
 incommodis (§. 159.), adversus eos jure tuo non
 uti, vel eorum non esse competitorem & impe-
 ditorem in bonis, quibus indigent, quaerendis
 aut conservandis, est consentaneum aequitati.
 Sic si cui deductis impendiis ad usus vitae neces-
 sarios residua est pecunia, quam in res ad ju-
 cundius vivendum pertinentes insumere solet:
 aequus ille fuerit, ubi debitori infortunato eidem-
 que viro bono usurpas debitas condonet, quas nisi
 amissis vitae necessitatibus solvere non possit,
 eumque his non carere malit, quam eo anno res su-
 perfluas sibi comparare. Ita nec foemina benefi-
 cio legum, nec minor, postquam major factus
 est, exceptione aetatis utentur adversus eum cre-
 ditorem, quem idcirco infortunatum, quod simi-
 lem pecuniae summam ab alio sibi debitam non
 consequatur, non implicare novis aerumnis, sed
 opibus suis, quibus abundant, ultiro expedire debe-
 ant. Similiter si duo idem munus ambiant *so-*
lius quaestus ex eo faciendi causa, uterque ei
 obeundo pariter idoneus, sed alter dives, medio-
 cris fortunae alter, ille obscure, hic splendide na-
 tus, uterque coelebs, sed alter familiae suae pa-
 rum, hic magnae, at parum opulentae, pluri-
 mum devinctus; aequitatis munus ille implebit,
 ubi huic ultiro locum cedat.

§. CCCX.

§. CCCX. Ex quibus intelligi potest, quid sentiendum sit de eorum doctrina, qui cum quemvis dominum ea, quae sint innocuae utilitatis, cuivis concedere debere statuant, ex eo dogmate concludunt, eundem posse cogi, ut res, quibus alii ad *commode* vivendum indigeant, *aequo pretio* vendat. (a) Quae disputatio nos dicit ad locum de *aequitate mercatorum*. In qua contemplanda, ut puto, manifesto intelligetur, quam necesse sit, fines justi & aequi in quavis societate, praesertim naturali, accurate regi. Negotiator &, qui minutatim res animo dividendi eritas vendit, mercator ex eo, quod mitioris emit, pluris vendendo vel permutando lucrum quaerit, ac societati mercibus, quibus eget, aut se egere putat, sumpeditandis ipso quaestu stio prodeat.

Negotiatorem oportet periculum maius minusve pecuniae suae impensae in merces comparandas, transportandas, asservandas, avehendas subire. Adde discrimen, in quod venit, fidem de pretio in longum tempus habendi, & id haud recuperandi a debitore rationes conturbant. Praeter has impensas & sollicitudines recte aestimat operam suam & expensas necessarias in se suosque honeste alendos, tum & necessitatem opum quarundam in usus futuros colligendatum, ut tefminos mercaturaue suae insuam & communem societatis utilitatem profert. Itaque cum calculi hoc modo sint subducendi, ut de iniuritate mercatoris firmum judicium fieri possit: facile patet, quam periculose cuivis merces expertenti illud tribuatur, & quantopere deperitura sit mercatura, ubi libertas, quo mercator velit, pretio vendendi, aestima-

(a) Cf. Gnaotius de J. B. & P. II, 2. 18 seqq.

thatione aequi pretii ad emturiēntium arbitrium accommodanda coetceatur. Quantum difficultatis ea res etiam in societate civili habeat, ex Romanorum exemplo colligi potest, qui demum *saeculo tertio* certam pretii aequi regulam præscriperunt, quae THOMAS & aliis in hunc usque diem paruth aequa videtur.

Sed licet negemus, injustum esse negotiatorem, qui nimis avidus magis, quam alii venditores, pretium rei suae statuit: tamen eum esse iniquum concedimus, qui non tantum ex aliena necessitate, (quemadmodum de negotiatore frumentario supra observavimus) sed etiam ex aliorum in scitia, errore, cupiditate vehementi, praeditur, quaestumve ea, quam praemisimus, computatione majorem facere assolet. Cui non dissimilis est, qui mercaturae monopoliū aut principatum malis, sed non injustis, artibus versute alios mercatores opprimendo sibi vindicat. Universe is negotiator est aequus, qui sibi quidem bene esse cupit, nec tamen propter se male aliis.

§. CCCXI. Aequitas naturalis habet gradus, justitia naturalis *externa* nullos, injustitia *civilis* plures. Cum de eo, quod alter alteri *jure* debet, quaeritur, parum, an multum, diviti an tenuiori, potenti an infimo, debeatur, nihil refert.

Aequitatis gradus ex effectu, qui iniuriantem sequentur, metiendi sunt. Quo magis est detrimentum, quod alter alteti importat, dum jure suo utitur; quo plures sunt, ad quos istius detrimenti effectus manant; quo clarius illos effectus prævidere possis; quo levior est & brevior sensus jacturae, quam de jure tuo decedens facis;

quo

quo ejus levitatem lucidius potes cognoscere; eo aequior est petitio, ne jure tuo utaris. Igitur eo iniquior est morositas, pertinacia, aut aviditas negantis se facturum, quod rogatur, aut ultra non praestans. Verbo gradus, quos habet iniqüitas, constant ex magnitudine & stabilitate detrimenti; quod aliis inferimus, dum nostro jure utimur, ex levitate jacturae, quam omisso juris nostri usu facimus, ex claritate cognitionis, quantum mali eventurum sit, si jus nostrum vel urgeamus, vel dimittamus.

Nunquamne jacturae; eaque acerbissimae & difficulter reparabiles, in aliorum hominum commódum fieri? Omnino. Id vero non pertinet ad aequitatem, sed nobilis & alti est animi: de qua excelsitate (§. 139.) quaedam attulimus.

Nobilis sentiendi ratiō est habitus animi etiam cum incommodo suo, & in magnis rigidi juris usurpandi illecebris, aequitati studentis. Pater iratus solam alteri filio legitimam, alteri reliquam hereditatem, relinquit. Hic cum norit, rem fratris non mali angustam esse; de jure suo decedit, & ex aequo hereditatem cum eodem partitus illi ampliorem ex dignitate vivendi conditionem, sibi voluptatem ex benignitate sua bene collocta & vinculo caritatis fraternalē adstrictō comparat.

§. CCCXII. En, inquis, si minus pugnam, certe confictionem & concursum legum, siquidem eadem lex, quae jurium sanctitatem praescribit, horum usum prohibet.

Nullus est conflictus. Cum lex naturae exigit studium aequitatis, sicut subsidium felicitatis humanae augendae, hoc praecepit est ita intelligendum,

dum, non oportere quemquam cogi, ut sit aequus, quoniam, ut (§. 307.) diximus, plus mali generi humano inde esset obventurum, quam ex durissimae iniquitatis toleratione & impunitate.

Igitur leges: altera, *justus esto*, (hoc est, c^ave, ne quid de c^oiusquam juribus (§. 162.) detrahatur) jure tuo utens nemini facias injuriam; altera, *aequus esto*, hoc est, quamvis jure tuo utens nemini facias injuriam, ultrò tamen a iuris tui usu abstine, ut philanthropian colas, (§. 304.) hae, inquam, leges sibi non repugnant, neque colliduntur, quia simul utrique pareri potest. *Justus* dicitur actio, quia ad eam omittendam cogere licet neminem; eademi dicitur iniqua, propterea quod ea suscipienda demonstratur animus eorum, quae ex caritate mutua capiuntur, frumentum negligens & exsors.

Neque est, quod obmoveas, judicem v. c. eodem facto posse justum esse & iniquum. Qui legem dubiam durius, quam par est, interpretatur, is simul & iniquus est judex & injustus; qui manifestat, sed duram exercet, neque injustus est neque iniquus. Aequitatis enim munus est, de jure suo quandoque decedere: nunquam autem ejus notio patitur, *de alieno*, tanquam si esset suum; statuere. Id quod faceret judex, qui cum sit minister legum, eas corrigeret, & illis adversantibus cuiquam subvenire auderet.

At vero ait, si in contentionem veniunt officia perfecta & aequitatis munia, utra praevalebunt? Posito officio pleno id, quod aliis debetur, non nostrum, sed alienum est, proinde hujusmodi, ut illud nulli unquam vel nostra vel alterius, quem sublevara velimus, causa detrahere liceat. Itaque non est

E •

aequum,

aequum, quod illaesis illis, quae cuiquam plene debentur, officiis & sine damno alterius irreparabili praestari nequit. Advocati est, hodie clienti suo adesse ad judicium. Cum se in viam dedisset, videt amicum subito casu affictum, quem recreare aequum videtur. Quod dum facit, interim tempus fugit. Alius dies a judice praefigitur. An recte amico adfuit? Non potuit adesse, nisi salvo officio clientem indemnam servandi. Solvit expensas contumaciae, & quicquid clientis interest. Is, hac satisfactione accepta, iniquus foret, ubi de procuratoris sui aequitate in amicum quereretur.

S. CCCXII. Ne qua pugnae inter *jus & aequum* collisusve species oriatur; argumento, quo ex obligatione *jus concluditur*, caute utendum est. Qua quidem argumentandi ratione WOLFFIUS multum utitur. (a) Videndum praecipue est, qualis sit obligatio, ex qua, quid facere liceat, colligitur; num *absoluta*, seu *simplex*, an *cum adjunctione*, seu, ut ajunt, *hypothetica*, ac suspensa a certa conditione certoque hominis statu, quales obligationes conditionales nunquam repugnare absolutis, (§. 217.) observavimus. v. c. Ambigua est regula; hoc te facere oportere natura praecipit, ergo id etiam vi adhibita te facere permittit, quod officio praestando infervit. Nam ea, quae fieri oporteret dicuntur, non uno modo intelliguntur. Id universe verum est, in quod plene obligor, in eo efficiendo occupatus vim mihi oppositam vi repellendi jus habeo. Non
li-

(a) Sic in *elementis juris Nat.* §. 573: *necessitas irresistibilis*, inquit, *licitum efficit actum*, qui alias foret illicitus, quando fit medium unicum satisfaciendi obligationi indispensabili ac removendi impedimentum eidem satisfaciendi.

licet autem ita argumentari: nostrum est, societas commoda amplificate, ergo & jus perfectum habemus cuivis societatis incommodo violentis remedii medendi. (a) Patriae consulendum est; an & per injurias? Facere, ne quis noceat homo improbus, est officium boni civis. Ideone me dico licet, scelesto civi aut tyraño aegrotanti pro remedio morbi, quod expetit, dare medicamentum mortiferum? Sic & jus nobis non est, vi cogere quenquam, cui consulere cupimus, invitus ut faciat aut non faciat, quod fieri aut non fieri, ejus valde interest. Ita duobus sumtuose & acerbe litigantibus se invitatis arbitram nemo obtrudere debet. Mundis aliis opitulandi nobis hac conditione imposuit natura, ut quorundam prosperas esse velimus, eorum libertatem naturalem non cohevellamus.

Multo minus argumentari licet ab eo, quod nobis met ipsiis debere dicimur, ad jus cogendi alios, ne commodis vel desideriis nostris oblucentur. Non ausim tueri veritatem enuntiati; ab eo nobis fieri injuriati, qui prosperitatis nostrae studium impedit. Qui e. c. noluerit consilium rogantibus dare, is deest prosperitati nostrae, quae est pars felicitatis: an nos laedit? (§. 129.)

Similiter cum coelibatus non conveniat omnibus: (§. 127.) num caeteros mares subducta uxorum, quas quaerant, copia naturaliter laedunt polygami? Marium polygamia libidinosa & luxuriosa nemini, non libidinosae licentia promiscua nulli genti Europaeat, convenit. Sed id polygamiae genus esse totius gen-

ris

(a) Cf. Wolffius in *Fure Nat. part. I.* §. 686. seqq. 703. 912. seqq. 988. seqq.

ris masculi *juribus perfectis* contrarium, quoniam natura certum nascendi numerum utriusque sexui praefixerit, non magis asseri posse videtur, quam si quis amatores laedi censeret, quorum amorem foeminae quaquam repudiant. Qui prohiberet duas mulieres, suae quae sponte sunt, sese uni viro jungere, nonne earum *libertati naturali*, quam leges civiles sapienter in Europa coercuerunt, vim injustum faceret? Atque dum illae jure suo uterentur, an cuiquam ficerent injuriam? Itaque vis, qua prohibentur illo jure suo uti, nonne solet laesio? (§. 129.)

Qui praedium *vacuum* occupat, ei non facit injuriam, qui illud apprehensurus erat, nisi in occupantibus potestatem venisset, eoque magis, quam hic, indigeret. Qui posterior ad rem occupandam prodit, priorem, licet hominem avarum, salvis praceptis juris naturalis de possessione decicere nequit,

. §. CCCXIII. Maneat itaque haec sententia; hominem ex obligatione naturali suis emolumentis consulendi non posse colligere jus, quamvis iniquitatem aut malitiam iisdem contrariam vi coercendi. Id qui facit, is revera obligationi suae naturali haud convenienter agit. Est enim vinculum indissolubile inter felicitatem cuiusvis hominis & abstinentiam a violenta ejus aggressione, a quo non *laeditur*, sed duntaxat *offenditur*, (§. 129. 301.). siquidem quod hodie commodum tibi videtur, cras si par pari tibi referretur, tibi ipsi perniciuos foret. Ita v. c. tibi debes, ut magnas vitae tuae molestias studiose depellas; idque tibi debent alii, ut concessio rerum suarum *usu tibi innoxio* te adjuvent. Nihilominus tibi jus esse non videtur, compellere invitos ad id faciendum aut patiendum, *quod* (ut vulgo dicitur) *tibi*

tibi prodest, & ipsit non nocet. (§. 300.) quam
quam complures viri in hac disciplina excellentes
hanc aequitatis regulam justitiae praescriptis ammu-
merant.

§. CCCXIV. *De aequitatis,* quatenus a *justi-*
tia discrepat, (a) *prima parte* (§. 304.) dixi-
mus. Sequitur pars ejus altera, cuius notionem
prior aperit. Nempe & eos vulgo appellamus
aequos, primum qui in *judiciis* de aliorum actio-
nibus sibi a nimia carpendi severitate carent in
laudationibus, gratificationibus, beneficiis,
qui quis, cum *officia minus plena* praestant
aequabilitatem, hoc est, delectum & proporcio-
nem inter plures servant, ac quantum quisque
meretur, tantum ei largiuntur, & alterum al-
teri aequabiliter praferunt. Hoc modo exaequantur
homines hominibus, licet magis honorum,
opum, natalium, potentiae intervallis inter se di-
stent. Sic secundum aequitatem judicant, qui cum
plura nitent in aliorum indole, moribus, factis, mo-
numentis ingenii, non offenduntur paucis macu-
lis, quis, qui nihil humani a se alienum esse cogi-
tant, non sempercaveri posse ipsi sentiunt. Sic aequus
est testator, qui non hereditipetis, quos cum *vul-*
turibus confert PETRONIUS, sed illis ex cognati-
tum numero opes suas relinquunt, qui norunt frui
bonis, & largitate opportuna aliis opitulari.

Apparet ex hac aequitatis interpretatione, eam ni-
hile esse nisi studium & judicia sua & auxilia voluntaria
(h. e. non promissa, saltem non ea mente, ut coa-
ctui essent subjecta) meritis alienis accommodandi.

De ea aequitatis civilis, b. e. ad civitates perti-
nent.

(a) Cf. ARISTOTELES de Mor. V, 14.

pentis, parte, quae cernitur in legge, latrone & interpretatione, inque factis judicum, qui de causis civilibus & de criminibus cognoscunt, infra quae-dam adjiciemus,

§. CCCXV. Est vero illud studium aequum in auxiliis & judiciis de aliorum factis cum felicitate generis humani arte colligatum. Hoc ubi regnet, ex eo tum inter homines universos, tum inter cives, firmior concordia existet; mala ex labore manantia avertentur; obtusiores erunt stimuli ad tempus aliis placendi per inania, & acrieres impulsus de societate vere merendi.

S E C T I O. VII.

Actiones morales quemadmodum imputentur.

§. CCCXVI. In perscrutandis & enodandis, quae hactenus apertiora facere conati sumus, legum naturalium praescriptis, ascendimus ab actionibus singularibus contemplandis ad regulas de actionibus regendis generales inveniendas, quibus, quid esset homini salutare, quidve nocens, comprehendere studuimus. Superest, ut regulis illis explicatis & inter se devinctis regrediamur ad facta singularia, artem, que inquiramus de illis ex lege naturali judicandi, hoc est, facti cujusque & auctorem & conuentiam aut pugnam cum illis, quae dedimus, praeceptis investigandi. Investigatio factorum

fin.

singulorum ea mente facta, ut illorum auctor appearat, quidve ac quantum in illis bonum malum-
ve insit, dijudicari queat, vulgo appellatur *impun-
tatio*. Quod vocabulum apud latinos rem quidem
non omnino exprimit, sed computationem potius,
eorum quae in debiti creditive loco ponuntur. (a)
Verum liceat retinere significationem ampliorem,
quam usus recentior nobilitavit.

Interest cujusque hominis, in hac doctrina cer-
tis insistere vestigiis; tum ut in factis praeteritis
considerandis sui ipsius judex statum suum fu-
turum moralem (hoc est, *statum, qui ex re-
ctione actionum liberarum nascitur*) sapienter or-
dinet, tum ne in judicandis factis alienis, eorum-
ve pretio definiendo, fallatur.

Quanquam a compluribus haec disquisitio ad so-
las de poenis sanciendis & irrogandis regulas in-
veniendas & ad facta applicandas restringitur:
(de quibus & nos agemus, nisi quod de judiciis
divinis exponere, ab instituto nostro alienum
esse censuimus) tamen non is solus ex hac dis-
putatione fructus nascitur. Scientia factorum
sive *auctiolarum*, sive cum norma convenientiam, &
utriusque gradum, investigandi habet mag-
nam utilitatem in aequitate remunerationum
definienda, in statu mentis magis aut minus cor-
ruptae vel bonae exquirendo, in gradu fa-
voris aut diffidentiae probabilis constituendo,
in

(a) V. locum TACITI de M. C. c. 21. Cer-
manorum liberalitatem laudantis, quod numeris data
non impunent, nec obligentur acceptis.

in quaerendis reperiendisque subsidiis efficacibus, quibus corrigantur alii, aut in recto confirmantur & ad recte faciendum excitentur.

Quippe error in facti alieni dijudicatione, a qua incipiam, gignit complures alios cum erranti, tum societati, nocentissimos. Parit suspicione falsas, quid boni male ab eo, de cuius facta minus recte judicatum est, in posterum sit exspectandum: unde nascitur perversa vel diffidentia vel fiducia. Generat falsas agendi regulas, dum vel concludis, factum alienum, quod probas, esse dignum imitatione, vel illud, quod improbasti, fugiendum, dissuadendum, comprimentum. A quo errore tanto studiosius cuique cavendum est, quo difficilius illae quasi radices judiciorum pravorum evelluntur, quas opinio veritatis eorum si minus a nobis, saltet ab aliis, accurate indagatae ac perspectae, & interdum fama publica callide excitata, in animo alte jecit. Legislatorem, magistratum, judicem, educatorem, societatis cujusque privatae moderatorem, falsa imputatio adducit, ut vel in legibus exequendis, vel in censuris suis & in illis, quae ab aliis suae moderationi aut potestati commissis exigunt, sive severitatis sive lenitatis terminos excedant. Itaque rem a principio aggrediemur,

§. CCCXVII. In factum quoddam, num consentiat cum regulis, an pugnet, inquire, (§. 316.) significat, indagare 1) ejus facti veritatem, & 2) auctorem, hujusque 3) obligationem id factum suscipiendo ac peragendi, aut non molendi destinatumve non peragendi.

Ex quo nascitur duplex *imputationis* significatio. Altera dicitur *physica*, seu *judicium*, quo ali-

aliquis declaratur auctor facti, in quod, num verum sit, inquiritur. Ad eam potest accedere altera, quae idem factum contemplatur, num sit legi conforme an dissidenteum, & quoque. Quae cum definiat, quae sit facti relatio ad obligacionem facientis, appellatur imputatio moralis. Haec igitur est judicium de auctore facti ac hujus honestate, aut perversitate (consensu aut pugna cum obligatione, proinde cum lege aliqua obligationem continente).

Quamvis idem sit effectus physicus actionis, quae physice, quam quae moraliter, imputatur tamen utriusque imputandi generis effectus morales plurimum differunt. Idem est effectus physicus homicidis insidiosi, atque necessarii. Quomodo cumque interemptus sit homo, interit atque suis & societati ereptus est. Sed utrum meditato, an fortuito, caedes facta sit, exquiri multum refert societatis, ut de remediis futura id genus mala evitandi tempestive cogitet.

Ex dictis perspicua sit notio moralitatis actionum. Qua voce philosophi vulgo exprimunt eam actionum humanae conditionem, (qualitatem, proprietatem) ex qua cognosci potest ratio obligationis, quae in iisdem inest. Itaque moralitas est id actionis cuiusque liberae proprium, seu is aperitus ex toto actionis tenore character, ex quo illius sexus cum obligatione agentis appetit.

§. CCCXVIII. Ex diverso eorum consilio, qui in actionibus alienis judicandis versantur, nova cooritur hujus iudicationis divisio. Is enim, qui de facto alieno judicat, aut fatis habet intellectus recte illud, an contra, se habeat; aut progreditur ultra, & aliquid boni aut malis ei inferre

conatur, aut reapse conficit, cuius actionem vel probavit vel improbavit. Judicium, ex quo nihil oriatur, nisi affectio quaedam jucunda aut molesta, animi factum comprobantis, vel improbantis, sine ullo impetu bonum aliquod aut malum pro eo rependendi, solet dici *imputatio inefficax*. Hunc in modum judicamus, cum e. c. facta veterum vel ignororum ad leges exigimus.

Efficiens contra dicitur *actus imputandi*, qui est conjunctus cum conatu strenuo efficiendi, ut ex fonte judicii nostri aliquid mali aut boni ad eum, de quo judicavimus, dimanet. Prior imputandi modus cuivis est a natura concessus: posterior, seu viseum, seu vis nulla, comitetur, cuivis permisus non est. Natura cuique imposuit officium *imperfectionum* id agendi, ut mala ex aliena actio-
ne orta corrigantur vel submoveantur, bona vero propagentur & augeantur: sed neminem fecit *ul-
torem* seu *punitorem* adulorum, nisi eum, qui horum consensu legitimo, quo se ejus potestati sub-
jecerunt, id jus puniendi impetravit.

Vim vero legitimam ille adjungit imputandi actui, qui laesus ant laesi adjutor est, quive id jus cogendi conventione impetravit, ut eum, quem judicavit *injusti facinoris* auctorem, cogat vel reparare malum, (veluti populus pa-
pulum perfidum, a quo laesus est, magistratus debitorem) vel, si malum alio modo non est me-
dicabile, nocentem de societate tollat (veluti
princeps in civem *relegatione* animadvertisit). Patet itaque, posse ejusdem facti diversam esse *imputationem efficientem*. Sic quilibet crimi-
nis judex esse potest civis, ut locum crimini-
so inter viros bonos neget, sed supplicium irrogat
magistratus, quoniam privato jus talis poenae

ab

ab eo, qui legem migravit, exigendae natura communis quietis causa negavit, magistratu*s* soli lex civitatis dedit.

§. CCCXIX. Ex (§. 317.) cognoscitur, ad actum imputand progressorum quemque trium rerumin vestigationi operam dare debere, 1) num actionis natura sic huiusmodi, ut inter liberas numerari possit; 2) num de ejus auctore constet; 3) num hic lege quadam, sive divina, sive humana, adstringatur, ex qua, bene an male, pulchre an turpiter egerit, judicari possit? Singulas partes strictim dispiciemus,

Universē tenendum est, *falsa*, quae imputantur, esse actiones hominum singulares, in quibus enarrandis & considerandis id praecipue memoratur & cernitur, quod ad definiendam earum beatitudinem aut pravitatem sciri necesse est. Facti nomine comprehendimus non factum, seu actionem singularem *omissam*, in cuius natura omnique circumstantia investiganda id in primis appareat, quo cognito judicari potest, num recte sit omisſa, an fecus (§. 318.).

Ex quo intelligitur, non esse factum, in quod causati imputatio *moralis*, eum eventum, quenā universē a libertate hominum naturae attributa, aut speciatim a libertate ejus hominis, cuius de actione judicanda agitur, proficiisci non potuisse, aut perfectum non esse, constat. Sic actiones corporis, in quas suscipiendas, impediendas, regendas, se habere potestatem mens humana sibi conscientia non est, in factorum imputandorum numero non sunt. Eadem est natura actuum quorundam involuntariorum, qui a vi majori, cui resisti non potest, orti, corpore potius, quam mente, conficiuntur, & rectius perpessiones, quam actiones, dicuntur;

velut

veluti si quis vento furente in navem alienam incussus ejus domino invitus noeuit. Quaecunque enim mutatio status nostri a necessitate physica oritur, ea non est nata ab actione entis intelligentis, tanquam talis, adeoque notio laudis, virtuperationis, praemii, poenae ad eam non convenit. (§. 317.).

Praetermissis disputationibus antiquis & recentioribus de facto, numque omnia colligatione naturali conserte contexteque fiant, ut homini nihil nisi umbra & inanis opinio libertatis relinquatur; id hoc loco repetimus, quod quisque sensu suo interno convictus animadvertisse, se suapte vi cogitationes, quibus voluntas ad agendum aliquid aut non agendum impellatur, aut in se gignere, aut prægressa quadam mutatione corporis productas obscurare, vel earum lucem & efficientiam augere posse. (§. 219.) Hoc summo concludimus, in quavis imputatione morali, quae sine libertate mentis cogitari nequit, hoc inesse, ut homini ad negotium aliquod procedenti non defuerit 1) potestas normae cognoscendae, ad quam consilium suum de actione suscipienda dirigere debuerat, 2) ejusdem normae cogitandae, cum in eo esset, ut ageret, 3) potuisse eum in effectus bonos ex actione sua ad normam cognitam acommodata, thalos ex contraria, nascentes inquirere, aut antea cognitos in ipso negotio prospicere, atque adeo 4) hac prospicientia ad recte faciendum malumve fugiendum commoveri.

§. CCCXX. Cum aetate rationem adolescere, (§. 211.) & cum hac libertatem mentis pauculum robur capere posse, (§. 218.) vidimus. Quonondum sunt ea aetate, ut possint videre effecta actionum suarum

rum proxima vel aliquantulum remotiora, & haec cum norma agendi conferre, ejusque normae convenientiam aut pugnam cum conatu suo, si quid moliantur, cernere; illos deficiunt vires libertatis, sine quibus actio, quam suscipiunt, non est capax imputationis. (§. 319.) Hinc infantes teneri non habentur doli compotes, nec promissis suis tenentur. Leges civiles aliquantum indulgent lubrico aetatis minoris, quoniam multa praescribunt, quorum, quam sint coniecta cum civis cujusque felicitate, non aequa evidens cuique, etiam puberi, est intelligentia, atque eorum, quae natura vetat aut praecipit. Nec tantus criminis ob poenam publicam horror in aetatem futuri incautiorem, utpote spe inani impunitatis facilius decipiendam cadit, quantus in adultos.

Porro uti quaevis alienatio mentis a corpore orta, veluti dementia, stupor, furor, rationem, causas cum effectibus suis perspicere conantem, supprimit, ita & libertatem. At status tamen corporis, qui a libera actione praecedente natus rationis usum puncto temporis vel diutius impedit aut prosternit, utique imputari potest, quia est effectus libertatis. Sic non delirium, sed mores mali, qui delirium genuerunt, imputantur. Non vitia *naturalia* corporis, statusve nativus mentis tardae, hebetis, obliviousae, sunt in eorum, quae cujusquam dolo aut culpae tribui possunt, numero: sed quatenus ea emendare ac sanare neglexit, qui tali infirmitate laborat. Sic status corporis ab ebrietate studiose quaesita natus, quo mens in voluntariam insaniam incidens semet usu libertatis privat, recte imputatur, proinde & consilium v. c. caedis facienda, quod mens sobria cepit, & ebria perfecit.

Con-

Consuetudo male se gerendi, e. c. austeras, feritas, morositas, vanitas, adeo opprimit cogitationem vivam normae rectae, aut saltim efficacitatem mentis in illo decernendo & corporis in illo exequendo, quod cum ea norma convenit, ut ob id ipsum altera natura dicatur. At actio tamen, quae a more pravo processit, recte mala dicitur: quoniam consuetudinis initium fuit actio libera, cuius continuata series paulatim mentem effecit pronam & expeditam ad idem, quod male gestum est, postea pari modo sine dubitacione gerendum. Ita sensim succrevit mentis infirmitas & quasi paralyticis vive cogitandi, quod rectum est, ac prompte efficiendi.

Ex quibus patet, in exquirenda actionis liberae natura, utrum imputari possit, non tantum esse considerandum statum mentis, qui fuit tempore actionis, sed & usum libertatis, qui praecessit, ex quo praesens mentis in malum ruentis status originem traxit.

Praepostere vero imputandi negotium suscipiunt, qui ante de facto judicant, quam quaeferunt, utrum illud sit possibile? In vitium hujus festinationis (si festinatio diei potest error & mos pluribus seculis continuus) infinita judicum multitudo incidit, qui *crimine magiae* accusatos in numerum reorum referri passi fuerere, eosdemque confessione sua, non veritatis, sed phantasiae corruptae indice, aut testimoniis confictis, parive a mentis morbo ortis, quasi convictos ad rogum damnarunt. Contra hanc caecitatem usu fori perpetuo comprobatam ante inquirendi, num a reo admissum esset facinus, quam hoc, an admitti potuisset, non quidem primus disputavit CHRISTIANUS THOMASIUS, vir in-

in evertendis opinionibus praejudicatis peracutus, sed postulata, antequam judicaret, exhibitione corporis, quod vocant, delicti, cum cuique patueret, id proferri non posse, morem illum damnandi funestum doctrina sua & auctoritate ac discipulorum numerosorum efficacitate primus ex Germania (utinam ubique!) exterminavit.

§. CCCXXI. De actionibus liberis non sunt excipiendae *actiones bonae difficiliores*. Difficultas decernendi id, quod officio congruit, est complexus causarum, quibus mens in usu libertatis suae impeditur, ut non possit nisi majori, quam qua solet, virium suarum contentionе adhibita id perspicere ac decernere, quod convenit. Hae causae partim cunctorum communes sunt, partim singulorum propriae. Utraeque vel in mente quasi depositae latent, &, cum ad agendum se confert, subito prorumpunt; vel a praesenti statu corporis aliisve rebus hominum ve a consortio ortae, eo temporis puncto, quo quid consilii caperetur, deliberari debebat, mentem sic concutiunt tenentque, ut subita quadam caligine offusa a videndis effectibus actionis suae ac ponderandis prohibeatur. Sic ex morbo longinquo & vehementi recreatis solet superesse infirmitas quaedam, cuius sensus aliquamdiu parit languorem mentis in expeditis & fortibus consiliis capiendis ac strenue perficiendis. In primis terror subitus celerem stuporem efficit, qui opprimit vim cogitandi & exacte perpendendi, quid in praesens agi convenientiat.

Causae, quae in recessibus mentis interioribus infixae occulte operantur, aliae sunt nativae, aliae adventitiae. Inter adventitiae multae ab educa-

tio-

tione & a confortio cum aliis hominibus oriuntur: (§. 214. seqq.) multas mens in se ipsa genuit consuetudine succumbendi efficientiae quotundam *stimulorum naturalium*, quibus caeterorum vis frangitur, & morbis sibi a corpore impressis cedendi (§. 206).

Communis hominibus omnibus difficultas in rebus agendis objicitur, vim indolis nativae (*temperamenti*) tempestive cohibere & ad rectum dirigere; omnino enim illa extirpari nequit. (§. 79.) Sic *phlegmatici* culpæ non tribuitur nativa mentis debilitas & segnities faciles fortisque motus capiendi: hoc in vitio ponitur, quod illi tarditati quasi somnolentus indulgere adsuverit. Sic juvenem *sanguineo*, quod vocavit, temperamento praeditum vehemens amor non excusat a culpa ex raptu, neque *Chalericum* natus ex gravi injuria aestus ultiōnis a crimine veneficii. Pro libertate quisque sua advenientibus morbis resistere potuerat ac debuerat, ne inveteratorum patoxysmis frustra repugnaret.

Vis singulorum instinctuum naturalium eadē non est, sed alii aliis actius mentem incitant ac permovent. Itaque non idem est gradus difficultatis singularum vim temperandi faciendique, ut rectis consiliis non obstent, sed adminiculentur. Potentissimum instinctum omnium est stimulus vitae conservandæ. Vinci tamen potest, ut non tantum effrenatae eorum commotiones evincunt, quos ignea vis ultiōnis, & impetus ambitionis cujusdam aut avaritiae vehemens urget, sed & veta multorum fortitudo docet, qui malint caderē in prælio, quam cum infamia vitam prorogare. At arduum omnibus est, vitam contemnere, in qua

con-

conservanda nullum crimen insit; veluti, si quis virum, a quo in praesens vitae discrimen impetu injusto adducitur, propterea quod est columen patriae, servare malit, quam se ipsum.

Excusatione est actio minus recta, quo est difficultior (*a*). A gradu enim libertatis minori prevenit, uti infra ostendemus. Tamen, cum mens oppositam sibi difficultatem superare potuerit; eam non superasse, culpa est!

S. CCCXXII. Ex quibus efficitur, ut actio etiam *involuntaria* sit libera, atque recte imputetur? Involuntaria dicitur nata a metu mali haud aliter vitabilis, quam electo malo, quod eligenti levius videatur. Metus est praemotus ex cogitatione mali, quod aut omnino non, aut difficulter, vitari posse prospicitur. Metus *gravis* est praelagitus mali magni instantis. Magnitudo mali quomodo aestimari possit, ex (§. 7.) facile colligeretur. Gradus itaque metus aetimari potest ex mali, quod quis sibi impendere putat, magnitudine ac stabilitate, & ex firmitate persuasions, parum spei superesse, futurum, ut illud non eveniat. Ita sub definitione metus gravis non nisi certa genera: *dannorum* vix aut placas non reparabilem comprehenduntur, quorum homini ab homine inferendorum licentia quietem singulorum & societatis tollit. Qualia sunt caedes, verbena, carceris squalors. Animos metu levi aut gravi adactus, ut ad id malum

effundat, huius modi, ergo ut videtur, licet isti
proposita modicis in entro, sed non in extremo, tamen
ex (a) **C. Grotius in J. B. & R. II, 20, 190.**
29 agnoscuntur omnes, Rechtssachen, etiam in aliis quibusdam
casis, non statim sententiam habent, ut ex. **J. S. v. apud loc. cit. 167.**

effugiendum, quod valde metuit, aliud vere aut sua opinione minus eligat, per hanc ipsam inter duō mala aut plura simul proposita optionem libertate sua (§. 1 & 50.) usū est: quanquam *alio sensu* fibere non egisse dici potest, si *libertatis nomine* eam intelligas, quam (§. 142.) definitam *sociale* vocare possis. Neque est, quod objicias, mentem cogitatione mali gravioris, quod quis ei minetur, percussam non elegisse, sed totam hujus mali averstatione quasi constrictam tantum passam esse, ut id malum subiret, quod is, nisi facias, quae velit, conjecturas sit, a quo via metusque incutitur. Verum observavimus (§. 50. seq.), posse vinci vim instinctuum, idque exempla innumera docent. Cum possit spes magni emolumenti adeo accendere mala (e. c. latronum, piratarum) consilia, ut ne mortis quidem periculo reprimantur: quidni mens proba, cui electio difficulter ex duobus pluribusve malis nefarie proponitur, possit statim cogitare legem & eligere id malum, quod, quanquam est valde acerbum, tamen eligi, officio congruit?

§. CCCXXXIII. Ex quibus cognoscitur, quid sentiendum sit de vulgato; necessitatem non habere legem. Non habet, si de *necessitate physica* (*absoluta*) loquaris, habet utique, si necessitas eligendi unum de pluribus malis haud vitabilia intelligatur, quam CICERO vocat (*a*) *necessitatem cum adjunctione* *modi*. *Et hoc in aliis lectionibus videtur.*

(*a*) *De inv. II, 57. seq. Ergo, ut dixi, illud, quod adiungitur, semper, cuiusmodi sit, erit considerandum. Nam omni tempore id pertinebit, ut aut ad honestatem hoc modo exponenda necessitudo sit, necesse est, hoc faciamus, si honeste volumus vivere; aut ad incolumentem hoc modo.*

ne. Paupertas, inedia, odium multitudinis aut potentiorum, mors accelerata, minuere felicitatem possunt, evertere non possunt, (§. 21.) propterea quod illa hujus vitae termino haud describitur. (§. 17.) Cumque fieri possit, ut mens suapte vi ad unum de his eligendum se commoveat: sequitur, ut illud aegre quidem, sed libere, eligat, utque proinde judicari possit, recte, an secus, mala proposita ponderaverit, atq[ue] utrum aliquod, an nullum, in electione vitium admiserit. Inter ea vero mala non id haberi gravius debet, quod illi, quem necessitas eligendi urget, est acerbius & in cursu vitae molestius, sed quod lex declarat, vere gravius esse, & idcirco jubet vitari. Nam lex bona ejus commodi, quod vetat eligi, etiamsi habeat multum suavitatis, repudiationem compensat majoribus bonis obedientiam consequentibus. (a) Hinc iudicem, qui sciens innocentem condemnaverit, aut eum, qui nihil debebat,

da: necesse est, si incolamus volumus, esse: aut ad commoditatem hoc modo: necesse est, si sine incommodo volumus vivere: Ac summa quidem necessitudo videretur esse honestatis, huic proxima incolumentis, terria ac levissima contumoditatis, quae cum bis nunquam poterit duabus contendere.

(a) De necessitate, quoisque sit legis exfors, V. iudicia Chrysostomi in homilia 32 in Genesim. AMBROSIUS de ABRAHAMO lib. I. c. 2. AUGUSTINI de sermonis Domini in monte lib. I. c. 16. qui de facinore memorabili, quod Acindyno Consule a. 340. evenit, haec subicit: nibil in alteram partem dispuo, licet cuique aestimare, quod velis. Add. eundem contra Faust. MANICH. XXII, 37. De necessitate septem naufragos ad consilium desperationis plenum impellente V. quid ceteruerit C. ZIEGLER ad GRAT. 9. B. & P. II, I, 3.

bat, contra animi sui conscientiam aliquid dare aut facere fuisse, non excusat metus jubentis. Neque militem ab ignaviae reatu trepidatio mentis ab hoste fortiter pugnante injecta libertat.

Injuste etiam is agit, qui sub necessitatis obtentu alteri quoddam de suo detrahit. Malum, quod sine iniustitia irreparabili declinari nequit, (§. 311.) non subterfugiet dum, sed eligendum est. Sic non possum, ut hoc utar, in eorum ire sententiam, qui civem innocentem hosti, ad certam perniciem eum depositi, dedendum esse decer-
munt, ut hac victima pax redimatur.

§. CCCXIV. Quanquam vero actio non debet esse injusta ob eam causam, quod a probabilitate metu mali gravis, proinde a necessitate haud vitabile profecta est; eorum tamen sententiae accederet non auspi, qui tales actionem in societate ci-
vili semper criminis esse iudicent. Non quaevis iniustitia est hujusmodi, ut in criminum numerum legibus referri debeat. Ea est bene consti-
tuta civitas, quae in jure cuique tribuenda severitatem, in delictorum vero definitione poe-
nitisque publicis humanitatem servat, legesque de
his non alias, nisi ad humauum modum latas, lati-
cit. Ex quo intelligitur, quid de excusatione vul-
gari imbecillitatis seu fragilitatis humanae statuen-
dum sit. Haec est vis major cuiusdam instinctus,
quam rationis eum moderantis & dirigen-
tis, & ea quidem in ipso negotio, cum mens ad aliquid appen-
tendum aut fugiendum se confert, aegre superabi-
lis. Quae infirmitas cum minnat quidem, sed
non convellat tollatque libertatem; etiam non
subvertit imputationem omnem iniustitiae, iniqui-
tatis, improbitatis. Attamen in aestimando gradu
ma-

malitia, cui poenae humanae sunt constitutae, & praeceps in poenis arbitriis interrogandis ejus debilitatis ratio haberi omnino debet. Quo fundamento nituntur argumenta, quae ad culpam minuendam poenamque emolliendam ab interpretibus legum de criminibus affterri solent, ac *mitigantia vulgo* appellantur. Naturam facinoribus plectendis non solum videndum, quid viribus humanis praestari possit, si quis sui semper potens foret, sed quid necessario debeat legibus exigi poenisque constitutis fanciri, ne civitatis quies aut prosperitas evertatur. (§. 328.).

§. CCCXXV. Actio mala vel culpae vel dolo adscribitur. *Casus*, seu eventus inconsultus, si vitari non potuit, non est effectus libertatis; si non debuit vitari, non est comprehensus sub *obligatione agendi*; proinde neuter sub imputationem aut universo, aut sub certum ejus genus, cadit.

Incipiēmus ab indaganda natura culpae. Haec apud Latinos significat actum a recto, hoc est, a norma quadam bona aberrantem, atque adeo vitiosum. Speciatim vero indicat eum actum legi contrarium, qui oritur a debili aut plane omisso intentione animi in acquirendas utendasve vires cogitandi officium, cum de eo praestando agitur, & subsidia; sine quibus illud recte praestari nequit. Ex quo cognoscitur, compam committi posse in negligenda cogitatione momenti, quo voluntas a decreto, quod fecit, retrahit, aut ad actionem, quam omisit, incitari debuerat, deinde in ejusdem decreti executione.

Sic mens lenta & quasi somnolosa erit segnis ad difficilem longamque deliberationem, & ad consilium, si quod tandem cepit, exequendum;

Ff 8 ere-

erectior autem mens sive fiducia inflatior festinationi in rebus decernendis & agendis se facile dabit. Culpa utriusque est posita in neglectu ejus vigilantiae tempestivae, qua caveri potuerat, quo minus mens in consuetudinem noxiæ tarditatis aut festinationis aegre deponendam veniret.

Sic culpae ejus, qui sanguineo, quod vocant, temperamento est praeditus, recte adscribitur incuria inveterata in rebus agendis & fuga negotiorum longiorum ac molestiorum, impetus autem igneus ac saepe praeposterus & impotens in illis temere suscipiendis, quae celeriter dijudicari & confici posse videntur. Ex adverso quod nimia sollicitudo in alteram naturam conversa eorum, quibus temperamentum Melancholicum contigit, consilia & actus saepe corruptus, ipsi recte arguantur.

Similiter aut a statu corporis, qui mentis vires debilitavit, aut a mala consuetudine provenit habitus vitiosus mentis meditationi cuidam ita se immersentis, ut ea, quae simul negligere non debebat, plane non attendat, ac tandem illud, a quo cogitando incepit, se cogitare, vix sibi conscientia sit. Interdum vero mens unius rei, quam tractat, meditatione adeo distrahitur, ut uni aut alteri, quod eodem tempore curare debebat, negotio recte vacare, & se quasi colligere non possit, incidatque in brevem quandam, quam PLAUTUS vocat, *incogitantiam*. Quae causae imbecillitatis quatenus vitari, vel partim aut omnino tolli potuerunt, eatenus demum culpae adsignantur.

Quippe vires ingenii & libertatis non sunt infinitae, sed certum earum sive nativarum, sive arte & diligentia acquireendarum, gradum natura cuique attribuit. Igitur certum quoque gradum ha-

habet *praesentia animi* in iis circumstantibus esse
legeriter considerandis ac ponderandis, quae vim
habere debent ad hoc, & non aliud, decretum
faciendum, & hoc, ac non alio, modo exequendum.
Ultra hos terminos naturales si quis gradus altior
ab homine exigatur, id, quod humanum non
est, postulatur. Si quando fiat, ut ingenium ali-
quod excelsius usū & exercitazione ad altiorem
gradum ejus attentionis nulla negotiorum turbā
distractae ascendat, cuius gradus plurimi hanc
sunt capaces, talis dotis plane insolitae privatio-
ei, cui natura illam negavit, in societate vitio verti
nequit. Unde cum mens subito, improviso, haud
vitabili, concursu plurium negotiorum arduorum
& periculorum, de quibus consilium confessim
capiendum est, perecula, attonita, & quasi stu-
pefacta occasionem rei bene gerendae in puncto
temporis positam dimittit; aut culpa vacat, aut
eorum, qui in rebus agendis exercitati sunt, ali-
quanto levior culpa judicanda est.

Imperitia, seu rerum scitu necessariarum in
negotiorum gerendis inscientia, quae vitari potuit ac
debuit, culpae recte tribuitur, eorum certe,
qui singulari peritia profunda sibi majorem in
viribus suis fiduciam apud alios comparare stu-
derunt. Quam cum fallunt, erroris ac detrimen-
ti damnive alieni causā fiunt, & illis, quos vanā
spe deceperunt, eo nomine vel perfecte vel im-
perfecte obligantur.

Eodem loco est *imprudentia*, seu subsidii boni
& ad finem bonum assequendum necessarii neglē-
ctus inconsideratus sine animo male faciendi, &
officio hominis erga se aut alios contrarius.

Perdifficile est, cum tot sint culparum for-
mae, diversos earum gradus ad certam mensu-
ram redigere, cuius non tam veritas intelliga-
tur,

tur, quam applicatio in facto ipso nihil habeat obscuritatis & dubitationis. Id quod speciatione facti non dissidentur, cum leges civiles de *culpa praestanda* interpretantur, & in causis judicandis sequuntur. In universum dici potest, minimam culpam esse negligentiam in ea virium corporis & animi contentione ad aliquid decernendum & per agendum adhibenda, quam nonnisi solito major acrioris ingenii alacritas sustinere potest. Maxima, seu *lata, latior culpa*, (quam quoque vocant *socordiam*) est inconsulta negligentia utendi viribus corporis & animi in rebus decernendis & agendis non nisi in eum hominem sana mente praeditum cadens, qui omnem cogitandi laborandique molestiam deque statu futuro sollicitudinem defugiens, nec sua nec aliorum detrimenta maxima praevidere ac curare solet. Culpa minima in perspicacissimo, quales sunt pauci, est vituperabilis, in perspicaci tolerabilis, in hebete nulla animadversione inter homines digna, nisi *diligentia summa* sit promissa, aut lege præscripta.

Culpa omnis in officiis colendis, quoniam non foret culpa, nisi esset vitabilis, si minus aliis certe felicitati nostrae nocet, proinde sapientissimo legum naturalium auctori displiceret. In *officiis imperfectis* servandis commissa, pro eorundem officiorum magnitudine parit majorem minoremque dissidentiam ac *detrimenti* reparandi obligationem, minuitque existimationem. Culpa in *officiis perfectis* servandis gignit actionem ad *damnum resarcendum*, quatenus in eam præstandam se aliquis pacto obligavit, aut citra pactum alteri suum eripuit. Plectitur itam in civitate quatenus sine interitu quietis & prosperitatis publicae impunita manere nequit, proinde sub conditione, ut eam vitaret, civis civitati se obligavit.

§. CCCXXVI.

§. CCCXXVI. Hactenus de actionibus malis, in quibus nullum consilium contra legem agendi, sed sola culpa in iis, quae ad legis observantiam sunt necessaria, non cogitandis agendis cernitur. Transimus ad actiones malas, quae a *dolo* proficiuntur dicuntur.

Dolus *malus* universe est propositum id agendi, quod legi repugnat. Sic illud vocabulum interpretantur Icti in definitione *veri delitti*. Si quis sibi proposuit, perfractis legibus *sociis libis*, seu naturalibus, seu civilibus, damnum cuiquam dare, & re vera dedit, Icti eum *dolo malo* nocuisse dicunt. Talis itaque dolus est propositum aliis adversus legum praescripta damnum (§. 130.) inferendi. Sub quo genere speciatim continetur *dolus malus* in aliis decipiendis positus, qui definiri potest propositum alios injuste fallendi, hoc est, in errorem illis nocentem inducendi.

Recte distribuitur dolus *malus* in *efficientem* & *inefficacem*. Hic mente conceptus nullo corporis actu prodit. Ille a cogitatione & approbatione mali facinoris incipit, deinde ad inchoandam corporis ministerio executionem ejusdem facinoris procedit, sed nondum vires, quibus opus est ad istud perficiendum, omnes adhibet. Quae mentis corporisque operatio appellatur *conatus*. Tandem cum mens id, quod decrevit, ad plenum effectum sufficiente viuum contentione adducit; actio, quatenus inchoatae opponitur, vocatur *consummata*. Qui intra initia ejus, quod mens decrevit, efficiendi subsistit conatus, & maximam partem eorum, quae ad illud negotium confidendum pertinent, intentatam relinquit, is dicitur *conatus remorsus*: ille autem appellatur *proximus*,

mus, qui maximam partem ejus perfecit, quod ad exitum plenum negotii inchoati fieri necesse est. Conatus proximus quo minus ad illum exitum parveniat, vel mutatione consilii fieri potest, vel vi causae cuiusdam externae, quae praeter expectationem intercedens eventum impedivit.

Etiam in dolo malo inefficaci dissensus cum lege inest, sed multo minor, quam in *efficiente*. Primus animi impetus legi divinae aut humanae adversus indicat mentem nondum firmam celeriter id, quod rectum est, perspiciendi ac decernendi. Hanc celeritatem, hanc fluctuationis omnis fugam natura cum cūjusque felicitate copulavit, proinde paecepit. Non alia mens, nisi casta & pura, se ipsam non torquens pravis desideriis, ac ne quidem temporis momento impulsi, quem ratio postea damnet, succumbens, illa serenitate perfecta fruitur, quae Deo placet. Hujus serenitatis studium, tanquam munus necessarium, in nostrum ipsorum commodum nobis injungit sumnum Numen etiam ob hanc causam, quod talis impetus, cum sit index manifestus debilitatis, facile renovetur eadem occasione rursum oblata, & in vitium manens ac nocentissimum sensim excedat.

Quodsi mens surgentem impetum cogitatione officii sui confessim compescuerit: haec celerior mutatio doceat, in tali mente inesse longe firmiora boni stamina, quam in ea, quae non prius, quam positis ante oculos malis actionis suae effectibus resipiscens, sero se ipsam opprobrio ille discruciat:

*Heu, heu, quid volui miser mihi? Floribus austrum
Perditus, & liquidis inmisi fontibus apos.*

§. CCCXXVII.

§. CCCXXVII. Doli magnitudo aestimatur ex claritate cogitationis eorum, quae legē jubentur aut vetantur, & ex firmitate decreti cupiditatis legi contrarias explendi. Mens quo *clarius* legem factique sui consequentia meditatur, cum deliberat, decernit, ad exequendum progreditur, ac denique destinata perficit, eo majorem, hoc est acutiem & firmorem, esse dolum apparet. In qua quidem doli aestimatione ineunda considerandus est status mentis, qui fuit, antequam ad malum facinus partim causis externis, partim suapte vi, vel & hac sola (veluti cum recordatio priscae & exoletae *injuriae* cupiditatem ultiōnis inflamat) se impelli sentiret. Sic quae impetu insueto male geruntur, ea produnt imbecillitatem mentis periculum, si celerem motum sibi impressum praeopere sequatur, haud cernentis, sed minorem pravitatem indicant, quam si quis lente, deliberato, sine ullo impulsu vehementi rationis vim supprimente, ad malefaciendum procedat, & v. c. per ludum jocumque sit malignus aut adeo crudelis.

Subita boni cuiusdam falsi, sed admodum speciosi suavisque, dulcedine illectus animus & percussus prae illo splendorē, quo aciem suam obtundi sentit, legem & omnium leviter, languide, ac momento cogitat, totusque est in contemplanda, speranda, captanda suavitate ejus rei, ad quam trahitur. Alius est status hominis, qui legem meditato persfregit, ut legislatorem vilipendaret, qui que unicum peccati fructum in hoc contemptu posuit. Illum voluptas ex peccato nascens spesque surrepens impunitatis nefarium aliquid audere impulit: hunc ne quidem poenae cogitatae & instantis metus a contumacia retraxit.

Fir-

Firmitas decreti mali, quam majoris dolii indicium esse diximus, cognosci potest a) ex tempore, quod inter deliberationem & decretum mentis, deinde ex eo, quod inter hoc & ejus executionem, denique ex eo, quod inter diversas executionis partes intercessit, quoniam opportunitas interim non defuit, primum impetum sedandi, dum novae cogitationes meliores & cum officio congruentes mentem subirent. Si qua b) intra illud tempus inciderunt, quae, quam periculose consilium ceperis, quam exitiosum, si successerit, quam tibi aliisque nocens, si non successerit, & te docere potuerunt, & te re vera cogitare coegerunt, altior dolii gradus manifestus est.

Pertinaciae duo genera & gradus sunt. Primum genus est positum in studio continuo obdurandi animum, hoc est, opprimendi quasvis cogitationes consilio, quod quis init, contrarias, neque audiendi, quae contra illud a monitoribus aut dissentientibus dicantur, sed ea, tanquam si non possint esse fana, aut saltem non debent aliquid valere, semel repudiandi. Pertinax dum stat, ut Marpesia cautes, in proposito contra rationem agendi, mirifice sibi ipsi placet.

Alterum genus pertinaciae est, cum quis non refugit ea cogitare, quibus a consilio suo dimoveri queat, cogitat quoque, ab aliis prolatâ audit, ponderat, sed vel cupiditate ejus, quod quaerit, boni opinati, vel metu, vel inepta honoris opinione, a mutatione propositi revocatur.

Igitur quo longius intervallum inter de-

cretum male agendi decretique illius executionem, vel quoque inter illud & poenitentiam interjectum est, quo plura argumenta decretum illud disuadentia inter illa intervalla mens aut sibi suapte vi proposuit, aut aliunde suggesta suscepit, tandem quo plura mens movit, ut quod destitutum haberet, illud repudiatis momentis contrariis perficeret: eo manifestius appareret gradus corruptionis, quae in tali mente inest, eoque plus ab eo homine metuendum est societati ob spem per exiguum emendationis. Raro enim mentis obfirmatae mutatio est subita, & quae est subita ea raro est seria & sempiterna.

¶ CCCXXVIII. Quae hactenus de dolo imputando universo disputavimus, ea sic explicari nostris; ut in societate naturali & civili quemvis dolum inefficacem in violandis officiis socialibus positum inter laesiones aut delicta numerari posse statuamus. Sola malevolentia, sola aggrediendi voluntas, in nullum, quo aperte significetur instans impetus, actum externum prorumpens, non est ea aggressio & vera juris alieni diminutio, quam vi occupate sub obtentu defensionis necessariae liceat. Neque eo nomine ad damnum resarcendum agi potest, quia nullum datum est. Sola delinquendi voluntas, nullo actu ad executionem pertinente, sed vultu, murmure, gestu, spiritaliis alisque signis ambiguis, forte & confessione aut gafrilitate, patescere, an nunquam in civitate plecti potest? nunquam eadem, qua delictum consummatum, poena affici?

(a) Egregie CAROL in oratione, quam pro Rhodiensibus in Senatu habuit, ne ipsis ob malevolentiam suam

publica justa est subsidium unicum defendendi civitatem adversus perturbationem aut eversionem quietis vel prosperitatis communis. Quare quaestio, quam proposuimus, eo redit, num salva esse non possit nec prospera civitas, nisi civis quisque se obliget in cogitationem maleficū omnem ex mente sua funditus extirpandam, aut saltem primum animi motum cohibendum & statim opprimendum, ne qua ejus significatio vel ex verbis vel ex qualicunque alio indicio appareat? numque civis quisque in tale mentis in se ipsam imperium quovis in delictorum genere se obligare potuerit? An non civitas plus iusti, quam boni, ex poenarum asperitate & multitudine manantia, sibi conjectura sit, ubi in quibusvis maleficiis, aut saltem in gravioribus, idem esse statuat, voluisse & fecisse? Sique tanta severitas non in quaevis criminis conveniat, ut certe non convenit; quatenam sint hujusmodi, ut ea asperitas sit plane necessaria, aliudque medium tuendae salutis publicae non supersit?

De
... *... ad hanc sententiam* *... ad hanc sententiam* *De*

suam bellum inferretur: Et quis tandem inquit, est nostrum, qui quod ad se attinet, aequum censet, quemplam dare poenas ob editam, quod arguitur male facere politissime? — Es quae tandem est lex tam acerba, quae dicte, si quis illud facere voluerit, mille numeri dimidium familiare multo esto: si quis plus quam genta jugera babere voluerit, tanta poena esto: si quis maiorem pacudum numerum babere voluerit, tantum damni esto. Atqui nos omnes plura babere volumus, et id nobis impune est. — Sed si honorem non aequum est haberi ob eam rem, quod bene facere voluisse quis dicitur, nec fecit tamen, Rbodiensibus male erit, non quod male fecerunt, sed quod voluisse dicuntur? V.
GELLIUS N. A. lib. 7. c. 3.

Denique si statuas, praeter voluntatis qualemcumque significationem desiderari conatum aliquem, ut severe in eum animadvertisatur, qui facinus vetitum solummodo cogitaverit; qualem eum conatum esse oporteat? quantua? In his definiendis humanitas necessitatis publicae curam temperare debet, faciendumque est, ne in suppliciis aliisque poenis gravissimis arbitrium judicis in lubrico versetur.

§. CCCXXIX. Hactenus de primo ejus, qui imputat, munere videndi, utrum actio, cuius auctorem exquirit, liberabit, vel esse possit. Transimus ad expedientum munus imputantis secundum, accurate inquirendi in auctorem facti, de quo judicandum est. Auctor dicitur *causa efficiens libere agens*, quae habuit consilium id agendi, quod actum est, vel saltem penes quam stetit, aliter agere, quam egit.

Cui consequens est, a) ut factum non possit tanquam bonum cuiquam tribui, nisi constet de proposito bene agendi. Quis ignavis, quos prompti ad caedendum centuriones coegerunt non fugere, victoriae gloriam adscripsiterit? praemia fortibus viris decreta distribuerit? Num bona dici potest, cuius, ut inquit *Terentius*, non fivit *egestar*, ut esset malus?

b) Facti, quod an *malum* sit, quaeritur, non potest dici auctor, qui vi externa, vel & divina compulsus aliter facere non posuit. Igitur navis bellicae praefectus, qui hanc amisit eo casu, cui nulla solertia ac diligentia resisti potuisse probavit, ab omni culpare suspicione absolvendus est in judicio. Idem de praeli exitu infelici judicandum, si constet, dum exercitus omnia boni imperatoris munia ex regulis artis militaris & imperatoriae fideliter im-

impleviste. Respuenda sunt iudicia imperitorum, qui ducum bellicorum prudentiam ex fortuna secunda semper aestimant, eventusque infortunatos imprudentiae adsignant.

c) Ex dictis perspicuum est, non posse quemquam ejus facti auctorem dici, ad quod eum vires suas non contulisse, aut efficiendi, ne illud existeret, vites non habuisse constat. Aliud est, effectum actionis alienae ad alios ejus non confortes extendi; (quod sit v. c., cum bona ob delictum publicata intercipiuntur heredibus, vel merita majorum prosumt posteris) aliud est, cuiquam tanquam auctori id attribuere, quod nec facere, nec, quo minus fieret, impeditre potuit (a).

Similiter d) calamitates publicae a vi divinae oriae non possunt certi hominis culpae tributur, nisi evidenter demonstretur, eas ad hujus facinus plectendam esse divinitus in societatem totam immisitas.

(a) Cum Lacedemonis lex esset, inquit CICERO de inv. II, 31. bofis nisi ad sacrificium quiddam redemptio praebuisset, capitale offensio bofis est, qui redemptio at sacrificio dies instare, in arbore agro coepit agere. Tum subito magnis commotis tempestatisibus fluvine turbata est, qui propter Lacedemonem fluunt, ita magnus & temerarius factus est, ut eo traduci victimae nullo modo possent. Redemptor situ voluntatis ostendendus causa bofis confessus omnes in ritore, qui trans flumen essent, videre possent. Cum diuissit flutto subitam fluminis magnitudinem, saillire furse impeditamento, tamen quidam capitis arcesserunt. Siquidicatio est, cum in ea re redemptoris contra legem officii fecerit, qua in re Ratto ejus subita fluminis officioris magnitudo, supplicatione dignus sit?

Patres ecclesiae saeculo III., & in primis Tertullianus, hoc quoque responso recte retudetunc criminaciones gentilium, qui populum Romanum a Jove, ob multitudinem hominum Christo devotorum crescentem irato, aeternis premis effuse questi clamabant: Christianos ad leones!

Denique eis facti auctor dici nequit, qui duntaxat instrumenta confecit, quibus alii abusunt ad malum facinus suscipiendum. Quis pulveris pyrii invehtori assignaverit Martia bella, quae post id tempus temere gesta fuere? Et an probabilius disputant, qui negotiatorum industriae incommoda luxus effrenati attribuunt? At qui instrumenta, quibus alterum ad maleficendum usurum esse novit, sciens suppeditat, is quounque facti alieni sit particeps, quod non adjuvare, sed impedire, & v. c. in civitate magistratui tempestive denuntiare debebat, ex (§. 333.) intelligetur.

§. CCCXXX. Tandem 3) ex definitione *interpretationis moralis* colligitur, necesse esse, ut lex sit promulgata, eique parendi obligationem suam ipsius, cuius expenditur actio, cognoscere potuerit. Lex ab eo statuta, quem esse praeditum potestate jubendi non apparet, nullam vim obligandi habet. Quamobrem si duo contendant de summo imperio, quamdiu jus successionalis est dubium, is, qui non habet possessionem regni, mandatorum suorum violationem illis non potest dare crimini, qui possessoris partes bona fide sequuntur. (a).

Pon.

(a) V. Grotius de J. B. & P. I. 4, 20.

G g

Porro legis *non recte promulgatae* (§. 237.) ignorantia imputari potest nemini. Nam cum legem promulgare significet, efficere, ut claram legis illę, cui praecripta est, malique ex ea non observata ad se redituri notitiam acquirere possit: consequens est, ut is non obligetur, qui nullam tationem videt, cur statum, quem lex ignota praeferriri jubet, tanquam felicitati suae magis convenientem alteri preeponat, qui suavior videtur. (§. 229.) Ergo nulla in praetermissa ejus electione culpa est. Ex quo judicari potest, num qua sit ejus culpa, & quantá, qui legem civilem, quam non observari vidit, esse desuetudine abilitam bona fide putavit.

Inscientia legis & officii censetur voluntaria, quae ab iis causis est orta, quas dimovere integrum fuit homini, suarum quid esset partium male ignato aut incurioso. (§. 284.) Hinc apparet, ignorantiam legum naturalium, quarum evidentiā in vindicavimus (§. 242, seqq.), pro gradu culpae in neglecta earum indagatione politae recte imputari. Sic major est eorum culpa, qui hodie ex naufragotum calamitate praedantur, quam hominum eo tempore viventium, quo creditum fuit vulgo, naturaliter licere, naufragos spoliari, adeo ut non solum res in mari perditae, sed etiam merces de rheda conversa in viam agrimis delapsae quandoque fisco cederent (quasis mes quondam in Archiepiscopatu Bremensi viginti).

Verum non tantum ignoratio officii culpae adscribitur, sed & omissa remotio obstaculi celeriter ac sine dubitatione officium faciendo, si quid malum ex cunctatione enatum est. Idque in primis valet, ubi lensor ille sit profectus

a propensione dominante, cui vel avertendae vel corrigendae medela tempestive adhiberi debuerat. (§. 80.)

§. CCCXXXI. Solutum vero propositum non violandi officia Deo & hominibus debita atque reverentiam erga legoslatorem haud excusat id decretum animi, quod, seu finem, seu subsidia, (§. 236.) species, cum lege pugnat: modo in lege ipsa vel in facto erranti, vires suppetant, aut potuerint suppetere; neum errorem effugiendi. Id vero accidit, cum quis regulam falsam agendi pro vera assumferit: quoniam effectus actionis, cuius normam requirit, forte alios existimat, quam esse ex ea extituros certo, aut ex regulis probabilitatis, praevidere debuerat. Igitur unicuique, tanquam auctori, merito tribuantur effectus actionis non quidem a malefactiendi voluntate profectae, sed tamen ab incuria vitabilis inquirendi in veram agendi normam & prospiciendi in futurum. Imputatur haec incunia pro modo virium, quas quis habuit, caufas, a quib[us] ea orta est, opportune amovendi.

Quibus intellectis perspicuum est, quounque illis in vicio, qui legislatoris, aut ejus, a quo mandatum accepit, voluntatem neglexit, ut propositum eo, quod praescriptum erat, modo non obtainendum, alio aptiori assequeretur, sperans fore, ut ratum haberetur, quod bona mente gessisset. Quod a mandante approbari si aequitas jubeat, an & justitia cogit? Id quaeritur, num hanc arbitrandi potestatem is facere voluerit, cuius voluntatem alterum exequi oportet; id quod ex verbis aut negotii natura colligi debet. Notus est disciplinae militari rigor, in primis in republica

Romana. Quem latent *Pustumiana imperia* & *Manliana*? Quem factum *Epaminondae*, imperium contra populiscitum continuantis, ut exercitum suo ductu egentem conservaret? (a) Etiam *exsuperantia*, non ut quidam loquuntur, *virtutis*, (virtus enim nullis terminis coercenda ad altiora semper ascendit) sed v. c. misericordiae, impavidae periculorum despicientiae, parsimoniae publicae, studii locupletandi fiscum aerariumque imperii, in vitio est, & quandoque in delictorum, quae lege civili vindicantur, numero.

§. CCCXXXII. Effectus actionis cujusque etiam remoti imputantur, hoc est, exiguo vel longo temporis intervallo disjuncti a momento temporis, quo actio quaedam ad exitum adducta est. Existerunt enim ex effectibus actionis proximis, tanquam ex causis suis. Illorum vero idem, qui actionis, auctor quoisque dici potest? Quid si eos non prospexerit? Quid si eos vix aut omnino non prospicere potuerit?

De excusatione vulgari, *non putaram*, hae regulae tenendae videntur. 1) Actionis non consultae, quam quis legi adversam esse norat, aut nosse debuerat, effectus praevisi aequa ac non praevisi modo doli aut culpa imputantur. (§. 325. seqq.) Minus recte absolverunt foeminam *Areopagitae*, ut testatur ARISTOTELIS, quae juvenem *philtro* interfecerat, quod nullum necandi, sed solum amoris sibi coneiliandi, consilium habuisset. Rectius Romani in tale facinus, licet

(e) CORNEL. NEPOS *in vita Epam.* c. 7. LIV. X, 13.

exitum menti amatoris contrarium haberet, se-
vere animadverterunt.

2) Actionis bonaे, & praecipue actionis pul-
chrae & nobilis, effectus salutares & egregii, qui
ex ea praeter expectationem extiterunt, augent
praestantiam meriti.

3) Aetio periculosa, si secus ceciderit, ac pu-
taras, eo magis culpae aut dolo est tribuenda, quo
pejores & funestiores eam posse habere exitus,
tum ex ejus natura, tum ex superiorum tem-
porum monumentis, colligere potuisti. Quid bo-
ni eveniet, si negotium ex voto successerit? quan-
tum? quam diuturnum? Quid mali, si non suc-
cesserit! Quas vias iniri oportet, ut eveniat, quod
velis? Num solas justas & aequitati consentaneas,
an & nefarias? Num negotii, quod agitur, ju-
stitia & aequitas est explorata? Haec si dubia est,
si levis injuria aut iniquitas, si sine magno motu
reparabilis; an ad extrema veniendum? Haec
tempestive non cogitasse quandoque crimen est,
peccatum semper.

Est vero in hac imputandi severitate inter *impu-
tationem inefficacem & efficientem* (§. 318.) in
societate civili haud parum discriminis. Imputa-
tione *efficaci* malum aliquod ei infligitur, cuius
facinus improbatur. At nullo quisquam malo,
nisi *necessario*, in societate civili affici debet.
Necessarium vero est tripartitum: 1) quo cogi-
tur maleficus, ut nocere desistat, 2) quo fana-
tur, 3) quo caeteri, quibuscum eadem societate
devinctus vivit, a mali, quod dedit, exempli
imitatione revocantur & absterrentur.

Igitur in accusanda ac publice plectenda *culpa*
hominum aperte hebetiorum, qui antecedente-
tum gregem & subdola sagaciorum consilia
secuti a via declinarunt, propter effectus ma-

los, qui praeter eorum consilium ex facinore quodam fecuti sunt, non nimis ad vivum resecanda sunt omnia. Plerorumque hominum ea est imbecillitas, ut solis praesentibus & illis, quae statim consecutura esse cernunt, fixo intenti ea effecta remotiora prospicere negligant, quae praecipue cogitari, ponderari, mentemque a malis ausibus retrahere debuerant. Est hominis, qui in *virtute* progredi avet, severiorem sui, quam aliorum, esse censorem, inque se ipso, si quid male fecerit, aut male cogitaverit, culpando inexorabilem, in aliena infirmitate redarguenda meminisse, solum Christum potuisse dicere, *num quis ullius se peccati arguere possit?* proinde lubenter ignoroscerè omnibus, praeterquam sibi (a).

4) Actio bona non desinit esse bona, premiumque suum haud amittit, etsi eum non habuerit exitum, quem probabilitate ad calculos revocata consecuturum esse, ejus auctor recte conclusit. Neque actionis bonitas, seu convenientia cum norma recti, evertitur effectibus physice malis, qui vel praevideri non potuerunt, vel praevisi non debuerunt impedire, quo minus id, quod actum est, ageretur. Caveas, ne, vulgo quod sit, ab eventu facta notanda putas. (§. 91, 92.).

Quam-

(a) LACTANTIUS VI, 24. Nemo posset esse tam irudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. Et idcirco Deus imbecillitatem nostram sciens pro sua pietate aperuit homini portum salutis at huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina tamenitiae subveniret.

Quamobrem s) quicquid sine violatione honestatis (§. 261.) omitti haud potuit, illud ob eam causam, quod alios ad male agendum accenderit, (v. c. *invidos irritayerit*) reprobari nequit, quia non eras obligatus, ut quod honestas jubet, (e. c. innocentis famam defendere, aut eum praesentissimo magni detrimenti periculo liberare) ob eam causam intercipiteres, ne indignarentur & urentur improbi; nisi novum majoris mali periculum tibi, aut eidem, cuius causam suscipis, ab ea indignatione aut iracundia instet.

§. CCCXXXII. Hominis id, quod societati debetur, efficere volentis officium *imperfectum* est, (§. 288.) in eo elaborare, ut, (quemadmodum *M. Aurelium* Imp. fecisse relatum legitur) ex malis bono, ex bonis faciat optimos. Cui consequens est, ut is agat contra officium nunc perfectum nunc imperfectum, qui vel adjuvat malam alterius actionem, vel non impedit, cum posset sine majori societatis aut suo malo, & ex pacto deberet.

Ex modo & gradu obligationis actionem alterius bonam gignendi aut, adjuvandi, malam non progignendi, vel impediendi, regulae de modo *actiones alienas imputandi* depromi possunt.

Eit vero actionis ab altero suscepiae vel, consummatæ particeps, (*causa sociæ*) qui vel causa est decreti, quod alter de actions quadam suscipienda, continuanda, consultamanda fecit, vel qui executioni decreti ab altero facti se adjunxit, eique auxilium praebuit, sive ministerio corporis simul idem, quod alter molitur, aggrediatur, sive id, quod alter facinus peracturo obstat, ex destinato removeat. Hoc loco de priori specie agimus.

§. CCCXXXIV. Decretum omne a *momento* quodam & *hujus impetu* ducitur (§. 2.). Igitur qui momentum aliquod alterius menti constito admovit, quo haec nihil tale cogitans, vel incerta, quid ageret, vel unice, vel maxime, inclinatur, ille dici potest causa efficiens praecipua decreti alieni. A quo decreto cum pendeat virium ad id, quod placuit, efficiendum applicatio: totius actionis alienae auctor principalis recte appellatur. Momentum vero alterius voluntati magis minusve flectendae duobus modis adhiberi potest, 1) *agendo*, 2) *non agendo*. Utrumque sit trifariam, vel antequam alter decernere: reliquid, vel post decretum, cum ad ejus executionem, vel post hanc peractam, cum ad stabilitatem effectorum actionis conservandam processit.

§. CCCXXXV. *Agendo* se actui, alieno associat, qui alterum ad bonum aliquod, (verum aut opinatum) de quo non cogitaverat, efficiendum incitat, vel qui consilium alterius nondum stabile confirmat fide vel auctoritate sua, aut subsidiorum, quibus prosper exitus obtineri queat, demonstratione. 2) *Nihil agendo* alteri momentum agendi suggerit, qui silentio & patientia sua facit, ut aliquis aut consilium agendi capiat, aut id, quod cepit, exequatur, aliorumve id factum dissuadentium consilia nullam in ejus mente permovenda vim habeant, idcirco quod sperat fore, ut conatu suo alterius, quem solum metuit, vi majori non obsistatur. Quocirca confors est mali facinoris, cuius 1) erat officium perfectum aut imperfectum, tempestive intercedere, ne consilium male agendi impiretur, vel 2) quem (v. c. *educatorem*) mature oportuerat labefactare & convellere momenta, ex quibus malum alterius propositum profluxit, vel 3) cuius fuerant

par.

partes, viribus omnibus impedire decreti alieni exitus.

§. CCCXXXVI. Ex quibus efficitur, ut illis, quibus initium, progressus, peractio ejus, quod alter suscepit, vere tribui potest, simul facinoris alieni mali effectus & culpa recte imputentur. Quales praecipue sunt duces aliorum, suosores, impulsores, consultores (*a*), suaviloqui laudatores consilii, quod quis sponte cepit, aut in eo est, ut capiat, quive auctoritate, nocendi viribus, potestate sua abusi juulerunt vel coegerunt quenquam aliquid facere aut non facere, quive consentientes, vel disensem suum, indignationem, & proposito alieno intercedendi animum non significantes, alterius conatum excitarunt, impetum foverunt, auxerunt, aut ejus executioni, cum possent & deberent, moram non interposuerunt. Atque horum, qui facinori alieno se diverso modo adjungunt, non omnium par culpa est. In hac aestimanda multum inquisitionem venit, quo animo, ad quae emolumenta sibi comparanda, qua sagacitate, quibus artibus & praestigiis, quibus nequitiiis vafrisque subsidiis affecuti sint, ut alios pravarum cupiditatum suorum ministros & effectores haberent. Hi quo sunt hebetiores & magis creduli, eo certius acutiorum fiunt ludibria & mancipia, concitatique illis sunt honori aut quaestui. Nec culpa interdum nec dolo vacant, qui alios exemplo suo ad eandem, quam praeeunt, viam ingrediendam stimularunt, quos sciebant, aut cogitare debuerant, pro naturali hominum proclivitate imitandi imitatores eorum, quae agant, coecos infortunatosque fore.

Qui quod factum est, ratum habuit, illius facinoris consors dici nequit: nisi haec sit efficacia ejus ap-

pro

(*a*) V. THUANUS *bif.* lib. 68. p. 282.

Gg 5

probationis, ut ad similia in posterum facienda det stimulum, vel ut propter eam effectus continentur, quorum cessationem accelerare, aut certe non impedire, (v. c. receptu, asylo) pertinet ad officium approbatoris. Quapropter non sine exceptione statui potest, quod, ut Antonium omni ex parte feriret, dixit Cicero (*a*); quid refert, utrum volueris fieri, an gaudeas factum? Talis laetitia indicat odium hominis vel in eum, quem peccasse gaudet, vel in eum, adversus quem peccatum est, mentemque esse vitiosam docet, sed minime probat, eam aut facti alieni, aut effectuum ejus manentium esse participem.

Eiusdem itaque actionis duae possunt esse causae coniunctim efficientes, altera *proxima*, nempe is, qui, quod *alter voluit*, libere effecit, altera *remota seu moralis*, per quam factum est, ut alter ageret aut non ageret. Is vero, qui decretem alienum motu menti impresso genuit, confirmavit, aut ad exitum perduci sivit, cum sit causa socia eorundem decretorum, aut prosperae eorum executionis, tenetur pro modo dolii & culpae, ac pro differentia officii perfecti & imperfecti.

Proinde qui injuste agenti viribus corporis sui adest, is *laesioris* est socius. Talis quoque est ille, qui contra paci fidem, vel & legis, qua tenetur, civilis praescripta aperta, munierisque sibi legitime impositi religionem, ab impeditione injusti nefariique facinoris abstinet. Utique de damno tenetur.

§. CCCXXXVII.. Cum de *ordine & modo imputandi* ambigitur, utri potius assignanda sit *actio*,

(*a*) *In Orat. Philipp. II, 12.*

actio, num causae morali, an proximae seu effectori? eo redire videtur quaestio, quantum, vel quam parum, libertatis ab efficientia (influxu) causae moralis sit relictam effectori, & utrius major fuerit obligatio providendi effecta actionis & id, quod fecit, non faciendi. Ita ad facinus suscipiendum minus valere solet oratio laudatoris, quam callidi suasoris, Hunc autem auscultasse, interdum minus culpare habet, quam paruisse jubendi minisque mandata sua ita exacuenti, ut mens obtemperantis concussa periculum a potentiore, potestatem sibi concessam egrediente, impendens magis, quam officium suum, cogite.

Persuadere plus esse, (a) quam jubere, seu compellere aliquem, ut sibi pareat, certo sensu dici potest. Qui falsis & insidiosis legis, facti, subsidiorum honestorum ad consilium exequendum pertinentium expositionibus alterum induxit, ac pretio, spe, promissis, delectationibus stimulavit ad facinus, tanquam si esset justum, honestum, prudens, quanquam eo vel id, quod sibi vel quod aliis debet, nefarie violat, is adeo corrupit hominem, ut sibi, cum corripitur hoc morbo, ad modum sanus videatur, nec a probis viris sanari ventit. Contra is, qui mali, quod metuit, causa officium migrat, se aegrotare novit, ac, cum primum de pulso metu potuerit, meliora consilia capere aet.

Similiter obsequium plane voluntarium, quod officio perfecto aut imperfecto est contrarium, effectori alienae voluntatis magis datur vicio, quam vi-

(a) Sunt verba ULPIANI in l. l. §. 3, de seruo corr. qui ibidem §. 4. addit, non operere laudanda augeri malitiam.

minisque extortum. Sic majori culpa tenetur miles, vel principis aut magistratus minister, qui mandata aperte injusta ultiro, quam qui coactus, exequitur. Uterque peccat. Solus enim potentiae & ultionis metus non impedit, quo minus ministerium in illis *crimen sit* (a), in quibus, quod contra naturam legesve sacratas fierent, obsequium promitti non potuit. Praestat, locum, quem in civitate obtines, amittere, quam deponere probitatem & pudorem. Deo plene, imaginatui non nisi intra potestatis suae terminos legitima praecipienti, obediendum est.

§. CCCXXXVIII. Ut officiorum, de quibus judicatur, plura sunt genera, ita & imputationum, seu judiciorum, quae de actionibus cum officiorum norma congruentibus aut pugnantibus fiunt. Dijudicatio actionum ad certum genus legum restricta *forum* appellari consuevit. Quod proinde multiplex est; veluti *forum divinum*, (de quo nos in hac Sectione haud exponere diximus) *forum conscientiae*, *forum naturale aequitatis & iustitiae*, *forum in civitatibus constitutum*, idque vel civile vel criminale. Ex quo intelligitur, prævaria officiorum consideratione posse fieri, ut eadem *actio inhonesta & indifferens*, eadem *justa & iniqua* judicetur, eadem ab aliis non carpenda, tanquam si esset turpis, quae homini se ipsum exquirenti fastidium sui moveat, eadem meriti in alios plena nec tamen omnino sana & officio congruens. Sic qui præcepta secundum naturam, hoc est, ex Dei per-

(a) V. PLINIUS ep. III, 9, TACIT. *Annal.* 13, 43. & *in vita Agric.* c 4. cf. cum doctrina GROTTII *de J. B.* I, 4, 1. n. 3. & III, 26. 3. S. PUFENDORFFIUS *de J. N.* & G. VIII, 1, 5. seq. & HOBBS. *de cive* c. 12. §. 1. seq.

perfectam hominum felicitatem quaerentis voluntate vivendi tradunt, illi facinus quoddam damnabunt & abhorrebunt illiberale, indecorum, indignum, quod Ictus & judex feret, quia non est justitiae contrarium. Hic non inquirit, an reus sit homo malus, sed an injustus aut criminosis. Atque haec fora accurate distingui, in primis ad quietem societatis civilis facit.

Latissime patet imputatio, quae ad *forum conscientiae* vulgo refertur. In hoc quicquid neglectum in toto officiorum veluti contextu, quicquid a pravis impulsibus profectum est, quicquid mali cogitatum, in eorum disquisitionem venire oportet, qui, ut solet dici, *conscientiam* aliorum, hoc est, modum se explorandi & officia sua omnia sancte colendi, dirigunt. Hi recte eorum errorem aggrediuntur, qui sibi sapientes perfecti videntur, cum mala cogitarunt quidem & concupiverunt, sed non effecerunt. Docent, mentem peccare, non corpus; desideria prava esse extingueda, non sub cinere doloso occultanda; & eum, qui lubenter faceret malum, si liceret, sique impune posset, jam facere. In hoc foro tacitum facinus qui cogitet ullum, facti crimen habet (a). (§. 326.)

In

(a) Hanc mentis castitatem partim veteres philosophi exegerunt: Christiani luce majori praesidiisque divinis firmioribus adjuti puri pectori necessitatem atque vim suminam ad felicitatem cognoscunt atque impense requirunt. Cf. CICERO de Off. III, 19. Id de leg. III, 8. quamobrem, inquit, hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio, est enim totum sceleratum & impium, qui deliberant, utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent; in ipsa enim dubita-

In primis omnem diligentiam eos adhibere oportet, quorum est, controversias in iudicium deductas dirimere, & criminum reos punire, ne, quae ad forum conscientiae referri necesse est, ea ad suam cognitionem pertinere arbitrentur. Sunt improbi, qui jus suum persequuntur. Maligno inhient gaudio ex infortunio adversarii. His pertinet, quod illis religiose reddendum est. Neglectis praceptis divinis, quae quamvis malitiam nos detestari jubent, poetas naturales perturbationum suarum mala mens non effugiet. Id demum in *crimen* vocari potest momentum voluntatis honestati contrarium, quo certos homines impelli, lex civilis, ad grave salutis publicae periculum praecavendum, nominatio vetuit. Sic non juvat iudicem sordibus corruptum, nihil juri cuiusquam contrarium decreuisse; lex enim vetat, mentem iudicis, ut sit justa, largitionibus incendi. Quod vetari necesse fuit, ne suspicio injustitiae in ejus, qui litera non obtinuit, aliorumque animo ex corruptione judicis existat, ac ne eum, quem pecunia impellere consueverit, ut faciat officium, paulatim addet strangulet avaritia, ut illud non faciat, atque ad sus pervertendum fiducia & armis publicis abutatur. Caeterum prima lex civitatis est, videre, ut tuta sit; altera, ut sit prospera bonis moribus & virtutis amore. Ad hunc efficiendum incumbunt, qui religionem ac virtutis praestantiam docent. Ad illud assequendum constituta sunt iudicia.

§. CCCXXXIX. Ex dictis porro cognoscitur, tione facinus inest, etiamsi ad id non pervenerint. Add. JUVENALIS sat. XIII, 209. ANTONINUS ad iurem III. Sect. 4.

non posse concludi, si quod facinus in civitate sit impunitum, si judex reum ab ea, cuius arguitur, injustitia absolvere debeat, eundem hominem recte fecisse, nihilque habere, quod sibi ipsi exprobret. Eodem facto & non iustus quisquam, & in se ipsum saevus, esse potest. Fac, leges conditas ab eo, qui nullum jus eas suo arbitrio dandi conventione est consecutus, ut ut venerabili *majestatis* potestatisque summae bonique publici nomine splendeant, injuriam illis facere, quibus praescribantur, iustasque esse poenas, quibus armantur. Sed qui illis legibus parere detrectant, num sibi recte consuluerint, ubi intelligere possint, se, si juris sui tenaces resistere pergent, nihil effecturos, nisi ut mala sua & aliena adaugeant? Vidimus, dari libertatis plenae aestimationem & defensionem nimiam, (§. 144.) post quam omnibus fortitudinis nervis frustra adhibitis, praeter patientiam & obsequium, non suppetit remedium aliud mala vere graviora effugiendi.

Igitur quidvis perpetiendi, aut iastar Saguntinorum pereundi potius, quam iustis domitoribus salubria praescribentibus obediendi pertinax hominis propositum, justum licet, tamen propter maiores calamitates inevitabilis, officio erga se, & erga societatem imperfecto, contrarium est. (a) Praefat aliquando, in regno libero aut absoluto tolerare tyrannidem, quam aggredi tyrrnum. Leges Sultaneae conservarunt Romani, ne respublica everteretur. Ea, quae Caesar egisset, non rescindi, laudavit Ciceron. Atque multi reprehenderunt Catonem, qui in

S. 2.

(a) Cf. *Crocius de J. R. & P. II, 14, 4.*

Senatu, in illis parietinis reipublicae, sic sententiam diceret, ac si idem superesset rerum status, qui ante *Carthaginis* excidium fuerat.

§. CCCXL. *Veritas judicii de factis moralibus (imputationis) cognoscitur ex ejusdem convenientia cum gradu boni & mali, quod in quolibet facto inest.* Etehinc duo facta vel ejusdem hominis, vel hominum diversorum, quamvis ad idem genus pertineant, tamen gradu boni aut mali differunt, quod tum in mente cuiusque hominis, dum agit, tum in eorum factorum consequentibus inest.

Stoicorum doctrina, qui quaevis recte aut male facta judicabant pars, (a) cum eorum disciplina & cum notione sapientis perfecti, quam vel levissima imbecillitas tollat, plane convenit, non autem cum natura hominis. Qui eam ad formam transferre vellent in poenis delictorum exigendis, illi regulas (§. 323.) adstructas manifesto infringerent. Unde Icti veteres, quanquam Stoicorum decretis multum tribuebant, eam tamen doctrinam repudiarunt,

ut-

(a) V. CICERO *parad.* 3. Id. *pro Muraene* c. 29. *segg. de Stoicis* refert. ex eorum sententia non minus delinquere cum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam qui patrem suffocaverit. Add. PLUTARCHUS *de Stoicorum repugnantiâ*, & SENECA ep. 66., qui sententiam lectae suae clare effert his verbis: *nihil invenies rectius rectio, non magis quam verius vero, quam temperato temperatius.* Omnis in modo est virtus, modus certa mensurâ est. *Constantia non habet, quo procedat, non magis quam fiducia, aut veritas, aut fides.* Quid accedere perfecto potest Nihil. Cf. CASSIODORUS VII, 12.

utpote in legum conscriptione & in reis damnandis non magis probabilem, quam in judiciis, quae in vita communi quotidie fiunt. Rationis, quam afferunt illi Philosophi, levitas, demitis verborum præstigiis, (a) pellucet, cum cogitaveris, *sapientiam hominis in continuo ad altiorem virtutis ac felicitatis gradum progressu postam esse.*

Gradum boni maleve in actione quaque indagatur, 1) effectuum ex hac enatorum, 2) momentorum, ex quibus profluxit, 3) libertatis in his momentis aut excitandis aut suppri-mendis, (§. 84.) rationem habere debet, de-nique 4) considerare, quam difficile, & ob eam causam quam nobilè mentis in ea libertate fruen-da studium (§. 85.), aut quem in ea perpenda gradum culpae (§. 325. seq.) ipsa demonstret actio.

Effectus v. c. vitii aut criminis cuiusdam sunt de-teriores 1) pro sua multitudine & 2) fecunditate, dum malorum aliorum ex aliis natorum seriem progehuerunt, 3) pro stabilitate sua, ob diffi-cultatem reparationis, aut tarditatem cessationis. Idem de effectibus *bonae actionis* aestimandis valet. In quibus effectibus intuendis etiam ra-tio habenda est personaé, cui bonum aut malum ex actione obvenit. Sic viri boni ejusque edu-catoris religiosi filius degener gravius in patrem peccat, quam is, cuius pater ipse est nequissi-mus,

(a) *Uti in fidibus plurimis (tutor verbis CICERO-NIS in libro 4. de fin. c. 27.) si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possint, omnes aequae incontentae sint; sic peccata, quia discrepant, aequae discrepant, paria sint igitur. Uti ad gubernandi ar-tem nihil interest, cuius generis onus navis vebat, ita gubernator aequae peccat, si palearum navem evertit. Et si auri: item aequae peccat, qui parentem, & qui seruum injuria verbaverat.*

mus. In universum pravae actionis effecta minus sunt mala, quae illius auctori & paucis, quam quae illi & plurimis, deinde quae opibus vitaeque commoditati, quam quae corpori nocent, & quae huic nocent, minora sunt ducenda, quam quae animum inficiunt. Hujus depravationis respectu non aequa prava est actio, quae statim displacevit auctori suo, ac quae hunc in scelera immersit, quorum alia aliis succedunt. Itaque praemeditatio effectuum hominem a perversis consiliis eo magis avocare debuerat, quo illi sunt malorum feraciore (a).

Praeter effectus, in primis expendenda sunt momenta, a quibus processit decretum voluntatis. Ex horum tum praestantia aut pravitate, tum vigore constante aut transeunte, promptaque aut segni impulsu existimari potest, quid in posterum ab auctore actionis sit expectandum, quoniam modo revocari possit a malis conatibus, ad bonos vero accendi. Sic facilis condonaveris injuriam, cui simulac calor iracundiae deferuit, successit poenitentia, & generosum ejus honeste reparandae studium, quam quae ab inclusa medullis malitia provenit. Sic plus boni ab eo sperandum est, qui honoris veri cupiditate incensus rem difficiliter perfecit, quam qui pecuniae corradendae avidus nihil intentatum reliquit. Universe in exquirenda actionis bonae praestantia multum interest, num ab impetu repentina raroque momenti nobilis impulsu (§. 197.) manaverit actio, a constantia recte sentiendi, & a robore mentis, quod virtuti ineſt. (§. 199.)

§. CCCXLII. Haud a vero alienum est,

viii

(a) V. Grot. d. l. II, II, 20, 30. & POFENDORFII *jus N.* & *G.* ab. 8. c. 3. §. 20. seqq.

vulgo quod dicitur, *cum duo faciant idem, idem esse non*. Ut medicus minus recte de statu aegroti judicaverit, si magis morbi, quam aegroti, naturam habeat cognitam: sic ille, qui de facti cuiusdam boni aut mali vera aestimatione laboret, in devia abibit, nisi, praeter actionis per se consideratae naturam, contempletur *personam*, id est, nisi vitam ejus ante actam, *babitumque* bene apt male in eodem genere agendi consideret, tum & perspiciat, quem, cum decretum agendi ficeret & exequeretur, habuerit libertatis gradum? si minorem, quam oportet, qua quantumque ejus culpa factum sit, ut majorem non obtineret? (a).

Vidimus, (§. 76. seqq.) quemadmodum statu corporis, & habitu mentis per educationem & consuetudinem conformato, denique fortuito causatum externalium concursu, libertas duorum pluriumve non eodem modo vel continue, vel quodam temporis punto debilitetur, eodemque loco nonnulla ad mensuram virium moralium illustrandam disputavimus. Ex quibus concludimus, libertatis debilitatem continuam magis ponit posse in vitio, quam quae momento accidat & transeat, quia illi tempestive & facilius mens mederi potuit, quam huic oblectari. Quare si alter motu animi subito & inconsiderato, v. c. orto a terrore, metu, ira, peccaverit, minorem quam is, qui meditato idem fecit, errati gradum demonstravit, quoniam minus, quam ille, habuit virium avertendi causas,

ex

(a) Apposite QUINTIL. *Inst. VI*, 1. *Atrocitas* crescit ex his: *quid factum sit, a quo, in quem, que animo, quo tempore, quo loco, quemodo.*

ex quibus ille enatus est turbidus mentis statim, qui tela nocitura providere vetuit, & quoniā breviori temporis momento capiendum fuit consilium. (§. 77.)

Id quod in primis in actu imputandi efficaci (§. 283.) attendendum est. Sic *ira vehementes ortas* ex gravi quadam & inexpectata *injuria caedem haud necessariam* quodammodo excusat in judicio capitinis (a). Partim nimis *difficilis est probatio*, quid eo momento cogitaverit interactor, num *terrendi*, an *nocendi*, num *vulnerandi*, an *occidendi*, habuerit animum: partim in manu sua non plane habuit, vitare causam, quae tantam mentis agitationem & perturbationem concitatavit, ut quosvis modos vitam suam sine alterius interitu conservandi cogitare, aut eum, qui & tutus & adversario haud mortifer esset, corporis positum adsciscere posset. Quocirca leges Romanae distinguunt, *impetu*, an *consilio*; caedes facta sit, & *justo dolori aliquantum indulgent.*

§. CCCXLII. Ex dimensione *culpae & doli*, quam (§. 325. seqq.) attulimus, confici possunt regulae quaedam speciales de aequitate & justitia imputationis, sive efficacis sive inefficacis, in culpandis plectendisve factis plurimum, quae inter se conferuntur. Sic 1) quae contra legem ab altero fiunt ad dolorem acerrimum, aut eum, quo diu urgetur, finiendum, aut ad vehementem dolorem, qui instat, avertendum, sunt excusatoria illis, quae alter voluntatum corporis capiendarum causa suscipit. (b) 2) Quae a vitiis na-

(a) V. ARISTOTELIS *ad Nicomach.* VII, 8.

(b) V. LOCKIUS *de intellectu humano* I, 21, 31. quantum sit teum doloris perpeccio. GROT. d. I 20, 29.

nativis ingenii, quibus mederi perdifficile est, quaeve a statu corporis, cui aegre curatio adhiberi potuit, verbo, quae a causis naturalibus oriuntur errata, ea mentis minus corruptae indicia sunt, quam quae a pravo animi habitu paullatim contracto oriuntur, & ad quem nullis causis externis aut naturalibus simul operantibus, non prius, quam longiori usu & multis quasi gradibus mens suapte vi pervenire solet, e. c. quae iascuntur ab avaritia. 3) Quae a falsa opinione publica, eaque inveterata, oriuntur, cui quis ob infinita incommoda obsistere non ausit, (e. c. quid honoris tuendi causa fieri deceat) mentem imbecillam quidem, sed non aequa pravam denotant, quam quae ab opinione male agentis privata profiscuntur, veluti a tanta ejus obstinatione, ut eam, qui de honore recte judicare posse existimantur, universi vituperent.

4) Facta, quae lex civilis permittit, sed honestas damnat, quo proprius sensum moralem contingunt, ejusque vi statim ab illis reproban-
tur, in quibus hic sensus nondum concalluit, eo sunt manifestiora mentis perversae documenta,
veluti impietas liberorum eo proiecta, ut volu-
ptatem ex parentum miseria acceleranda sub colore
juris quaerant. 5) Quae repentina quodam motu
adversus legem fiunt, minus mala duci par est,
quam quae a sola malitia atque diu meditata &
praeparata inferuntur. Quippe ex diligentis ho-
minum observatione constat, non tantum quen-
quam haud fieri repente turpissimum, sed & vix
quenquam gratis malum esse, quique sit ea men-
te, illum vix sanabilem duci posse. Mens,
quam malitia per se detestat, tam depravata est,
ut humanitatem paene exuisse & naturam belluina-

pejorem ad scivisse videatur. Sic factum crudele est certius mentis pravae & yix sanabilis documentum, quam vis vehemens amoris, cuius furori resistere ex JUSTINIANI Imp. sententia perfectio philosophiae est.

§. CCCXLIII. 6) Observandum est in pravitate delinquentium exquirenda, in que gratia facienda, num causa, aqua perturbatio mentis vehemens ac velut brevis insaniam originem traxit, magni an parvi sit ponderis. Horatius victoriae gloriosae gaudio ferox & ebrius transfigit sororem medios inter civium plausus lugentem ac complorantem spousi sui interitum. Damnatus a Duumyiris secundum legem a Rege factis provocat. Moestus pater, jam filia, mox, si leges exercerentur, liberis orbis, movet populum, ut reum absolveret, magis, inquit Livius, admiratione virtutis, quam jure cause. Num quid mali in posterum erat metuendum ab Horatio? num quid ab exemplo, quale nunquam post id tempus evenit? Igitur populus Romanus imperium subitum a malitia diu meditata sapienter distinxit, poenamque haud necessariam remisit. Justitia retinix non desinit esse justitia, si quando parcit civi utili vere pueritenti, sed cum innocentibus, aut nocentibus ultra modum ferit.

Quibus intellectis plana erit mensura peccatorum & differentiae peccantium. Videlicet inter duos ejusdem v. c. delicti gravioris reos, quo plures alter proprias habuit causas a facinore, quod peregit, abhorrendi, quo longius habuit deliberandi spatium, quo pleniorum legis, quam perrupit, notitiam, & quantopore haec cum sua & communis felicitate esset copulata, non ignoravit, eongrayius peccavit, eoque minus excusationis habet, ob quam cum eo mitius agatur. Quo plures v. c. de duabus perduel-

duellibus unus, quo graviores, quo stabiliores actionis suae effectus, & quo eos probabilius ac facilius praevidere potuit aut praevidit, eo scelerius est facinus. Deinde quo plus habuit varium animum suum ita formandi, ut cogitatio beneficiorum acceptorum, ac semper praefens praemeditatio exitii conjurationem consequentis efficaciam momentorum ad nova mollienda irritantium frangeret, eo detestabilior est conjuratio.

Ex hujus mensurae & ejus, quam (§. 340.) exposuimus, intellectu & usu primum is fructus percipitur; ne quis in se ipso cognoscendo, aut dijudicando, perniciose erret, deinde, ut, qui de actibus alienis judicant, nimiae, aut minoris, quam par est, laudis & vituperationis, fiduciae & diffidentiae, spei aut timoris, temeritatem evinent. Sine hac dimensione fieri non potest, ut in vita communi, in judiciis, in legibus sanctiendis, in administratione imperii, regnent iustitia & aequitas.

§. CCCXLIV. Ex dictis apparet, imputandi actum argumentatione absolvī. Hujus major enuntiatio continet legem, minor factum. Judicium de comprehensione facti sub lege, seu de illius cum hac consensu aut pugna, efficit conclusiōnem.

Quomodo fiat, ut haec conclusio sit *vera* aut *falsa*, *certa* aut *incerta*, *magis* aut *minus* *verosimilis*, vel denique *dubia*; cuivis, cui nota est *doctrina de argumentationibus*, facile patet. Vero-similis (probabilis) est imputatio (qualis e. c. est sententia iudicium in tribunalibus), cui contrariam conclusionem esse veram possibile quidem est, sed

hujus veritatem perspiciendi vires judicantī sine ejus culpa desunt. *Falsa* est vel *dola* vel *culpa* *judicantis*, vel *casu* ob errorem *haud vincibilem*.

Subsidia, quibus ea, quae de imputatione statuit, conclusio ex dubia probabilis, ex hac, certa efficiatur, suggestit *Logica artificialis*, *disciplina* *egregia*, quae ad viam veri inveniendi, discernendi, & accurate enuntiandi explicandam reperta, est scientia cogitandi, judicandi, argumentandi, & cogitationes alias ex aliis nexus distincte verbis exprimendi.

Quamdiu animus de actibus *alienis* judicaturus haeret ambiguus; id judicium praeferri convenit, quod *favet innocentias*, quodve *benignitati* maxime convenit, non autem illud, quod damnat, aut judicantis benevolentiam, fiduciam, & ardorem aliis inserviendi, refrigerat, verbo, quod *vita* communitatē disjungit. (§. 102.) Idcirco ambigua in bonam partem, bona in meliorem, interpretanda sunt. Nec quae pulchre facta videntur, ea suspicione injecta originis eorum ab ignobilibus momentis duetas extenuari par est. (a) Judicia sinistra huic regulae contraria plerumque produnt livorem, amarulentiam, malignitatem judicantis, propriaeque impotentialiae confessionem (b).

§. CCCXLV.

(a) Verissimum est judicium de libro inscripto: *la fausseté des versus humaines*, plus enim censuræ quam emendationi servire solere.

(b) Atqui ego, (inquit PLINIUS in epistola VIII, 32.) optimum & emendatissimum existimo, qui coeteris ita ignoroscit, tanquam ipse quotidie peccet, ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoroscit. Proinde

§. CCCXLV. *Actiones*, quas imputamus, sunt vel nostrae vel alienae. Vidimus de his. Restat ut de priori genere quaedam exponamus.

Argumentatio hominis de consensu & pugna actionum suarum cum legibus appellatur *conscientia*. Praeter eam, quam (§. 53.) indicavimus, haec significatio illi voci plerunque tribuitur. Nonnunquam vero non tam ipsum argumentandi actum denotat, quam facultatem mentis actiones suas cum lege conferendi, & de illis, num & quoque sint bonae & malae judicandi.

Ex definitione nostra intelligitur, easdem conscientiae, atque imputationis moralis, (§. 293.) *esse partitiones.*

Si conclusio hujus argumentationis enuntiat consensum actionis nostrae cum lege, ad quam illa exigitur (examinatur), vocatur conscientia bona; quae ei est contraria, dicitur mala. Haec parit admodum vividam malorum actionis effectuum cogitationem eo pleniorum acerbatis, quo clarius est cognitio dolii & culpae, & quo tenuior est spes, vel quo vehementior est desperatio posse praesentes effectus malos reparari, futuros autem certos, probabiles, possibles, averti. Quae quidem aegritudo mentem fodicans nomine *morum conscientiae* appellatur.

Tunc hoc dicitur, hoc foris, hoc in omni vitae genere teneamus, ut nobis implacabiles finitus, exorabiles illis etiam, qui dare veniam, nisi sibi, nesciunt, mandemusque memoriae, quod vir misissimus, & ob hoc quoque maximus, Tbrasen crebro (sed minus accurate) dicero solebat: qui vita odit, homines odit.

Hh

Tumultus illi mentis se totam fastidientis interrupti negotiis aliquaque causis externis identidem reviviscunt & subiti erumpunt, cum eorum, quae mens in praesenti agit & observat, similitudo cum praeteritis vim phantasiae ad priscas imagines renovandas fuscitat. Oh quam causam illi laniatus tempori non cedunt, Qui si mentem sequantur a corpore suo sejunctam, tristissima sit animorum aeternorum conditio, necesse est, (a).

Conclusio iudicij, quod quis de actione sua facit, id enuntians, quod veritati legis & naturae ejus actionis convenit, dicitur *recta conscientia*; si quis in eo error insit, *errans*. Ex quo patet, non posse bonam esse, nisi eadem sit recta, eumque falli, qui confidenter concludat: *egi secundum conscientiam, ergo bene*. Non enim, qui *opinioni suae de lege*, sed qui legi obtemperat, tranquillus esse potest, quoniam ordinem felicitatis humanae a natura constitutum sua opinione pervertere potest nemo.

§. CCCXLVI. Si factum praecedat disquisitio, bonum sit an malum, *conscientia antecedens* nominatur; si superveniat, dum quis in eo est, ut destinata perficiat, *comitans*; si actum consummato succedit, *consequens*. Ea autem *certa* dicitur, quae secundum certam legis & facti cognitionem pronuntiat, sicut absolvendo, condemnando, recte aut pulchre fecisse concludendo. *Probabilis* nominatur, quae a cognitione legis factiva probabili conclusionem ducit. Denique *dubia*, quae

(a) Cf. *de furiis*, quibus agitantur ac terrentur animi, CICERO in *Pison*, c. 20. *pro Rosc. Am.* c. 24.

quae, quod argumenta in utramvis partem aequa videntur, nihil statuit.

Probabilitas, qua nititur conscientia, augetur pro rationum multitudine & pondere, ex quibus intelligi potest, 1) actionis legisve obscurae vera sententia, cui convenienter judicandum & agendum est, 2) factum praeteritum, postquam cum omnibus iis, quae circumstant, consideratum est, bonum aut malum esse judicandum, vel hujusmodi, ut non possit nostro consilio vel diligentiae nostrae vel culpae tribui; factum vero futurum propter verosimilem causarum externalium concursum eos habiturum esse effectus, propter quos illud suscipi aut omitti, nostra communis felicitatis intersit.

Si factum non aliter, quam testium dictis probari queat, qui verum scire possint, & dicere volunt: conscientia hos, postquam in eorum fidem diligenter inquisivit, secura est probabilis. Itaque non habet, cur angorem capiat *judex*, qui recte perpensis testium classorum asseverationibus in errorem inductus sententiam injustam tulit.

Similiter regulas *a facto naturae*, quod non omnibus aequo notum esse potest, ductas, (v. c. artis medicac.) vel legibus peregrinis publice ad scitis comprehensas, si quis ab earum peritis patet ac sequatur, habet, cur se consoletur, ubi aberraverit, quoniam non cuivis natura ingenium tribuit, aut fortuna institutionem, aut honestum, quod elegit, vitae genus opportunitatem, comparandi notitiam rerum omnium, quas ignorare nocet, proinde hunc tales errorem nulla inscientiae culpa praecessit. Cujus erroris probabilis excusatio etiam in foro hand rejicitur.

Vetus

Verum si quis inquirat, non quid sit *legibus naturalibus consentaneum*, sed quid aliis esse videatur, vel si quis factum, quod ipse indagare debebat, aliena coecus fide assumat: conscientia in his rebus sola auctoritate aliena nitens minime est ducenda *probabilis*. Non est e. c., quod, qui praesunt populis aut judicia exercent, omni se culpa exsolvi arbitrentur, si quas res ipsi debebant investigare, eas omnes illi in ministrorum imperii sui, hi in juris peritorum, quorum oraculis pigre & adversis legibus inscienter credunt, conscientiam transferant.

Argumentum a tuis, quod vocant, continetur sub conscientia probabili, in primis in *legum naturalium interpretatione*, si id inter duo deliberationis capita praeferas, in quo si erres, haud pecces (e. c. si proposita quaestione, num licet homini Christum colenti nuptias facere cum fratribus aut avunculi vidua? neges, licere).

§. CCCXLVII. *Habitus animi in factis ad legis praescripta exigendis inanes erratorum suorum excusationes (extenuationes) respuentis, & in momenta, quibus ad agendum voluntas ducitur, in quem gradum culpae, si quam commisit, sedulo ac severe inquirentis, dicitur conscientia tenera.* Ea, quae *scrupulorum plena (scrupulosa)* vocatur, est angor hominis, id, quod licet, agere, aut, quod recte fecit, approbare, pertimescentis, ex ignorantia verae legum sententiae ortus.

Custodire conscientiam significat, nihil ejus prætermittere, quod ad conservandum conscientiae tenerae vigorem pertinet. Ad quam rem opus est assidua contemplatione præceptionum vitas & haud intermissa exploratione sui (§. 224.).

Latam conscientiam nominant studium hominis

nis obtentu *fragilitatis humanae* (§. 324.) utentis vel ad veram legum sententiam eludendam, vel ad aliquid ex facto suo excerptendum, quo solo considerando, omissis caeteris, vel nullum vel leve peccatum suum esse credunt. Hoc aut errore, aut pravo consilio, illi e. c. peccant, qui quod sui commodi causa facere nefas judicant, id si fecerint, ut imperantis compendio vel civitatis utilitati servirent, non illicitum, sed laudabile facinus, dignumque remuneratione, se peregrisse persuasum habent. Similis est eorum culpa, qui ipsi quenquam decipere nolint, sed id, quod ex aliena fraude ad se pervenit, lucrum retinere so salva conscientia posse arbitrantur. Haec talia exempla sunt ex eorum genere, in quibus pecari vulgus hominum saepe non putat. (a)

Conscientia, quam *cauterias* dicunt, minus proprie conscientia nominatur, estque potius paralisis quaedam virium mentis se ipsam explorandi & facta sua ad legem severè exigendi. Indicat mentem inepite securam, & causas malorum a sua ipsius culpa profectorum ignorantem.

§. CCCXLVIII. Si ambigas, num actio, quae proponitur, sit secundum an contra naturam; abstinentum ab ea est, & status praesens continuandus. Nam dum anceps haeret animus: nullam rationem praeponderantem cognoscit, ex qua tuto colligat, statui suo praesenti anteponendum esse statum novum, qui proponitur. Igitur statum praesentem non mutat. (e. c. *bellum non decernit, cuius causa an sit justa, dubitat.*) In id vero in-

(a) V. *factum*, quod refert ac merito reprehendit CICERO de Off. III, 18.

cumbendum est, ut probabilioribus argumentis vel confirmetur animus in sententia non agendi illud, quod proponitur, vel ad hoc efficientum valide inclinetur. (§. 346.) Doctrina de *probabilismo*, quemadmodum vulgo traditur, repudianda est, quoniam hominem a commodis suis cernendis avertit, & ad fiduciam coecam in sola aliorum auctoritate, etiam levi & immixta impellit, cuius nullam in mente permovenda vim esse oportet.

§. CCCXLIX. *Error conscientiae*, id est, in judicio, quod de nostris actionibus facimus, ori potest *ex falsa cognitione* vel *facti*, vel *legis*.

Errans aut id fecit, quod quamvis esset officio contrarium, tamen a se fieri oportere putavit; aut non fecit. Si non fecit; *malos* quidem *effectus* vitavit, quos eadem actio, si ad exitum pervenisset, secundum naturae ordinem habitura erat, sed animum simus demonstravit corruptum, qui quaelibet *commoda* capienda aut non perdenda officio praeponere non dubitet. Si secundum animi persuasionem fecit, quod fieri non oportuit, vel, quod oportuit, non fecit: mala istam actionem consequentia sibi, tanquam auctori contra officium agenti, non potest non exprobrare, (§. 41.) quam primum intelligit, se errasse, & errorem vinci potuisse. Nam licet a dolo, seu a proposito contra legem agendi, absfuerit; tamen culpa se non vacare intelligit (§. 325.)

Alia est ratio erroris, qui vinci non potuit. Quod ab hoc ortum est malum, (§. 319.) illud erranti tribui nequit (v. c. cum frater & soror sine culpa sua nuptias incestas fecerunt inscii.)

§. CCCL. Si error hominis, secundum suam

saam de officio opinionem agentis, societati vere noceat: haec quid faciet? Feretne malum sibi a tali socio instans aut illatum? an ei resistet? an id depellet?

Demet homini errorem, si potest; si non potest; tolerabit errorem levem, nec pro more militaris imperii vindicabit, aut *coecam obedientiam* exiget. Errori autem grave malum dignenti ita resistet, ut intra *necessariae defensionis terminos* (§. 130.) se contineat.

In ea *societate speciali*, (§. 125.) in qua singuli in corpus universum ejusve moderatorem conferre potuerunt & contulerunt jus semet puniendo, id corpus, cui hac lege aggregati sunt, poenis *gravioribus* & *constituendis* & *irrogandis* resistere potest malis actibus ab eo errore nascentibus, quo non represso vinculi communis fundamenta convellerentur. Quae poenae sunt constitutae pro ratione cum damni in totum coetum redundaturi, nisi erranti ac male agenti resistatur, tum culpae in eo commissae, quod is, qui se ex animi sui religione quietem publicam perturbasse prae se fert, sibi ab isto errore, certe non ab actibus externis tali errori vincibili consentaneis, haud caverit.

Rabiose agit *fanaticus*: Principem, qui secum de religione haud consentit, de medie tollere, facinus putat sublime, gloriaque & remunerazione aeterna dignissimum. Facile poterat se ipsum convincere erroris, dummodo pactum, quod cum societate fecerat, consideraret. Haec si disperceret, integrum ei erat, discedere, & perfectissimas ac sine nube prosperrimas civitates in solitudine somniare. Manet tamen, & impio fu-

furore coecus principem necat, **Coetus**, cui adscriptus erat, suum judicium necessitate nunc exigente, opponit judicio hominis, fundamenta, quibus salus communis nititur, concutientis, & poena illi inficta terret alios, ne spe impunitatis inflammat tam dirum, Deo tam ingratum nefas, ac tam execrabilis in posterum inquietantur.

S E C T I O. VIII.

Jus Naturae, ejusque partes.

§. CCCLI. **A**ctiones, ob quas nocens quisquam aut innocens bonus aut malus judicetur, alias esse *justas* vidiimus, alias non quidem *injustas*, sed *officio* tamen *imperfecto* contrarias. (§. 288.) Justas separati tractari, & leges de his a natura constitutas seorsim colligi, tanto majorem habet utilitatem, quanto & privatis & populis existiositatem esse errorem, evincit experientia, cum fines justi & aequi confunduntur.

Ob hanc causam distingui coepit *Jus Naturae* a caeteris philosophiae moralis partibus, non quasi pugnant inter se utriusque disciplinae pracepta, aut non plenissime convenient, aut quod quisquam, qui haec distinguit, in eam opinionem veniat, justitiae naturalis cultum a virtute sejunctum sufficere, ut beate vivatur; sed quod jura & officia, quae natura effectionis & momentis distinxerit,

xit, (§. 301.) a philosophis, naturam magistrum sequentibus, ita tradi oportet, ut conjungant quidem officia societati debita, quia arte inter se cohaerent, sed simul jus vim adhibendi, in quo differunt, accurate discernant, quamquam id a veteribus & nonnullis recentioribus philosophis identidem neglectum est. (a)

§. CCCLII. De virtutis, vel dicam, affectuandae per virtutem felicitatis disciplina, quae vocatur *Ethica*, plenius egimus. (§. 249. seqq.) Haec, ut vidimus, originem ac colligationem legum naturalium ab ordine felicitatis, hominum generi divinitus destinatae, distincte ductam exponit. Jus Naturae vero tantummodo partem earum legum naturalium complectitur, nempe eam, quae ad conservandam societatis humanae quietem, non autem ad augendam ejus prosperitatem, spectat. Nos quidem nomine *Juris Naturalis* nihil aliud indicamus, nisi complexum earum legum naturalium, quibus jura & officia perfecta constituntur. (§. 286. 294.)

Partem duntaxat ejus juris, quod nostra definitione comprehenditur, exprimit definitio ULPIANI, qui *jus naturae esse* dicit, *quod natura omnia animalia docuit*. In hac definitione ineft argumentatio a *convenientia instinctuum hominis naturalium cum stimulis brutorum ad leges vivendi hominibus datas*. Quod argumentandi genus invaluit inter Jētos veteres, propterea quod *Stoicorum disciplinae erat consentaneum*.

Vi.

(a) Cf. CICERO *de invent.* II, 22. 73, WOLFF.
Jus N. part. I. §. 673. seq. 904. 912. 978.

Singulis animantium generibus vires cognoscendi & impulsus naturales attribuit natura, quibus ad id bonum impetrandum indigent, ad quod fruendum, aut aliis rerum animatarum generibus praestandum, creata sunt. Hos impulsus dum sequuntur, nec sui aut diversi generis animalibus nocent, nec nocere possunt, quoniam naturae voluntatem implent.

Ad altiora, quam ad quae stimulus suis naturalibus ducantur, nati sunt homines. His propositus a natura est continuus in perfectione progressus, & vere dixerim, continua perfectionis ab aliis ad alios propagatio, ut quae a majoribus tradita accepterunt, ea elaborata & absolutiora transmittant ad posteros. (§. 281.) Id quod non eveniret, si sat haberent, vivere vitam naturali animantium ductui similem. Minus haberent bonorum, & plus malorum. Negligerent suos, uti bruta foetus suos, quam primum sibi victimum querere possunt: ignorantium vero, & posteritatis, & totius generis humani curationi plane non studebent. (§. 161.) Quo facto interiret illa generis humani praestantia, ad quam non nisi educatione diligenti, severa, diu continuata, atque conjunctis plurium viribus, perveniri potest.

Quamobrem valde vacillat, qua nonnulli utuntur, argumentandi ratio: hunc in modum agunt animantia; ergo idem dum faciunt homines, non pecant. Brutis animalibus non nocet *incepsus & concubitus promiscuus*; ideone homo veri commodi sui studiosus recte exclamaverit cum *Myrrha apud Ovidium, felices! quibus ista licent?* Nullum decori & verecundiae curam animadvertisimus in animantibus. Ideone ex vero censuit *Diogenes Cynicus*, verecundiam esse ab arte, non a natu-

ra profectam; & huic repugnare; quod enim honeste fieri possit, illud posse fieri palam? (§. 115.)

Et tamen, ut (§. 331) videntur, quaedam vis argumenti, quod a stimulis naturalibus, vel hominis propriis, vel ei cum brutorum genere communibus, ducitur; quamvis vitae regendae non sufficiat: (§. 52.) Sed in hac quoque probabili argumentatione cavendum est, ne animotum affectiones, quiae *educationi & longinquae confuetudini* debentur (§. 49.), naturae adscribamus. Id quod faciunt, qui v. c. jus, quod vocant; talionis ab impulsu naturae repetunt; vel qui polygamiam naturae adversari, ex instinctu Zelotypiae colligunt, quem homini indictum esse sumunt (a).

Sunt multa homini bona; ac propterea in officiorum numero, ad quae stimuli suis recta via non ducuntur, sed ratione: (v. c. mori pro patria) Sunt alia; quae omitti oportere ratio intelligit, licet ad ea facienda stimulo insito feramur (v. c. ut vi fracta impulsionis ingenitae; qua ad hos defensandos ferimur, a quadam defensione adversus injurias abstineamus) (§. 149.).

§. CCCLIII. Juris Naturae appellatio aliquando disciplinam; hoc est, fragmentationem quandam praceptorum Juris Naturae ea arte factam significat, ut ex principiis demonstratis & apte inter se connexis conclusionum ad vitam regendam utilium veritas appareat. Hac significatione Jus naturae est disciplina; quae jura & officia naturalia perfecta distincte tradit: vel si inavis

(a) V. WOLFFIUS *Juris Nat.* VII, §. 330.
112

mavis, est disciplina, quae originem & complexum jurium atque officiorum naturalium perfectorum ex eorum vinculo indissolubili cum quiete societatis humanae colligit ac demonstrat.

Pax (securitas, tranquillitas, quies) generis humani est status hominum iacundus ex illaesa iurium (§ 294.) possessione ortus.

Cum legum naturalium, in primis earum, quibus officia socialia continentur, (§. 125. 275.) pars sit Jus Naturae: (§. 352.) ad hoc pertinet, quicquid de legum naturalium proprietatibus universe affirmavimus. (§. 235. seqq.).

Pari modo quae de perfectione Ethicae differuimus, (§. 257. seqq.) eadem de disciplina Juris Naturalis valent. Hujus perfectio est consensus ordinis, quo dogmata Juris Naturalis traduntur, cum eo bono, ad quod assequendum illorum disciplina spectat. Id vero bonum est certior eorum dogmatum confirmatio & plenior intelligentia discriminis inter jus & sequum & id, quod natura, & quod ex institutis humanis, justum est.

§. CCCLIV. Si requiratur enuntiatio prima, in qua legum ad Jus naturae pertinentium fundatum ponatur, (principium cognoscendi vocant) hanc putamus afferi posse:

Sic dirige actiones tuas liberas, ut statui pacato [quieti, securitati, tranquillitati, paci] generis humani haud opponantur. Opponuntur, quoties homo hominem laedit. Cujusmodi injuria quot modis inferri possit, (§. 129.) expedivimus.

Veritas hujus enuntiationis evidenter patet ex

vin-

vinculo naturali, quod inter ejus regulae negationem & eversionem societatis humanae, tum & inter hujus societatis conseruationem & felicitatem humanam (§. 274.) intercedit.

Ex quo enuntiatio colligimus haec axiomata:

I. Omnis actus liber, qui per se, hoc est, effectus suo necessario tranquillitatem societatis humanae convellit, prohibetur Jure Naturali.

II. Quo facto omisso is sequeretur effectus necessarius, ut status pacatus generis humani recta via convelleretur, id factum Jure Naturae praecepitur (§. 282.)

III. Id, quod statum quietum societatis humanae haud destruit, Jure Naturae permisum (licitum) censetur, hoc est, per vim cuius nemo potest, ut ab eo faciendo abstineat.

§. CCCLV. Hinc patet, 1) doctrinam Juri Naturae contrariam esse eam, qua adsumta oriretur necessaria perturbatio societatis humanae. (§. 129.) 2) male dici; ea facta juri naturae repugnare, quae possint occasionem dare disibus & turbis. v. c. Occupatio rerum nullius ideo non adversatur Juri Naturae, quod possit fieri, ut, qui occupandi animo coetinerunt, inter se rixis pugnisque committantur.

3) Ea enuntiatio generalis Juri Naturae est contraria, qua assunta necesse est, oriri lites nunquam finitoras. Nam haec disciplina ea non spectat, ut lites serat, sed ut has clara & accurata justi iustique distinctione tollat. Talis v. c. est thesis, posse bellum geri poenae illis infligendie causa, qui Deum aut omnino non, aut minus recte oolant, (§. 357.) vel ad ingratum animum vindicandum arma capi posse, cum ex (§. 117.) patet, acceptiōnem beneficii non esse contra-

lum, etum,

ctum, proinde actum animi ingratii indicem non esse laesionem. (§. 287.) Ob eandem causam, (ut caeteras taceam) illis haud assentio, quā eum defuncti heredem naturalem esse decerpunt, quem illi carissimum esse oportuisse censent; quam amoris praecipui conjecturam non ad amicum proferunt, non ad conjugem, non ad eum, cui mortuus plurimam debebat, sed ad proximum sanguine adstringunt.

4) Licet in disciplina Iuris Naturae etiam ea dicuntur, quae facient, aut societati, nocent, aut quae sunt vitia nefaria, modo summa deprehant nemini, ideoque vindictae humanae iustae haud subsint. (§. 248. 289.)

5) Quamvis ea officia perfecta absolute dicantur naturalia, quae ex notione quietis hominum communis colligi possunt, hoc est, quibus sublati evinci potest, quietem generis humani interitiram; tamen putandum non est, illa officia, quae civitatum legibus iubentur, esse naturalibus opposita. Ea enim, quae iurare possunt homines, non sunt officia, nisi quatenus praecepsis juris Naturae non repugnat, illa legibus humanis sanciri. (§. 290.)

Atque eadem officia a lege societatis cunctam profecta eatenus diei possunt naturam, quae temporeorum natura ad principia communia certaque regulas ubi vis terrarum aequo utiles revocari potest. Unde dari ius naturale contractuum & aijorum institutionum humanorum, recte colligitur.

6) Ius Naturae non ad solas eorum actiones dirigendas pertinet, qui nulli imperio subjecti vivunt, sed illis quoque normam praescribit, qui vinculo civiti continetur. Etiam Princeps ad ciues suos relatus, & huius inter se agentes, eo iure videntur, quod a natura hominis iungitur nequit.

§. CCCLVI.

§. CCCI.VI. Ex dictis planum est, vinculo quam arcto firmitas & cognitio Ethicae cum Iuris Naturalis disciplina & intelligentia conjungatur. Verum potest simul, quibus notis hae disciplinae distinguantur. Differunt effectu, seu bono, ad quod efficiendum spectant, subsidiis, quibus hominem uti posse docent, ut id bonum assequatur, ac momentis, quae animis ad recte faciendum inculcant.

Ethica Naturalis totum felicitatis humanae orbem prosequitur, quatenus experientia & ratio ejus cognitionem aperiunt. Jus Naturae pars illius felicitatis, in pacis sive quietis conservatione positam, separatum tractat.

Illa ad animum sanandum pertinet, quem docet gaudere & recte agere: hoc spectat eo, ne actus externi hominibus noceant.

Illa docet, quemadmodum de societate *bens moreri* possit: hoc iis, quae plene (perfecte) debentur, praestitis nullum *merito*, nullum gratiae referendae officio, locum relinquit.

Illa effectus quoque remotos malae actionis, etiam alienae & quatenus ejus quis est socius, impunit. quos quemque praemeditari oportuerat, tanquam certos, probabiles, aut possibles: (§. 288.) hec imputat *proximes*, cum de poenis infligendis & damnri dati aestimatione agitur, ne ex uno malo infinita, & ex lite una largior litium seges, progerminent.

Illa ipsam redarguit dubitationem, num agas, an praetermissas, quod rectum esse nosti, &c. ut ait *JUVENALIS*, *scelus qui cogitat ullum, facili crimen habere* (§. 201.) statuit: hoc, utrum aegre an lubens feceris officium, non inquirit.

Illa momentis jugundissimis & praesensione ac

quasi anticipatione quadam aeternae beatitatis animum ad virtutem flectit: hoc ejus, quam nunc agimus, vitae quietem & ad hujus quietis praesidia respiciens, solummodo deterret *injusta* molientem, atque primum innocentiae praemium ponit in vacuitate metus, ne, si ultro nolis, invitus officium facere compellaris. (§. 282.)

Illa vim facere eum, qui laesus est, quandoque vetat: (§. 139.) hoc, vim ad avertendam & reparandam injuriam adhiberi, permittit, quicquid ex ea mali ad laedentem redeat.

§. CCCLVII. Partes Juris Naturalis (§. 352.) sunt *duae*: altera *suum cum homine natum comprehendit*, quae vocatur *Jus Naturae absolutum*, altera *suum cuiusque acquisitum complectitur*, (v. 4. *jus dominii, ex contractu natum*) quae appellatur *Jus Naturae hypotheticum*. Utrumque ad *quatuor praecepta revocari potest*, quorum summa huc redit, ut non violentur *quatuor jurium* (§. 294.) recensitorum genera, uti (§. 283.) obseruavimus.

Cum hominum omnium natura (§. 42.) sit aequalis, & pari felicitatis suae appetitu, pari juris sui defendendi stimulo, agitentur universi denuo patet, (§. 295.) aequalia omnia esse jura cum hominibus nata. Hanc aequationem non religionis, non opem, ingeniorum, studiorum, atque vel torvitatis cuiusdam vel elegan- tiae morum differentia tollit. Neque eam ex naturae praescripto subvertit *potentia*, hoc est, copia virium, ob quas quis metuitur, ne no- ceat, vel colitur, ut juvet. Ab his enim cau- sis si discrimina juris repetere liceret, bella oranium

omnium cum omnibus aeterna ostenditur, a quibus natura abhorret: (§. 129.)

Inaequalitas iurium, quibus homines cum heminibus discrepant, vel ex iusta occupatione proficiscitur, vel ex pactis, vel a violatione juris alieni.

Quae a pactis venit inaequalitas, ea est tanta, quantum potuere velle, & voluere, qui pacificuntur. Quam qui affirmat, is eam probare deberet. Ergo quatenus non potuere homines ingenita se libertate abdicare, (§. 356.) vel quatenus probari nequit, abdicationem juris esse factam, eantibus manent aequales. Inter cives quoque supereft *naturalis aequalitas*, in quantum pactis eorum mutuis, vel pacto, quod civis quisque fecit cum civitate, aut legibus civilibus justis, in quas eodem pacto consensit, non est immutata.

Quae ex factis illicitis, seu lacunibus, oritur iurium discrepancia, eam certis terminis describunt praecepta juris naturalis, nempe eam ad reparationem & satisfactionem exigendam adstringunt. Hac impetrata, vel ea, quae instat, injuria tempestive amota, qualis ante eos fluctus erat aequalitas, talis restituitur. Recuperavit enim ius suum, qui hoc spoliatus aut in eo utendo impeditis est. Ergo nihil supereft juris, quod tanquam ex patrimonio suo ablatum persequatur.

Cui consequens est, ut prohibeat natura, homini adulto, qui in suam ipsius tutelam pervenit, poenas quascunque ab iis infligi, quibus earum sibi irrogandarum potestatem neque verbis neque factis contulit. Omnis ad poenam humanam perpetuandam obligatio oritur a *conventis*. In illam consentire civem, ex civis definitione colligitur. Inter pares autem ac populos nullum natura constituit ius

puniendi, quia nullum qui panaret, judicem creavit, nec *poenam* certam definit. Poenae ad conservandam societatis specialis quietem reperiae in societate hominum omnium & gentium generali (§. 100.) ad quietem communem extendam spectarent.

§. CCCLVIII. Ex his apparet, 1) male Iuri Naturae nomine ea comprehendendi, quae moribus inveteratis stabilita pro jure habentur (uti ius bellicum vetus positum in licentia saeviendi in hostem, etiamsi abjectis armis hostis esse desisset). 2) Longe a vero abest sententia veterum quorundam, & recentiori aetate in primis Horatii, (a) qui justum & injustum non natura, sed demum pacto distingui, contendunt, atque adeo nullum esse decernunt. Jus Naturae, nisi pactis statutum (pactitum).

Quod qui tradunt, illi aequalitatem iuri naturalem ponunt in naturali aequatione. Rerum fibi mutuo nocendi seque occidendi, ex qua colligunt ius hominis cujusque aequale id faciendi, quod laret, modo persuasum habeat, eo, quod facit, se indigere ad iucunde vivendum. Unde concludunt, differentiam justi & injusti a voluntate pacifcentium, & in civitatibus ab imperantium arbitrio, cui se cives servorum instar plene subjecerint, proficiisci; omnem ita-

(a) *De civi C. 1. §. 9. c. 2. seq. Leviathan C. 14 seq. Quicum conf. CUMBERLAND de legibus naturalibus, in praefat. HUME Essays and treatise qom. 2. disc. 2.*

que injuriam, quae homini ab homine fieri possit, esse violationem pacti.

Vidimus, (§. 293.) *jus illud omnia in omnibus non sequi ex aequalitate hominum naturali, sed eam exercere, ut quam pacis, atque adeo felicitatis communis causa, inter omnes natura constituerit.* Falso traditur, quantum cuique sibi dñis, tanquam ei juris dedisse naturam, eidei libidini servicendi, &c id jus esse, quod ei, qui plus potest, non tam sit vere utile, quam videatur. Naturæ cuiusvis arbitrio, iquæ saepe effrente & solidum fote prævidit, non potuit permodic definitionem, quid sibi conveniat, quidve in commune prosit. Quid sit bonum malumque omnibus, proinde & singulis, illud legibus immotis ipsa benigne terminavit. (§. 29. 166.) Ex eo natum est jus quoddam cuiusque proprium, de quo quisque statuere solus potest, non alius, illi, quod *Hobbesius* commune esse comminiscitur, oppositum. Et hoc quidem jus cuiusque est antiquis pactis, quippe a natura ipsa cuique assignatum, proinde ab alterius libidine & arbitrio nullatenus suspensum. Quod vero jus cogitari non potest, nisi simul status, reliquos homines aut ab ejus violatione abstinet oportere, aut eo violato pati, ut vis vi repellatur, & damni reparatio a laudentibus vi extorqueatur. (§. 294.)

Deinde sibi ipsi repugnat doctrina Hobbesii. Si, quod ille putat, jus nullum est ante pacta; nullum potest orihi ex pactis. Haec enim cur sunt servanda? Nonne, quia eorum violatione alter alteri jus etiperet? ac quia, quod quis abalienavit, ut suum esse desineret, illud accipientis statim fecit? Ergo alter habuit jus, quod transferret

in accipientem. At ex Hobbesi sententia non habuit, quod daret, quia jūs proprium seu privatum habet nemo, sed cuivis natura dedit jūs in cūjusvis res ac pérsonam. Igitur qui uni de cunctis jūs in se trādit, is hoc trādītum dēmit cæteris hominibus, qui in eam pactionem sibi nocentem, hoc est, furi omnium in omnia contraria, haud cōfenserunt. Proinde promissum quodque ob dēficiētē facultatē promittēndi est irritū, & périnde habetur, ac si factum non esset. Denique si natura ad felicitatem cūjusque hominis retulit jūs faciēndi, quod capi, quicquid ex eo mali in alios redūdet, contra naturam facit, qui eo jure per pactum decedit. Itaque secundam naturam aget, qui non servabit fidem, simulatque hujus sanctitatem sibi derimento fore intelliget.

Voluit, inquit Hobbesius. Sed velle dedit. At tuta sibi repugnat, ait, quod in scholis absurdum dicitur. Sed quid si quis perfidiae suae intēgumentum ex eadem disciplina pete respondeat, sibi multo videri absurdius, servare malū, quod promisso pīgeat, quam faceri etatem suum. & insigni commōdo suo pactum dissolvere? Cadit pactorum fides, quae fundamento tam lubrico superstrōitur. Fide sublata corrueret omnis iustitia, quia hanc a solis pacticō origi statuit. Ergo hac doctrina posita nullum foret jūs inter homines. Pro jure foret voluntas valentioris, proque iustitia ensis.

Denique omnis agendi norma, ex qua necessario sequuntur perpetua hominum dissidia & certamina, est naturae contraria, quippe quae paci hominem studere jubet, & nūquā bellum, nisi paeis causa, permittit. Tale est jūs omnium in omnes, quale naturae consentaneum esse docet Hobbesius, & quo

po

posito vitae rerumque suarum securum fore neminem, ipse fatetur. Itaque praeponat sibi dominam, inquit, una cum pluribus. Id si sumas, natura nullum uni adversus unum, paucisve adversus paucos, praesidium dedit, qui in civitatem coire non possunt. An itaque singulos esse tutos noluit natura, sed demum ita multiplicatos, ut in coetus maiores coalescere possint?

§. CCCLIX. Juris Naturalis orbe cum jura, tum officia perfecta, hominum universorum communia continentur. (§. 349.) Juriū naturalium complexus *Juris Naturalis permittentis* nomine venit: officiorum vero naturalium perfectorum complexio, *Jus Naturae praecipiens* appellatur.

Quod vulgo traditur, *Jus Naturale praecipiens mutari non posse, permittens posse*: hanc habet sententiam; non posse quenquam se ipsum solvere officio perfecto, sed ejus demum, cui obligatur, consensu solvi posse. Licet cuique, jure suo agendi, & ab altero, quod sibi debetur, exigendi non uti ad *tempus*, vel in *perpetuum*. Id enim in hac disciplina dicitur licitum, quo nemo laeditur. (§. 294. 354.) Deinde jura homini data sunt pro subsidiis felicitatis; haec autem non cuiusvis juris usu intermisso vel amisso perit aut labefactatur, sed quadam jactura non-nunquam augetur. (§. 130.) Tandem ad jus cuiusque a nullo alterius arbitrio suspensum & ad libertatem *naturalem* etiam pertinet judicium, num sua intersit, jure, quod habet, uti an non uti.

Abdicatio juris est declaratio propositi perpetui jure quadam nunquam utendi, sed patiendi, ut is, in cuius commodum facta est abdicatio,

qui-

quiique in eam consensit; nos per vim cogat, ut ab usu illius juris in se translati semper; aut intra tempus modum ve constitutum; abstineamus. Differt a *derelectione*, quae est significatio animi jus aliquod pro eo, quod dereliquentis esse delierit, ita habendi; ut quisquis primus velit, illud suis juribus adscribere possit. Ex tali decessione de jure tres potissimum effectus existunt. 1) Officium imperfectum converti potest in perfectum. (§. 290.) v. c. (gens genti non debet auxilium; foedere icto debere incipit) 2) Libertas, seu jus plenum agendi, quod velis; diuiniti potest (e. c. sponsalibus contractis deperit libertas nova ineundi) 3) Jus ab altero ea, quae plene debet; exigendi vel omnino interit, (creditor v. c. liberat debitorem) vel jure perfecto amissio duntaxat superest jus quoddam minus plenum (§. 305.) rogandi ob aequitatem, (§. 304.) ne quis jure, quod in eum transtulimus; adversus nos utatur. (Veluti ob indigentiam debitoris improviam quandoque aequitas injungit ei, cui facta est donatio, non exigere, quod donatum est.)

Igitur ex hac tali juris abdicatione existit obligatio perfecta aliquid patiendi; aut non faciendi; quod facere vel non pati, ut fiat, pro libertate nostra naturali nobis integrum etat, aut aliquid faciendi; quod omittere nobis concessum erat, vel quidquam dandi, quod retinere nobis licebat.

Singularis est conditio iurium, quae natura quibuslibet civibus, aut conveftio specialis cui-dam civi, in principem tribuit. Manent iura vera, quamvis eorum violationem non tam vi armata possint vindicare singuli, (¶) quam (quod

(¶) Grot. de Jure B. & P. II, 14. 6.

(quod in jure publico accuratius definitur,) pro loco, tempore, & causa quandoque populus.

§. CCCLX. At num ex legibus naturalibus licet homini de jure decedere, & quousque?

Permissa ac rata abdicatio est ea, quae non e diametro repugnat consilio (fini), quo natura distinxit jura hominum, & ad sua singulis afferenda vim concessit, (§. 258. 259.) hoc est, qua abdicatio ne non efficitur, ut homines vivendo cum hominibus deterioris fiant conditionis, quam futuri erant in solitudine, vel ut ad eum statum probabantur, in quem solertia hominum redigit bruta animantia. Homo enim humanitatem, seu id quod proptium est humanae naturae, deponere nequit. Neque talis status voluntati divinae consequens esse potest. Haec cum felicitatem cunctum effici cupiat & ab hominibus subverti nolit, non potest probare miseriam statumque bellum, in quem homo vi coactus aut ultro se obligat, dum se eo privat, quo sine felicitatis interitu carere nequit. Proinde haud est consequens voluntati Dei, ut alter subjiciat sese arbitriae alterius malitiae.

In numero jurium, quae abdicari possunt, est quodlibet jus acquisitum hominis in rem suam, & in rem alterius, vel in alterius personam: seu is, qui jus suum dimisit & in alterum transtulit, re aut opinione sua vicissim acceperit, quod tanti sit, quanti id, quod perdidit, seu quod sit minus. Singula jura acquisita sunt ejusmodi, ut ab homine abesse possint. Fuit enim tempus, quo illis nondum impetratis caruit. Igitur manet homo, licet forte minori prosperitatis gradu gaudeat, si quo hujus generis jure in perpetuum se privari doleat. Deinde in hoc numero sunt multa, quibus si ne-
scias

scias uti, eorum possessio conservata magis nocet, quam prodest. Porro si in vicem ejus, quod alienatum est, substituitur aliud, quod parem aut supparem habet aestimationem, nihil aut parum perditur. Substituitur, vel certe detimento licet gravi per juris cuiusdam amissionem accepto, homo non desinit esse homo, neque idcirco in vexationes odiosas & perpetuas incidit, atque omni prosperitate (§. 21.) privatur.

§. CCCLXI. Alia est ratio juris cum homine nati, (§. 295.) vitam, corpus, libertatem, adversus vim alienam tuendi. Hujus juris abdicatio rata est, quatenus fieri potest, ut usum societari praestet, atque alienanti prosit. (§. 168.) Neutrum si evenire queat, abdicatio cassa est & infirma (§. 360.)

Irrita est pactio, qua quis sine ullo alterius vero commodo possibili spopondit, se in bono haud progressurum, aut a malo tramite non discessurum, vitiosos actus suscepturum, vel promisit ebrietatem, venerem illicitam, mortem voluntariam, ultionem effrenem, aeternas cum eo, quem alter oderit, inimicitias, furorem in defensione factio- nis veritiae perpetuum, perseverantiam in errore de rebus ad salutem aeternam pertinentibus. Similiter infirma est promissio, qua servanda cogaris, injusta facere, aut facinoris alieni jure naturae prohibiti esse adjutorem aut ministrum. (§. 338.) Nam promissor jus quisque suum transfert, jus vero laedendi nemo habet, ergo 'jus semet cogendi, ut aliquem laedat, nemo trans ferre potest. (v. c. judex promisso sententiae in justae ferendae haud tenetur).

Neque rata est pactio, qua quis sine ullo fo-

victus frumento ad ea patienda se obstringit; quae alter pro malitioso arbitrio, pro malignitate alienis doloribus semper exasperant & saeva impotentia sua injungere velit. Patientia quarumvis vexationum & omnis crudelitatis infinita promitti nequit. (4).

Hinc judicari potest, quid sentiendum sit de his quaestionibus & similibus: num quis obses se in supplicium damnatumque irreparabile obligare possit? Quousque firma sit pactio de vita pro amicorum commibdis profundenda? num quis navarchus sub poena capitis periculum tempestatis suscipere queat? num valeat pactum juratum de odio perpetuo inimici communis, etiam cum eo gratia reconciliari possit? ratumne sit foedus de repudiandis conditionib[us] pacis, etiam aequissimis, ab hoste oblatis? num cuiquam liceat, se in servitudinem ita addicere, ut quaevit dira patiatur, famam, criticiatus, carcерem, vincula & quotidiana, quae non promeruit, suppicia, ut e. c. patienter ferat, quod apud Romanos accidisse legitur, mutaenit ad habitum domini trucis se objici, omnemque sibi potestate auferat, adversus dominum saevum se defendendi, vel fugandi?

S E C-

(h) Figetegli SENECA de clementia I, 18. Cum fortius omnia licent, est aliquid, quod in hominem licere commune jus animalium verat, quia ejusdem naturae est, cuius hoc. Quis non videntur Pollinam pejus odoreat, quam ferri sui, quod muraenes sanguine humano saginabat? Et eos, qui se aliquid offenderant, in vivarium, quid nihil quam serpentibus objicit subebat! O hominem milie mortibus dignum! fove devourando serpula objecit manum, quas usus erat, fove in hoc tantum illas alebat, ut sic aleres.

K k

S E C T I O I X.

Jurisprudentia Naturalis, ejusque perfectio.

§. CCCLXII. **Q**uantum distet, nosse leges vivendi, & secundum eas recte de factis judicare, ex doctrina de arte imputandi patet (Sect. 7.).

Haec judicandi difficultas ex dupli^ci fonte ori-
tur. Alter est perplexitas facti, cum anceps est
animus, ad quam regulam illud referat. Alter est
difficultas cognoscendi veritatem facti, etiam
simplicis, quamvis, eo probato, nulla supersit
obscuritas adeo suspensum tenens animum, ut
pronuntiare non auit, num idem illud factum,
quod judicandum proponitur, sit injuriosum in
alios? quoisque pateat damni eo dati aestimatio?
quis sit modus justus efficiendi, ut damnum ab
eo, a quo datum est, etiam invito resarciatur?
num admissum quoddam in civitate facinus in-
justum sit crimen? quale? quantum?

Paucis contingit acumen nativum hujus laby-
rinthi exitus celeriter & distincte videndi. Me-
ditatione id demum & exercitatione plurimi ac-
quirunt, iisdem vero subsidio omnia paulatim
adaugere possunt.

Ad quem ingenii excelsi gradum qui escenderint,
illi appellantur *jurisprudentes*. Horum definitio ex
duabus partibus constat; una, scientiae legum de
justo & injusto, altera, iudicij cujusdam subacti
possessione (quod pragmaticum dicere possit) in
fa-

factorum obviorum justicia aut injustitia ad illas leges exigenda.

Itaque nos est Jurisprudens censendus, qui causas judicat ex opinione publica, aut eorum, quibus temere confidit. Neque in eum numerum is adscribi potest, qui nonnisi theses juris a fonte suo ductas recitat novit, (*legulejam dixerunt tres*) ; sed is demum, qui cognitis legibus, habitum sibi comparavit, in causis oblatis id quasi punctum visus acute & vere reperiendi, ex quo tota quaestio de jure deque modo adversus eum, qui justa negat, agendi pendet. Mens sentiens exiguum suam legum notitiam, aut imperitiam in quavis facti circumstantia exquirienda, quae aliquod momentum habet ad iudicandum, incurvatur dubitationibus, si religiosa est; sin minus, impetu primo rapitur, aut antecedentium ad gregem se applicat, &c., quomodo docunque res secederit, parum curans, se adversus errati emprobationes auctoritate ducis, quem secuta est, maximi credit. Quam vim illa haesitatio hominis religiosi, sed in jure dicundo haud versati, in mente ejus sollicitanda habere possit, lucido exemplo suo docet GELLIUS. (a) Actor petebat a reo, quem esse malum hominem constabat. Hic inficiabatur debitum, quod ille probare non poterat. Consulebantur rerum forensium petiti, qui absolvendum esse reum, statim respondebant. Quod quoniam eos festinanter, utpote pluribus rebus intentos, dixisse judex suspicabatur, *Favorinum Philosophum* adibat. Hic cum fines iusti & aequi regere haud nosset, reum non esse absolvendum putabat, quia actor esset vir melior. Ju-

di.

(a) *N. A. lib. XIV. c. 1.*

dicis laniusum his sententiis oppositis vobis statim causa simplex & plana tantopere perturbavit, ut neutri litigitorib[us] injuriam sententia sua facturis ex veteri Romano[r]um more juraret, sibi non liquere.

CCCLXIII. Jurisprudentiam universam ULPIANUS, Stoicae sectas preditus, definitissime videtur philosophiam in iusti & iniqui scientia positam. Verba enim vulgatae illius definitionis: *rerum divinarum ac humana[rum] notitia*: (a) ex Pythagorae disciplina hausta esse, & non tam ius vetus Pontificium sacrumque significare, quam variarum disciplinarum, quae philosophia continentur, intelligentiam habuere, verosimile est. Atque res profecto sic se habet. Jurisprudenti perfecto opus est non tantum philosophica cognitione legis civitis, regularum vitae naturalium aliarum ex alijs nexarum, & originis singularium ac quasi propagationis a stirpe commoniorum principiorum, sed etiam earum rerum, quae ad philosophiam referantur, & in primis anthropologiae scientia, ut praeditus sit, decet.

Quae scientia cum si ei maxime necessaria, qui se ad studium jurisprudentiae naturalis confert: non male hanc ex mente veterum definiveris philosophiam in secretione iusti & iniqui ex praescriptis legum naturalium versantem. Si malis, eam dixeris: habicun animi acquisitionem id, quod natura justum est, in factis occurrentibus prompte perspiciendi.

Tam arcte cohaeret cum Jurisprudentia civilis, ut haec re vera sit jurisprudentia naturalis applicata ad civium & principis in quoque civitate iura ex hujus legibus in causis quibusque distinete cognoscenda.

Fru-

(a) Cf. CICERO de fin. II, 12.

Jurisprudentia civilis commode dividitur in no-
mootheticam, hermeneuticam, caventem & ju-
dicialem, de qua partitione inferius quaedam
subjiciemus.

Fructus Jurisprudentiae universae duplex est;
alter, ut in factorum justitia & injustitia digno-
scenda haud erretur, alter, ut a fraudibus sibi quis-
que & aliis caveat. Est enim quaedam *Jurispruden-
tiae pars*, quae *cavens* dicitur, nempe scientia se-
riem regularum ex fraudibus & malitiis studiose ob-
servatis collectarum continens ad damnum a simili-
bus fraudibus preventurum prudenter avertendum.

§. CCCLXIV. Jurisprudentiae tum naturalis,
tum civilis, perfectio est scientia legum & eas
ad facta applicandi habitus consentiens cum fine
bono, ad quem tendit. Hunc iudicavimus (§.
363.) nempe ut *damna* quisque sua aut aliena
ex ignorantia & errore aut ex imprudenti regu-
laturum juris neglectu in suis & alienis actionibus
aut dirigendis aut judicandis deviceret. Perfe-
ctionis illius fundamentum est *veritas* judiciorum
de factorum, quae in disquisitione veniunt,
justitia & injustitia. Altior ejus gradus est cele-
ritas in judiciis veris faciendis, perspicuitas in illis
efferendis, errorisque, si quis interveniat, & cul-
pae in illo non vitato commissae, levitas.

Is, qui jurisprudentis perfecti nomine vere dig-
nus habeatur, *vir bonus* sit oportet. Quantum
enim a veteratore distat *vir prudens*, tantum
jurisprudens a cavillatore & rabula. Ille, in-
star hypocritae, credulos fallit imagine juris, in-
cautosque deglubit; hic obtundit non satis circu-
cumspectos impudentia sua, ac linguam ca-
lamumque plus licitanti venalem habet. In
utrumque convenit illud *LUCILLI*:

K k 3

Uni

*Uni se atque eidem studio omnes dederat & arti
Verba dare ut cuncte possint, pugnare delose.*

§. CCCI.XV. Ut sapientis est, in rerum subrium scientia & usu perpetuos facere progressus; ita & ab inferiori ad altiorema peritiae gradum ascendere labore oportet, qui Jurisprudentiae naturali animum adjungit. Quo uberiorum autem & pleniorum regularum juris naturalis notitiam sibi mens comparavit, quo plura factorum genera, quo clarius, firmius, & promptius de illis iudicandi morem adscivit, ea magis in hac arte progressa est.

Restat, ut dispiciamus, qua via ad maiorem perfectionis illius gradum perveniat. 1) Necesse est, dari operam praescriptis naturalibus recte intelligentia & a fonte suo ita ducendis, ut nullum de eorum veritate dubium superficit. 2) Laborandum est, ut doctrinam de *imputatione moralis* cognitam habeas ac perspectam. 3) Ea, quae tum ad judicium mentis acquendum traduntur a Logicis, tum & quae ad praesentiam animi in negotio ipso perquirendo augendam docentur a Psychologis, omni studio ad usum traducantur.

Judicium exacuitur exercitatione perpetua observandi & meditandi ea, quae ad firmandam regularum juris intelligentiam, & ad artem eas cum cuiusque generis factis conferendi pertinent. Huc refertur diligens indagatio factorum variorum, quae in vita communi, in foro, inter populos, venerunt veniuntque in controversiam, & accuratior inquisitio in modum, quo disceptantur ac judicantur, denique investigatio causarum, a quibus quorundam judicantium eratores provenerunt. Maximam enim difficultatem

Ju-

Jurisprudentiae affert non regularum specialium inventio, sed factorum & institutorum variorum cognitio tam evidens, ut eorum convenientia aut discrepantia cum norma naturali & civili apparet. Qua in re magnam utilitatem habet assiduus historiae civilis cultus; praesertim historiae rerum ac disputationum forensium studium; praeterea familiare & eruditum cum illis consortium, qui in negotiorum luce vivunt; denique eorum, quae viri pragmatici de causis inter gentes aut in iudicio actis scriperunt, intenta ac solers lectio. Caeterum in quibus rebus philosophandum est, in illis praecipue mediari decet, non autem in iis solummodo, quae alii meditati sunt, cum nullis praesidium veritatis quaestere, aus promiscue alleganda scriptorum variae existimationis cohortes, quorum saepe aliud aliud sine rei ipsius investigatione fecutus est, in opinionem scientiae & eruditionis inanem imperitos adducere.

§. CCCLXVI. Praesentia animi (§. 365.) est gradus necessarius intentionis cogitationum in id, cuius clare cogitati mens sibi in posterum conscientia esse velit, aut ad quod statim decernendum & exequendum progredi debeat. Haec intentio quamprimum in rem aliquam clare cogitandam defigitur, simul eae ideae intercurrentes obscurantur, quae claritatem cernendi id, in quod intuemur, minuere possint.

Jurisprudentiae duas sunt partes, altera *Theoretica*, altera *Practica*; quarum illa ad cognitionem regularum, haec ad intelligentiam facti & hujus collationem cum legibus pertinet. Itaque ars praesentiam animi augendi in utraque illa jurisprudentiae parte collocari debet, amotis praecipue causis, quae mentem his rebus intent.

tentam perturbant. In regulis juris naturalis exquirendis mentes saepe distrahuntur studio sectae, novitatis, receptatum opinionum, neglecta distinctione principiorum Juris Civilis patr[ic]iique a naturalibus. In maximam vero difficultatem incur- runt, qui in causis judicandis versantur, rerum variarum, quae factum circumstant, concursu, quo impediuntur in veritate ejus, quod unum in facto contemplari debebant, eruenda, vel in ejus qualitate, aut boni maliue, quod in eo inest, quantitate, detegenda. Ea enim non attendenda, sed separanda sunt, quae nullum momentum ad senten- tiā ferendā habent. In primis autem operam navari oportet, ut mens sana ip[s]a statim exquirat, & latentia in suo quasi fundo femina proclivi- tatis ad obscuritatem & confusionem idearum ob- serveat ac tempestive delect.

Hoc numero habetur inveterata festinatio orta a pigritia aut ab adsueta voluptatum appetentia, a praejudicatis opinionibus, a consuetudine con- cavitatoribus animi motibus succumbendi, qui oriuntur ab arrogantiā id, quod semel dictum scriptumve est, pertinaciter propugnante, a gra- tia, ab odio, ab invidia, a metu illis, quos di- ligas, quorumve favore te indigere putas, disipli- tendi, ab effreni studio partium, a cupiditate flagiente ultiōnis.

In primis nativa indoles, prout ad lenitatem aut ad severitatem est pronior, ita eos, qui de factis alienis in vita communi, vel in fere judi- cant, adducere potest, si sint miiores, ut jus aequitate quadam opinata capi p[er]vertant; si rigidiiores, ut in arbitriis questionibus non me- minerint; sumum, uti veteres aju[n]t, jus esse sumnam trucem. Exemplum rei illustre est Ca- to, cuius austere & Stoice agentis ingenium pa-

ne

ne intractabile mira arte mollique tactu ad lenitatem in causa quadam illustri inflectere studuit CICERO; & quod erat ponendum in vitio, illud tribuit disciplinae, ad quam quasi per eandem naturam suam delatus videretur. Postquam laudaverat, eum sibi ad imitandum proponere exemplum pro avi sui, haec pulchre dicta subjicit: *et si illius comitatem & facilitatem tuae gravitati severitatique adspersis, non ista quidem erant meliora, quae nunc sunt optima, sed certe condita jucundius,* (a)

S. CCCLXVII. Haetenus juris prudentiam naturalem contemplati sumus, sicut habitum animi. Eodem nomine etiam significari solet disciplina, quae principia & modum ejus, quod natura justum est, ab injusto dignoscendi docet.

Haec disciplina sero conformata est. Quippe eam philosophiae partem certis praceptis ordinare haud neglexerunt veteres, quae hominum mores ad virtutis & sapientiae normam dirigere, atque in societate, praeferunt civili, prudenter agere docet. Artem vero juris, quod nos natura docet, ab aequitate & a civilibus institutis fecernendi, atque ejus scientiae in negotiis judicandis demonstrandae magis

(a) CICERO pro L. Murena c. 31. Dixerat patulo ante (c. 29.) *At ego te verissime dixerim pecare nihil, neque ulla in re te esse hujusmodi, ut corrugendus potius, quam leviter inflaudendus videaris. Finis enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelsum. Accedit his tot doctrina non moderata nec mitis, sed ut mibi videtur, paulo asperior, quam veritas aut natura patitur.*

git usum suam fecerunt, & in ipso quasi opere didicerant, quam in disciplinae formam redegerunt.

Sic floruit doctrinarum Juris Naturalis intelligentia Romae, cum ex hoc fonte consilia sua ducentes affessores Praesteris peregrini, Fociales, Senatus praesertim bonis reipublicae temporibus, Oratores, atque Icti magni nominis. Quales erant Servii Sulpitii, Labtones, & postea Papiniani. Oratorum regnum diuturnum, quippe ad fluctuandas judicantium voluntates aptissimum, sed germanae justitiae ac rationi boni publici saepe contrarium (*a*), tandem everterunt Jcti, feceruntque, ut, quod de sua aetate praedicavit Cicero, illud posteriora tempora delerent, nempe duas esse artes, quae possent locare homines in amplissimo gradu dignitatis, unam imperioris, alteram oratoris boni.

§. CCCLXVIII. Ex veterum Ictorum libris complures doctrinas in Digesta referri curavit Tribonianus, quae longe pleniorum Juris Naturalis intellectum demonstrant, quam quae in Novellis suis disputavit Justinianus. Praecipue ad tollendam, qua Jurisprudentiae studiosi saepe premuntur, difficultatem, ex dictorum factorumque interpretatione, & ex modo factorum veritatem indagandi, subnascentem, egregiae regulae in Pandectis traduntur. Sed nec Romae, nec Beryti, nec Constantinopoli Saec. 4. seqq. aequo ius Naturale ac ius Civile publice docebatur.

Magno temporis intervallo interjecto cum in Academiis ad exemplum Bononiensis insti-

(*a*) V. CICERO *de Or. lib. 2. c. 59. de Finib. IV, 24. GELL. N. 4 I, 6.*

stitutis *Juri Romano* & *Pontificio* opera diurna & difficilis daretur; *Jurisprudentia Naturalis* negligi permexit. Si qua medio, quod vocant, aevo inter populos controversia de jure incideret, non ratiocinari mos erat, sed argumenta a fonte naturae ducenda ex male intellectis aut imperite congestis *juris*, quod memoravimus, utriusque locis conquerire, ac multitudine juris Doctorum & in primis eorum, qui *Glossatores* dicebantur, interpretum firmare.

Revocata ex tenebris literarum luce cum scho-
la Cujaciana scientiae *Juris Romani* novam lu-
cem afferret, ne tunc quidem ad jurisprudentiam
naturalem diligenter excolendam atque redigen-
dam in artem studia conferri coeperunt. Ad illud
quoniam opus inchoandum & conficiendum necessa-
ria erat emenda*torum Philosophia*: ad hanc vero ex
servitute restituendam in libertatem &, si hac com-
paratione uti licet, reaedificandam non tantum
opus erat magno ingenio, sed & nobili audacia.

§. CCCLXIX. Tandem surrexit Hugo Gro-
tius, egregium aevi sui litterarii decus & semper
terna patriae suae gloria. Huic viro natura fau-
trix insignem aciem ingenii, admirabilem vim
memoriae, immensam sciendi ac res ante gestas
atque ab ergoditis explicatas peruestigandi cupi-
ditatem & ardorem tribuerat. Quam intelligen-
tiam rerum & factorum institutorumque civi-
lium, tum veterum, tum recentiorum, sibi sum-
ma indagandi assiduitate comparaverat, ea fretus,
& in subsidium adhibita philosophiae *Scholasti-
cas* tum regnantis scientia, consilium iniit, sua-
sur *PER ESCII*, novam & hucusque ignotam
Juris Naturae & Gentium disciplinam componen-
di.

di. Suscep^ttum opus etibus annis absolvit, & in scriptum de jure Belli & Pacis a. 1625. Lutetiae evulgavit, non ut juventuti in academiis erudiendae inserviret, sed ut viris multarum rerum ad jus pertinentium cognitione imbucis, & praecipue viris civilibus rem publicam tractantibus, meditandi, ignorata discendi, temere credita ad rationis stateram exigendi copiam p^{re}aberet. Priorius itaque viam nondum tritam ingressus est non eodem apud eos, qui erudit*i* dici volebant, successu, quam communi virorum in negotiis publicis versatorum applausu.

In quo opere si qua ex parte via, quam inita doctrinas inter se connectendi displiceat, quod eam titulo libri accommodavit; si jus publicum, seu jus mutuum principis & civis, eum negligenter magis quam absoluisse, ac tantum difficiliora quaedam ejus capita plenius illustrasse desideres; si in argumentis, quibus dicta sua confirmat, nonnullae Scholasticæ, quae tunc dominabatur, subtilitatem indulxit; haud sane tantae sunt illae lacunæ, ut non possint ab interprete utcunque perito com mode expleri.

Quanquam confensui gentium humaniorum & sapientum aliquanto plus tribuit, quam germanae philosophiae rigor patitur: (a) tamen in sententiis aliorum, praecipue veterum, copiose afferendis magis id eum egisse crederes, ut cupius legatur, quam ut illis nitatur. Centrum ad dicta Poetarum & Oratorum veterum non velut ad oracula lectorem amandavit, (b) sed eo con-

(a) V. *Jur. B.* & *P.* proleg. §. 39. seq. & lib. 1. c. 1. §. 12.

(b) Cf. *Grotius d. 4. prot.* §. 48: & I, 3, 5,

filio magnam eorum copiam doctrinis suis ad-
junxit, ut venustate sermonis lectorem attentum
retineret, & eum faccum orationis, quem sibi
iudicandum esse sentiret, cum aliis communis-
caret. Dedit aliquid tempori, quo veterum le-
ctio etiam inter primores usitatio & commenda-
tio erat.

*Obi de Jure Gentium voluntario ea, quae sciri
necessere est, non omnia complexus est, & non
nulla minus accurate disputasse culpatur: animo
advertisi oportet, primum fuisse, qui fines
utriusque Gentium juris accutius regeret, &
deinceps post ejus auctoritatem a centum & quadra-
ginta inde annis in communem utilitatem po-
pulos Europaeos complura statuisse, quibus doc-
trinae Grotianae vel confirmantur, vel sup-
plentur & amplificantur.*

¶ CCCLXX. Non multo post exortus est
JOANNES SELDENUS, vir egregie doctus &
rectum, quae ad rem publicam Judicari pertine-
bant, peritissimus, quem **Grotius** quodammodo
aenitulum dicere possis, si ei acumine judi-
cii par fuisse. Editit a. 1640. *Londini ius N.
& G. juxta disciplinam Hebraeorum*, postquam
librum de *maris clauso* evulgaverat, quo **Gro.**
TII *mare liberum* oppugnavit. Novam Juris Na-
turalis tradendi viam iniit, quae & hoc saeculo
quibusdam placuit, siquidem omne demonstra-
tionis filum a *praeceptis Noachitis* VII. duxit.

Fundamenta legum naturae socialium paene
exertit **THOMAS HOBBESIUS** tum in *elemen-*
tis de cive, quae prium *Luteriae*, a. 1642. edi-
dit, tum in libro inscripto *Leviathan*, sive de

materia, forma & potestate civitatis ecclesiasticae & civilis, edito a. 1651.

Necessitatem Monarchiae nullis finibus descrip-
tae asserturus tanta sagacitate imbecillitatem &
velati pathologiam hominum societate devincto-
rum investigavit, ut etiam repudiatis, quibus ni-
titur, principiis, & in primis rejecta, quam ex
illis effecit, conclusione praecipua, soleritatem
ingenii, artem ea, quae tradit, inter se apte
connectendi, copiam observationum atilium, quas
attulit, judex paulo aequior quisquam laudare
vix dubitaverit. Quod quondam disputando ef-
fecerunt Academici, ut *Dogmaticorum diligen-*
tiam exacuerent, id impetravit Hobbesius, mul-
tosque paradoxis suis excivit, ut germana Juris
Naturalis principia ab objectionibus vindicata fir-
mius assererent. Qua in re si Scharkokius
& Cumberlandus non omnes numeros im-
pleverunt, haud defuerunt brevi post, in ipsa quo-
que magna Britannia, yiri docti & diligentes
naturae observatores, qui hujea leges probabilitos
ri ratione defendenter.

S. CCCLXXI. Vicerunt obiectatores infig-
niam merita SAMUELIS PUFENDORFFII. Is de-
mentis *Jurisprudentiae Naturalis* *Hagae: Constitutis*
a. 1660. evulgatis a Carolo Ladvico, Electore Pa-
latinus, literatum amante & intelligente, hominum
que doctorum praestantiam magni aestimante, eam
gratiam ibiit, ut primus *Juris Naturalis & Gentium*
Professor, qui in Germania sive Heidelbergae consti-
tueretur. Vestigiis G. A. T. i. insistens concilium,
quo hic excellit, dicendi genio vel imitari noluit,
vel assequi non potuit. Commoda docendi ratione
usus pluribus argumentis, in primis ad jus publicum
civitatum pertinentibus, locupletatum *Jus N. & G.*

G. a. 1672. edidit, & a. 1673. ejus operis quasi nucleus in libro inscripto *de officio hominis & civis* subjecit.

Ex eo tempore Juris Naturae Gentium ac publici cultus tum in Germania, tum in Belgio nostro efforuit. In primis Henrici Cocciji, Professoris quondam Franequerani, postea Francofortani, indefessi & egregia opera hoc saeculo ineunte eminuit. Ad quam accessit argutum acumen CHRISTIANI THOMASII, Professoris quondam Halensis. Hic Pufendorfianae disciplinae addicitus in refellendis, quae tum vigebant, opinionibus praejudicatis maiore ingenii acie elaboravit, quae in novo, quem apparavit, hujus disciplinae contextu, qui ejus institutionibus jurisprudentiae divinae a. 1689. Lipsiae editis, & Fundamentis Juris Naturalis & Gentium Lipsiae a. 1701. in vulgus emissis comprehenditur.

Ex utraque schola prodierunt hoc saeculo viri in illo literarum genere excellentes, quibus laus hujus praecipui de eruditione, &c, vere dixerim, de genere humano meriti debetur, quod hanc scientiam ad usum vitae conformatauri, non tam cum Jure Romani, Pontificii, patrii, notitiam, sed & usum fori ac historiam populorum ad hanc disciplinam iucopietandam contulerunt, ac vi- cissim legem naturalium principia ad causas fo- rales gentiumque controversias disceptandas traduxerunt.

§. CCCLXXII. Debet his studiis adhuc quodam praefidium a Philosophorum scholis re- petendum. Jurisprudentiam naturalem arctissim cognatione cum anthropologia & principiis Ethicis contineri, (§. 363.) observavimus. Fe- licem

licem philosophiae conceptus planius operam dedit
GOTHOFREDUS **WILHELMUS** **LAMPRITIUS**, inter-
 talis honos Germaniae, utinam parens philosophiae
praeceptiæ, & in priinis iuri Natura& Gentium
 ac publico, navasset, ut quemcumque dubi-
 bus, & nominatum historiae re cognitionis ususque po-
 pulorum, peritia instructum, natura ipsa ad leges
 suas continua serie explicatam insitatem videretur.
 Aggressus est hoc opus Leitanianæ disciplinae
 alumnus **CHRISTIANUS** **WOLRTUS**, de cuius *Philoso-
 phia Practica* usivit *falli*, p. 13 IX. volvintibus de
Jure Naturæ & Gentium editis si complurium de-
 monstrationum redundantia, & saepè neglecta iusti-
 ab eo, quod aequitati & humanitati p. 11 conser-
 taneum, secretio displiceret; utramq. do-
 cendi philosophica, quæ ad *Mathematicam* ac-
 cedit, vage disputandi generi, resquicere accu-
 rate definiendi nec inter se coanepta aptaque tra-
 dendī consuetudini opposita, cuivis rerum intel-
 ligenti in perpetuum grata de accepserit.

S. CCCLXXIIH. Recensum inventorem ac
 primos hujus scientiae duces. Recensionum studia
 & merita in hoc jurisprudentia genere, quæ ve-
 nerantur, partim enumerantur, sive qui historiam
 hujus discipline dedita opera tractatione, itaq. qui
 bibliothecam *Juris Naturalis* & Scientiarum edid-
 erunt. In quibus hujus iuris de cibis eos maxi-
 me imitari & sequi expedit, qui Jurisprudentia civi-
 tilem usumque rerum forenium, ac historiam civi-
 lem, præcipue recentiorem, cum philosophia, a pro-
 ximi quadraginta annis diligentius artibus, conjun-
 xerunt, & quicquid controversiarum inter populos
 & privatos obvenit, illud ad principia naturalia re-
 vocarunt, probememor, faciendu[m] eis, ut hacce
 di-

disciplina non cathedrae, sed vitae discatur, ac non privatorum tantum, sed & publicis iudicio-
rum & populorum commodis applicetur.

ADDITAMENTUM.

DE USU JURISPRUDENTIAE NATURALIS A FONTE
SUO DUCTAE IN RELIQUIS JURISPRUDENTIAE
PARTIBUS ET VARIOREM MUNERUM, QUIBUS
JCTI ADMIBERI SOLENTE, FUNCTIONIBUS.

Absolvi pensum, quod mihi constitueram. Principia Juris Naturalis, non ipsum corpus doctrinarum, quae hoc nomine continentur, tradere in animum induxi, sed hanc telam alii temporis reservavi. Fore autem e re eorum judicavi, quorum in arte boni & aequi progressus adjuvare mearum est partium, appendicis loco nonnullos adjici excursus in doctrinarum, in quibus a fonte naturae ducendis habentus versati sumus, utilitatem, quam afferunt illustrandis, firmandis, adjuvandique reliquis Jurisprudentiae partibus, artique politicae muniendae adversus dogmata prava & publice privatimque nocentissima. Qui hodie juri operam dant, praecipue in Belgio, non id unum agunt, ut arte forensi instruantur, sed etiam ad regimen ac varia recipublicae & civitatum ministeria admoveri solent, in quorum munerum functionibus sola juris privati, sola formae modique res in foro agendi disceptandique notitia non sufficit, sed pectore principiis justi & honesti, quod natura statuit, imbuoto in primis opus est.

L 1

Quād

Quonobrem non plane supervacaneum nobis istum fuit, usum rerum, quas supra docuimus, in eorum studio juvando, qui ad forum & rempublicam accessuri sunt, nonnullis definitionibus & observationibus additis illustrare.

§. I. **S**omma juris partitio est, aliud esse divinum, aliud humanum. Illud vel naturale est, cuius definitionem exposuimus, vel a Deo speciatim patefactum in sacro codice, quem Christiani nobis contigisse gaudemus. In hoc si quaedam a jure N. diversa praescribantur, cave concludas, his praescriptis ea refelli, quae de praeceptis Juris Naturae immutabilibus & haud mutatis supra confirmavimus. Nulla tamen usque juris pugna est. **M**oses tum ecclesiam, tum rempublicam Judaicam, instituta duo intime conjuncta, ordinaturus substitit in eo, quod legislatorem sapientem facere oportebat, folosque actus civium externos ad certam normam ei consilio, quo civitas illa fundabatur, consentaneum direxit. **C**HRISTUS autem & **A**POSTOLI non iura constituuerunt, sed virtutem perfectissimam docuerant.

Quicquid leges *Mosaicae* ob rationem nobis ignorantiam, aut status Judaeorum nobis cogniti propriam, (a) retant, illud Jure Naturali permisum esse potest, quoniam optimis de causis Deus potuit naturalem eorum hominum libertatem coarctasse, quibus sub conditione horum officiorum singulalia beneficia tribuit.

Quicquid Moses volente Deo fieri jussit, illud extra jussum divinum specialem juri naturali contrarium

(a) In tales rationes diligenter & acute inquisivit *Cel. MICHAELIS de legibus Mosaicis & de legibus Judaeorum connubialibus.*

ritum esse potest. Aliud enim, ut recte inquit **Grotius**, est *jus Dei*, quod *Deus per homines exequitur*, aliud *jus hominum inter se*.

Quod Moses plene (§. 248.) permisit, illud **Juri Naturali** per se adversum esse nequit. Sed cui facto nullam poenam statuit, illud ob hanc imputatem esse *legi naturali* plane consentaneum, minus recte concluditur. Quare cum verba sunt ambigua; ut dubites, ultra permissio; plena, an minus plena, cum mente legislatoris divini consentiat, legem ex naturae praecēptis interpreteris oportet (*a*).

Leyes civiles & ecclesiasticae universae, quas Moses dedit; cum fuetint ad reipublicam & ecclesiam adfixae; hodie nos non obligant; nisi ea mente quasdam esse constitutas appareat, ut cunctos, quibus innocuerint, obstringant: tum enim Christians illis quoque affligari, manifestum est. Quales leges num in sacro codice extent; facti est quaestio: si extent, habete eas vim nos obligandi; ex potestate Dei hominam hominibus praescribendi cognoscitur. (§. 238.)

§. II. Doctrina Christi; quae ad purum & sine labe peccatus conformandum spectat, non nova virtutis genera tradit, sed eam inculcat, quam tatio exigit, quamque Moses tanquam legum ciuilium latet non quidem praescripsit, sed ab beate vivendum tamen necessariam esse posuit. Quare nulla officia hominis Christiani pugnant cum officiis viri boni, sed illa horum sunt firmamenta & adjumenta. Itaque locorum ambiguorum, de quibus diffident interpretes;

(*a*) V. Grot. de Jure B. & P. I, 1, 18. & ad eum locum OSIANDER ac JAERUS.

tes, ea sententia est praeferenda, quae cum legibus naturalibus indubitatis quammaxime consentit.

§. III. Complura officia multi eorum, quae Christus & Apostoli docuerunt, interpres ex verbis minus claris male colligunt, quae, quod cum legibus naturae non congruunt, merito expunguntur, certe quae accuratius, quam vulgo fit, definiri oportet, ne Christianum in cursu vitae beatae Deoque gratae impedian. In hunc numerum veniunt e. c. hae doctrinae: nupquam vitae servandae causa eum esse interimendum, qui nos aggrediatur; non pati religionem Christiani, ut habeat servum. Ad eundem locum pertinent quaestiones; num liceat principi Christiano, veniam cuiquam homicidae dare? quoisque pateat imperium, quod viro in uxorem vulgo adscribitur? num liceat, facere divorcium cum uxore? nuptias secundas, jungere? actione injuriarum experiri? foenus accipere, jurare, militare? &c.

Ex adverbo plurimum refert, naturam, voluntatis divinae quoque interpretem, consuli ad quaedam, quae de officiorum numero minus recte deleta quandoque fuerunt, restituenda & corroboranda, in primis autem ad vera Ecclesiae jura & officia dignoscenda: v. c. num, nisi jus asyli templis tribuatur, Deus violetur? num Ecclesiae jus sit cognoscendi de jure contractuum juratorum, aut de rescissione rerum judicatarum sub obtentu peccati vitandi? num quod jus sacrorum ordinandorum ad principem pertineat? quale illud sit? quantum? num quae de votorum sanctitate praecipiunt leges Judaeis praescriptae, ea peraque ad Christianos pertineant? &c.

Postremo, plenior legum naturalium intelligentia

tia mente in ab eorum errore integrum praestabit, qui rem publicam ex Christianis veris compositam posse beatam esse, aperte negant.

§. IV. Juris Naturalis doctrinis, tanquam firma basi, pariter nituntur iura voluntaria, (positiva) quibus inter se populi, vel ejusdem civitatis cives, utuntur.

Pars eorum plures gentes obstringit; pars unius gentis propria est. Illa *Juris Gentium*, haec *Juris Civilis* vocabulo appellatur.

Jus Gentium (a) est complexus iurium & officiorum perfectorum inter populos. Haec iura & officia sunt vel cunctorum communia, vel a quibusdam tantum populis communè consenserunt constituta. Illa *Juris Gentium naturalis* (aeterni, primarii), haec voluntarii (positivi, secundarii), nomine appellari solent. *Jus Gentium voluntarium*, quo populi Europaei (exceptis Turcis) utuntur, vulgo vocatur *jus Gentium Europaeum*.

§. V. Ipsum *juris* vocabulum innuit *jus Gentium* differre a disciplina honestatis *Gentium*, quam nonnulli eodem nomine comprehendunt. Hi putant, populos esse considerandos tanquam si essent unum corpus, cujus partes communè utilitate devincentur, ut singuli singulis non tantum nihil detraherent, sed & prodeesse debeant. At complexus officiorum minus perfectorum, quibus gentes sibi

(a) Non est hujus loci, disputare de varia interpretatio- ne hujus vocabuli apud scriptores classicos ac Jetos veteres. Nunc illud distinguunt a Jure Naturae, quo l (§. 352.) definivimus, nunc cum eo commiscent, nun *cjus* *civile*, quod Romanis cum pluribus gentibus erat commune, eo vocabulo complectantur. V. Cic. de Off. III, 5. de Oratore I, 13.

mutuo obstringuntur, ad *Epicam Populorum* referri debet; juris, quod violatum bello vindicatur, vim non habet.

Decorum Gentium aliud est *necessarium*, quod sub partibus Juris Gentium continetur, aliud voluntarium, cuius servandi studium tum ad officia gentis erga se ipsam refertur, tum ad ea, quae populi alii alijs imperfecte debent.

§. VI. Graeci, inter se justitiam esse colendam affirmantes, a juris aequi communione excluserunt populos, quos vocabant barbaros, atque ab ea doctrina non plane alieni fuere *Plato & Aristoteles*. Epicurus esse aliquod jus Gentium, universè negavit, (a) quia gentes omnes foedere communis jungi non possint, sine pacto autem nullum sit inter pares vinculum juris communis.

Quæ opinio merito repudiatur. Jus Naturæ aequi populos universos obstringit, ac singulos homines. Nam neque numerus hominum societates ineuntium, nec vires eorum conjunctæ, tantum valent, ut possint mutare præcepta juris collecta ex ordine rerum naturali, quo, quid sit utile & exitiosum societati humanae, semel & perpetuo a Deo definitum est. An sibi consenteat fore natura, si, quod prohibet facere singulos adversus singulos, ne suae ipsorum felicitati desint, id a multis consociatorum milibus, cum nullo horum incommodo, committi pataretur?

Est itaque jus, quod in bello & pace populis omnibus, etiam civitoribus adversus barbaros, sanctum, & illis quidem, quoniam sunt cœtiiores, san-

(a) V. Diogenes Laertius segm. 150.

sanctissimum esse oportebat. Continet enim praesidium firmissimum communis populorum libertatis ac salutis.

*Sceptrorum vis tota perit, cum pendere justa
Definis.*

§. VII. At enim inquis, leges num populi semper armati cogitent, qui metui cupiunt, ne metuant? quos distrahit concordia discors & perpetua sollicitat? An his expedit, horumque an conservatio patitur, ut ad eandem, ad quam privati normam consilia sua dirigant? Patitur omnino (§. 330.) Saepe praetexitur, ad conservationem populi id esse necessarium, quo demum illi indigent, qui de loco suo tenendo in republica sunt solliciti, quive ad majora emolumenta altiorumque honorum gradum illa sola via contendere possunt. Saepe non posse fieri judicatur, quod alio modo, eoque justo & aequo, sed non aequo commodo, effici potuerat. Quam leviter ab eo, quod non fit, seu quod fieri posse, intentem, ut ajunt, venit nemini, argumentum ducatur ad id, quod fieri non potest, exemplo vel uno declarabimus. Quot faculis hanc opinionem tenuit orbis Europaeus! bella sine plena licentia praedandi, vastandi, occidendi, ad servitutem rapiendi, prospere geri non posse; & eos, qui faeva in bello fieri non oportere praeciperent; leges alteri orbi profuturas somniare. Vindicavit naturae jura praesens disciplinae militaris rigor, & huic praesertim saeculo gloriosa juris beatae temperatio.

Id demum rest bonum firmumque imperium, in cuius administratione princeps nulla injustitia indiget.

§. VIII. *Jus Gentium voluntarium* (§. IV.) non ex sola utilitate, sed ex conventionibus populorum, aut ex illorum dictis factisque vim *conventionum tacitarum* habentibus, enascitur. Est itaque eorum, qui consenserunt, proprium. Mutabile est, sed communi eorum, quorum interest, consensu. Quia in re differt a Jure Civili, quod sola ejus, a quo conditum est, voluntate mutari potest. Num dubitari potest, hujus juris, a populis Europaeis in mutuam utilitatem constituti, scientiam esse necessariam, quo gravissima belli & pacis negotia reguntur?

Atque in illo tum probando, tum ab ea consuetudine, quae in jus abire non potest, & a regulis decori atque humanitatis populorum discernendo, est opus pleniori non solum historiae recentioris, sed & juris naturalis cognitione. Historia suppeditat facta, quibus probatur consensus populorum in mutuam obligationem. *Jus Naturae* decernit, num ea obligatio contrahi potuerit. Quod si appareat obligatio illa ex consensu verbis factisve declarato prognata, & jus postulandi, ut adversus eam nihil agatur, notio *Juris Gentium* existit.

Pars ejusdem juris nasci videtur tum ex *refozione*, tum ex *repressaliis*, seu imitatione ejus, quod ab altero populo ad alterius incommodum gestum est. Verum haec remedia malorum an sint *necessaria*? facti est quaestio: quando *licita*? & intta quem modum? *Juris Gentium Naturalis*.

§. IX. *Jus civile* (§. IV.) est complexus legum ad communem principis & civium in civitate quaque utilitatem conditarum. Est bipartitum, *publicum* & *privatum*. *Jus publicum* est complexus legum pacis statutarum inter principem &

cives; vel est *disciplina*, quae mutua principis summa ac civium jura & officia perfecta exponit.

In hoc jure explicando occupatis duas quaestiones ante oculos versari oportet; unam, quid princeps & cives sibi promittere potuerint; alteram, quid voluerint. Illam a fonte Juri Naturali duci oportet, Haec partim ex natura pacti civici, partim ex pactis conuentis cuiusvis populi specialibus penderet. Unde oritur distributio iuris publici in generale & speciale.

Juris publicum specialia a stirpe juris publici generalis ducitur. Ex hoc explicatur, judicatur, hoc corroboratur, suppletur.

Ex hoc enim complures arduae & maximi ponderis controversiae sunt dirimentiae, quae convertorum inter principem & cives tabulis raro terminantur, quasque hoc loco tractare, yetat institutio. V. c. num aliquando magistratui vel principi, non obedire aut verbis, vi, armis, resistere, licet singulis corporibus, (seu conformatae plurimum civium universitati) aut toti populo? Si liceat, quo usque? Quis sit tyrannus? Cujus de tyrannie sit judicium? Quando majestatis, ac specia- cum laesae erga principem vel magistratus reverentiae, crimen admittatur? Quando perduellio- nis? Qui sint seditionis? qui rebelles? Qui ve- ro justi libertatis ac iurium suorum assertores? Quid sit minimum & maximum vel in juribus principis, vel in libertate, proinde quis imperii modus, quisve obsequii civium & patientiae ter- minus? (cf. §. 361.)

§. X. Praeter leges, quae formam & ad- ministrationem imperii fundant ac constituunt,

L. 1. f. 1. (fus.)

(fundamentales) societates civiles indigent legibus, quae actus privatorum ad commune bonum tum non impediendum, tum juvandum, est, qui cuique civitati maxime convenit, modo dirigunt.

Hae leges vel iura privatorum matura definiunt & defendunt; vel singulos cives ea facere jubent, quae non tam singulis membris civitatis, quam huic toti, profant, ac quibus violatis toti corpori civium recta via, singulis obliqua, noceatur. Ad posterius genus pertinent leges, quibus res aedilitia constitutur.

§. XI. Complexus (vel alio significatu disciplina) legum civilium, quae mutua privatorum iura definiunt, & eorundem officia perfecta erga civitatem sanciunt, vulgo dicitur *jus privatum*. Hoc jus eo spectat, ut confitmentur ac paenitentia constitutis communiantur pracepta Juris Naturae, deinde ut quaedam officia naturalia minus perfecta convertantur in perfecta, vel ut officia naturali jure perfecta vim plenam suam (obligationem externam) aut omnino perdant, (veluti pactum, ut debito non tempestive soluto pignus fiat creditoris) aut eam ex parte amittant (veluti eorum, quae lusu perdita sunt, non solet in foro, dari persecutio sed negari solutorum repetitio).

Duplici modo considerari potest *jurisprudentia privata*. Primo, cum quaeritur de jure privato, statuendo, corrigendo, abrogando; quae disquisitio proprie pertinet ad *jus publicum*; deinde, cum agitur de jure privato, quod constitutum est, explicando, & vel ad cavendum, vel ad absolvendum, vel ad condemnandum applicando, quae sunt partes *juris privati restricte dicti*. Recte itaque *jurisprudentiam privata lata significatione in-*

intellectam definas, esse habitum animi leges bonas in civitate de privatorum mutuis iuribus & officiis perfectis fundi. Et ex illis, quae datae sunt, distincte cognitis factorum justitiam vel injustitiam concludendi.

§. XII. Ac primo quidem jurisprudentiae, id jus privatum, quod constitutum est, exponentis & ad facta accommodantis, fundamentum, idque solidum, est *Jus Naturale*. Frustra sunt, qui hujus iuris usum ad statum naturalem restringunt. Is status est conjunctio hominum, qui communii imperio civili haud reguntur, nullisque inter se iuribus, nisi ingenitis aut pactis, utuntur. In quo statu sunt positi Reges ac populi liberi alii ad alios relati, privati, qui nullius se imperio subjecerunt, diversarum civitatum cives, illive, qui in mari libero, inque insulis desertis, versantur.

In omnem hominis statum adventitium convenit *Jus Naturae*. Datum est homini, ergo & civi. Status naturalis non plane est sublatu*s* statu*civilis*, sed id tantum, quod in eo ad communem plurium consociatorum salutem deest, necessitudine arctiori civium inter se ac cum imperante augetur. Ad hoc augmentum efficiendum spectant leges, quae dirigunt actiones singulorum ad largitionem bgni communis mensuram impetrandam: si ovetent, quae omitti, seu jubeant, quae fieri poterent a singulis, ut tutius & jucundius vivatur.

§. XIII. Quatuor potissimum comoda ex cognitione pleniori *Juris Naturalis* in studium *Juris Civilis* redundantur. *Jus Naturae* corroborat leges civiles. Supplet in his omisso. Docet illas recte interpretari. In ambiguis causis normatae controversiae judicandas suppeditat

ditat. Artem de factis singularibus recte iudicandi juvat & auget.

Disciplina Juris Naturalis est quasi ars logica juris civilis omnis, tum publici, tum privati, cultum dirigens; eundemque in hujus partibus inter se connectendis & ad factorum dijudicationem applicandis usum praebet; quem Geometria in Mathesi universa.

§. XIV. Ac primo quidem *robur*, quod leges civiles a jurisdictione & a poenis muturantur, non omni loco & tempore sufficit. *Angustam esse innocentiam hominis ad legem boni*, recte dixit SENECA. Arimus quoque sibi a nulla vindicta mentuens ut adstringatur, ut ne in tenebris quidem inuste ac nefarie agere ausit, seu, quemadmodum vulgo dicitur, leges ut *obligent in conscientia*, ex Jure Naturae praesidium peti necesse est.

Quippe vulgaris locutio, *bonum obligari in conscientia*, significat, actum aliquem legitime praeceptum esse hujusmodi, ut ejus auctor, etiamsi poenam humanam evaserit, naturalem tamen & divinam effugere haud possit, ac propterea agitetur culpae suae conscientia, teneatur, & poenam, quam commeruerat, semper sibi ante oculos versantem pertimescat. Impii profecto sunt, Deique cultores dici non possunt, qui leges ab imperante juste constitutas, e. c. de *vedigibus*, quoniam recta ad publicam utilitatem, & oblique tantum ad privati cuiusque quietem & emolumenta spectant, salva religione negligi posse, sibi aliisque persuadent. Legis civilis justae eadem est vis, quae pacti legitimimi. Obedientia civium omnis unde nisi a conventione ejus jussa exequendi, cui se regendos commiserunt? At num illaesa erga Deum religionem pacta violare licet? Quod si qui satis sibi contra conscientiam (com-

mu-

munem scientiam) hominum opibus septi & muniti videntur, (ut verbis CICERONIS utar) Dei tamen conscientiam horreant, (a) easque ipsas sollicitudines, quibus orum animi noctes atque dies exeduntur, a Diis immortalibus supplicii causâ importari putent.

§. XV. Supplet Jus Naturae, quae Juri Civili, seu non scripto, seu scripto, desunt. Obligationis ex jure non scripto, quod inter ejusdem civitatis cives moribus invaluit, fontem continent doctrinae *Juris Naturae*. Ex his enim intelligitur, quae consuetudo vim legis inter privatos consequi, quaeque legibus derogare, legemve inter principem & cives facere possit? quo actu, vel quorum actuum similitudine probetur? Quaenam regulæ ab *analogia* eorum, quae moribus sunt introducta, duci debeant?

Insuper manifestum est, legibus scriptis non omnia comprehendendi solere, nec posse. Recurri proinde oportet ad fontem cuiuscunque juris privati, nempe ad jus a natura constitutum. Hujus notitia judex efficitur perspicax in tractandis causis civilibus, in primis in modo inquirendi atque animadvertisendi in criminibus, atque adeo ejus arbitrium non vagae opinionum variantium, sed certae normae alligatum vitat scopulos injustitiae & iniquitatis. Jus Naturae idcirco, quod supplet, quae *Juri Civili* desunt, ab ULPIANO recte appellatur *jus commune*.

§. XVI. Afferemus conclusiones quasdam duendas ex eo, quod diximus, in qualibet civitate Jus Naturae retinere vim juris communis inter privatos,

(a) *De finibus* I, 16.

tos, h. e. cives, qui ab imperante & magistratu distinguuntur. Prima haec est, quod natura justum est, seu licitum, illud in civitate quoque fieri juste, nisi Jure Civili prohibitum esse doceatur.

Sume, legibus civitatis non esse proditum; num liceat propinquum, vicinum, vel quemvis ignotum, qui in praesenti vitae periculo haeret, per vim defendere, & quidem, si aliter servari non possit, cum caede invasib[us] i[n]justi? Licebitne sequi impetum animi, & aggressionem nefariam vulnerare ac caede depellere? **Natura** concessit hoc jus cuius[us] homini, cujus humanitas conspectu discriminis alieni inflammatur: **Lex** civilis noti prohibet. Ig[ue]nter violentus vitae alienae defensor etiam in societate civili a reatu absolvetur, si intra terminos defensionis necessariae se continuerit.

2) **Modus naturalis**; quo homines jus acquirere, vel id, quod habent, in alios transferre possunt, idem est in civitate, quamdiu sege civili non est aliter provisum.

Hinc 3) pacta, quae Naturali iuste rata sunt aut irrita, etiam in civitate erunt firma plenaria que exitum habebunt, nisi leges diversum a naturali doctrina jus aperire constituerint, aut moribus vim juris adeptis aliter invaliduerint. (e. c. cum quaeritur, rata sint, an irrita; pacta de successione?)

Similiter 4) cum natura nullas homini poenas dicter arbitrarias, hoc est, eas, quae a laesi vel ab aliis iuris judicio & voluntate penideant, laesiones etiam in civitate duntaxat gignunt actionem ad persecendum id, quod nobis debetur, nec transiunt in numerum criminum; nisi his lege civili annuntiantur.

rentur. *Lege*, inquam, non arbitrio magistratus. Nam si huic liceat ex causa, quae in judicium deducitur, aestimare, utrum ea sit criminum numero adscribenda, quies civium in lubrico versatur. Male concluditur: fit impune, ergo juste; vel contra; fit injuste, ergo criminose & non impune.

§. XVII. Aequitas, quam a *justitia* differre vidimus, (§. 272. 279.) aequitas, inquam, *interpretis legum ac iudicis* redit ad ejus, quod legislator non dixit, sed sensisse, voluisse, concessisse videtur, definitionem & accommodacionem ad factum, quod in judicium venit.

Aequitas *opinata* est & officio contraria, quae verbis legum apertis sententiam interpretis praefert, seu vere aequam, si lex civitatis non obstat, sive lege etiam silente iniquam. Versatur vel in duritate legis manifesta corrigenda, vel in eo, quod benignitati est consentaneum, (§. 272.) quodque lex civilis, aut Jus Naturae, a quoquam invito exigi non concedit, supplendo & adversariis injungendo.

Primo judicis non est, legem iniquam tollere, nisi hanc potestatem nominatim acceperit, sed de effectibus malis, ex lege clara quidem, at dura, nascentibus ad principem tempestive referre. Quod ut lucide & ad persuadendum apte fieri poslit, distincta verae aequitaris notione ipse animum suum informatum habeat, necesse est. Nam ea pressius & majori argumentorum vi exponi solent, quae ex sensu quisque suo disputat, quam quae mente frigida & nihil ejus, quod eloquitur, sentiente effutit.

Dein-

Deinde obtrudere litigantibus pro jure, quod sola, ut faciant, humanitas & honestas suadet; uti officio & interpretis & judicis est contrarium, ita & res exitiosi exempli. Repugnat lex naturae, quae in talibus negotiis coactum, utpote societati hocentem, vetat. (§. 277.) Repugnat lex civilis, quae judici haud dedit facultatem a praescriptis Naturalibus deflectendi. Ab his declinaret judex: si v. c. adversarios vi minisque cogeret transigere; si victus debitoris precibus datet necessariae solutionis prorogationem in complutes annos; (*moratorium* vocant) si, ut videretur misericors; pauperibus attribueret privilegia; quae dare solius est principis; si inter proximos consanguineos & affines semper compensaret litis expensas, aequum putans, in honorem arcta necessitudinis neutrum adversarium haberi pro litigatore temerario; ut alia exempla taceam:

Multum itaque refert, fines ejus, quod natura iustum & aequum est, accurate cognosci, ne judex eos transiliens, dum putet se id, quod legibus statutum fuisse cuperet, aequitate sua audacter *supplementum* jus reddere, bona fide faciat injuriam.

§. XVIII. Vera judicantis aequitas est philanthropia ad causas disceptandas applicata sine litigantium injuryia. Nascitur ex regulis veris de aequitate interpretationis factorum ac legum civilium ad id factum, quod iudicandum est, applicatis.

Quod ad *falsa* attinet; in disciplina Juris Naturalis non solum docetur, quemadmodum *probationes naturae contrarie* (v. c. superstitiosa illa; quibus usque ad saeculum fere XVI. inquinata

ta fuere judicia, probationum genora, quae ne quidem *Pontificum* auctoritas evertere potuit,) discer-
nuntur a legitimis, & harum (e. c. testium,
documentorum) pondus exquiratur, sed etiam qua
arte *dolum* & *culpam* metiri possis. Tradit prae-
terea conjecturas probabiles, quemadmodum ho-
mines vel pro natura sua, vel pro consuetudine
se mutuo in magnis parvisque coetibus imitandi;
sentire & agere soleant. (*Præsumtiones juris*). Po-
stremo docet *suspiciones ex re*, seu ex ipso, quod
tractatur & expenditur, negotio petitas (*præsum-
tiones facti*) in *causis civilibus* dijudicare: quae
conjecturae licet sigillatim possint videri exiguae,
tamen cum sunt coacervatae, probationem adju-
vant ac quandoque in iisdem causis absolvunt. In pri-
mis *accusatori*, *defensori*, *judici* *crimina vindicanti*,
ad hunc fontem accedendum est: ut *indicia levia*
discerant a *verisimilioribus*, quae ex ipso nego-
tio, *ex facti vestigiis*, ut ait *Cicero*, sumuntur:
(uti permutatio coloris, oratio inconstans, tre-
mor, fuga, vita ante acta, indoles nativa, af-
fectio animi, quae ex sexus, educationis, consue-
tudinis vivendi ratione verisimiliter colligitur,
cohfessio eorum, qui socii criminis dicuntur &c.)
Arbitrium judicis, cui multum in his rebus deferri
consuevit, num legitimum esse potest, si scien-
tia indolis humanae, & legum naturalium illa ni-
tentium, non illuminetur?

§. XIX. Deinde quod ad explicationem legum
civilium attinet; quas earum conditores ipsi non
solent regulas interpretationis tradere, eas jus Ná-
turee suppeditat. De hac arte leges civiles
interpretandi & eas cum naturalibus conferendi
multum meruit *Grotius*. Quae quidem regulae
sunt simplices; &, praeter grammaticas vobis

cum explanationes, huc redire videntur: *sens*
tentiam legis esse eorum, quae lege non clare
expressa sunt, convenientiam cum hujus fine,
hoc est, cum bono, ad quod efficiendum lex
spectat; hujus enim constitutorem non esse simi-
larem domino, mandata, quae inter se pugnant,
aut quibus ad exitum adductis id, quod sibi pro-
ponit, impetrari nequeat, ad libitum dante,
sed ceaseri principem in illo bono, quod lege sua
velit efficere, modoque id efficiendi, antequam
hanc statueret, prudenter considerando fuisse
consentaneum sibi & bono publico.

S. XX. Ex quo sequitur, mentem legislatoris ita esse explicandam, ut 1) nihil statuerit, quod iustitiae naturali repugnet, vel 2) quod fini, quem sibi proposuit, adversetur, utque 3) nihil, quod huic sit consequens, excluderit. Tandem 4) nihil *duri* cuiquam injungere voluisse censetur, nisi aliquid gravius, quam plerumque fit, constitui necesse fuerit, ut quod lege efficiendum esset bonum, illud impetrari posset. Sic non videatur lex omnia, quae fieri prohibet, ubi facta sint, dirimi voluisse, si non sublata negotii contracti perpetuitas minus mali in civitatem infundat, quam ejus infirmatio, v. c. matrimonii ante finem anni luctus, aut, quod passim vetitum est, inter consobrinos celebrati.

S. XXI. Tandem cum argumenta interpretum, de vero juris civilis significatu dissidentium, par pondus habere videntur: ea est praefferenda interpretatio, quae a Juris Naturalis praescriptis quam minimum deflectit. Hanc regulam, illis, quae (S. XV.) acculimus, consentaneam, veterum J^{uris} auctoritas confirmat.

S. XXII.

§. XXII. Superest (§. XII.) duplex jurisprudentiae Naturalis usus in scientia *Juris Civilis*. Primum, hujus systemati, apte & ad usum forensem accommodate contexendo inservit. Deinde autem leges civiles ad facta applicandi cōgregie adjuvat. Regulas enim comprehendit ex observata factorum infinitorum similitudine collectas. Animus hujusmodi factorum diligentē contemplatione praeccultus sensim arte imbuitur caput, seu *cardinem questionis* in factis perplexis, quae in foro secundum leges naturales vel civiles dijudicanda sunt, celerius repandi. Quo invento, facilior est facti cujusque cum lege collatio, proinde & expeditior inventio sententiae, quae nihil est nisi conclusio ex legis & facti cognitione ducata, qua jus litigantium definitur.

Quare judices & causarum patronos multum juvat, in controversiis tractandis hoc ordine versari: ut primum eas ad dictata *naturalia* exigant, deinde ad *civilia*, & secundum haec deum pronuntient, si, quemadmodum inquit *ULPIANUS*, Juri Naturali *aliquid lege civili additum demumve esse* appareat.

§. XXIII. Haec de *jure privato constituto*. Videamus de *constituendo*.

Leyes civiles dare est superioris, invenire sapientis. Pars jurisprudentiae, quae in legum constituerendarum peritia ponitur, (*nomothetica*) nobilissima est, quia bonum civitatis statum fundat ac perficit: eadem est difficillima, quia singulariter exigit intelligentiam status publici, tum interi tum externi, & acerrimam prouidentiam in futurum.

Versatur in exquirendis subsidiis optimis statum civitatis meliorem efficiendi per opportunam le-

gum veterum abrogationem aut emendationem aenovarum constitutionem: sive ut ea, quae sciscuntur, ad tempus valeant, sive ut vim habeant perpetuam. Quocirca est opposita coeca & effreni legislatoris arbitrio, quod est injuriam in populum, & obligationi principis naturali ac civili (§. 163.) contrarium.

§. XXIV. Nulla lex civilis statui potest sine definitione libertatis civium naturalis. Sed hujus nulla delibatio decet imperantes, nisi ob salutem publicam necessaria. Huic regulae intitetur germana legum civilium justitia & excellentia.

Nihil verius aut optabilitis dici potest vulgari proverbio: *salus populi suprema lex esto*: si, qui imperium tenent, suum & paucorum potentiorum cum communi bonum conjungere velint: sed nullum dictum est magis cereum in perniciem publicam flecti, si nohnt.

Verae civium libertatis ac salutis publicae notiones ac terminos explicat *jus publicum*, (§. IX.) quod est pars juris naturalis. Hoc vero docet, nihil unquam esse utile, nisi quod idem sit justum, (§. 299.) ergo nec leges *bonas* esse, nisi eadem sint *justae*. Docet praeterea has ab injustis aut iniquis discernendi viam ac rationem.

§. XXV. Universo dici potest, quamcumque legem publicis commodis contrariam, sive bona sive male mente statutam, esse injustam, quia pugnat compacto, quo potestas leges iubendi in principem collata est. Sed haec iniquitas in civium coetum universum admissa non solvit obligationem singulorum legi parendi. Restricte leges injustae dicuntur, quae

id facere, non facere, pati, cives jubent, quod se facturos, omisuros, perpeccuros, principi spondere non potuerunt, (§. 359.) vel si potuerunt, noluerunt, aut ne sibi injungeretur, diserte sibi stipulati sunt. Noluisse cives legge aliqua, sicut non nisi certa forma servata, onerari, cognoscitur vel ex pugna aperta ejus, quod praescribitur, cum essentia pacti civici, vel ex conventis inter principem & cives factis (legibus fundamentalibus). His cives, quid sibi invitis injungi nolint, diserte declararunt; quod dum prudenter, an imprudenter, fecerint, nihil refert. Sufficit, voluisse eos, non plus potestatis habere principem, quam ut tantam prosperitatis mensuram sibi comparet, non quantum consequi possint, sed quantum velint.

§. XXVI. His, quae attulimus, consequens est,
1) ut iustae sint leges, quae jubent exteris injuriam inferri, (§. VI.) In hos vero iustae quidem, sed iniquae, sunt illae, quibus ab eo excludi jubentur, quod, quamvis naturali jure non sit debitum, tamen ipsis sine aliquo civitatis incommodo concedi poterat (v.c. negatum sine gravi causa connubiorum commercium). Leges per se iustae non faciunt locum retorsioni, quia nunquam licet, injusticiam alienam imitari lege ferenda, qua praecepta naturae pertumpantur. Iniquae vero leges irritant exteros, ut retorsionis jure usi vel abrogationem legis sibi vere incommode efficere laborent, vel exsatarent cupiditatem nliciscendi. Hic vero vindictae impetus si privatum nocet, (§. 138.) populis est nocentissimus.

2) Lex est iusta, quae cives jubet, id in fraudem civium facere, quod natura vetat ab ullo homine unquam perpetrari.

Tales sunt leges, quibus cives jubentur laedere infirmos, quos virium penuria se ipsos defendere vetat. Hujusmodi fuit lex Spartenorum de crudelitate aduersus servos dominis injuncta. Idem vitium inest in lege, quam suafit Aristoteles, ne liberi educantur debiles ac corpore vicios; quod si vero lege civitatis vetatum esset, infantes expoliare, foeminas facere abortum voluit, ne nimia hominum multitudo civitati esse incommoda.

8) Injusta est lex, quae cogit cives, *injusta* (^a) sine vero civitatis fructu pati. V. c. Cum is contra regulas de efficaci imputandi modo (§. 289.) poenae alienae vere sit particeps, qui nisi malum commisit. Hujusmodi fuere leges Carthaginensem, Persarum, Macedonum aduersus innocentes perduellium liberos, aliquorunque populorum instituta, quae ad infantes cognitione maleficio proximos poenam conjurationis extenderunt.

§. XXVII. 4) Legibus injustis recte ea admittatur, quae ut vitium aliquod de civitate tollat, vita praecipit. PLATO, ut avaritia exterminanda communionem bonorum opponere voluit, ita inter consilia de optimo civitatis statu fundando hoc

(a) Talia quondam erant jura quaedam regalia, & horum in numero mos naufragos & eorum res principis, ad cuius litus pervehissent, fisco applicandi, usque adeo, ut Archi Episcopus Bremensis Comiti tuidam Stadensi controversiam de statu nobilitatis moveret, quod ejus mater gravida ex Anglia redux naufragium fecisset, & ex veteri more tum res, tum homines, qui periculum evasissent, Regis in dominio essent. V. ALBERTVS Sandensis ad a. 1113.

retulit, ut ad tollenda Zelotypiae, mala cives uxoribus communib[us] iterentur.

Similiter calpari metetur vetus institutum Thracum & Indorum apud quos ut fid[us] uxorum erga viros adstringeretur, viduam oportuit ad flammam, qua corpus viri cremaretur, se ultra applicare. Neque praefermittenda est lex Babyloniorum, quae foeminam semel, dum viveret, se viuandam cuivis peregrino, qui primus mercedem libidinis offerret, in aede Veneris tradere jubet.

§. XXVIII. 5) Lex nocet principi & populo, quae, contra mentem conventionis civicae, commodum totius coetus civilis ponit in damnis gravioribus aut pernicie singulorum, (v. c. lex, quae fisco monopolia privatis valde damnsa tribuit) vel quae

6) exiguae civium parti quaestum affert cum plurimorum incommodo, (v. c. quae monopolia publice exitiosa sancit) vel quae

7) ea libertate privat civem, quam a natura cuivis datam quisquam, qui civis sit, abdicare nolit, aut si velit, haud possit.

In exemplum propono *legem Babyloniorum*, qua cogebantur virginis pulchrae venales propositae nubere emitoribus, ut ex earum pretio dos constitueretur, deformatibus, quas nemo peteret, & hoc modo omnes collocarentur.

Neque justa foret lex, quae tutelam vitae necessariam & culpa vacuam (*inculpatam*) civibus adversus quoscunque cives auferret, vel ultra humanum modum coerceret.

§. XXIX. Ex eo, quod salva esse debeat libertas plena singulorum, nisi ejus coarctationem

magna populi utilitas necessario postulet, (§. XXIV.) recte concludimus, non quaslibet leges per se justitiae naturali haud aduersantes, sed eas demum recte dari aut constitutas retineri, quae acerbitatem ex coercita libertate nascentem compensent majori accessione bonorum, aut deminutione malorum societatis. Tales vero non sunt, quae ut serventur, opus est subfidiis tam violentis, ut ab his plus detrimenti, quam ab illarum legum aut omessa latione, aut latarum neglectu vel abrogatione, civitati immineat.

§. XXX. Quilibet coetus civium iisdem causis ad leges civiles, quibus ad leges naturales negligendas, impellitur. Cujusmodi sunt: ignorantia vel desperatio utilitatis verae ex obedientia sperandae; praesens malum, quo diutius argeri intolerabile quisquam putat, sed quo, nisi leges negligat, liberari nequeat; spes boni admodum desiderata, qua, si legem servaret, excideret; odium legis oppositae praesuntis, prascipue superstitionis atque inveteratis opinioribus, & consuetudini longinqua &c. His similibusque leges contemnendi irritamentis quam vim princeps bonus (hoc est, boni publici subsidiis, quantum fieri potest, mitioribus obtinendi studiosus) opposuerit? Statimne vim armatam, castigationes, supplicia?

Mitis princeps semper meminit, obsequium, quod sola vi cogatur, dare stimulum delinquendi. Poena omnis a magistratu inficta est malum. Id lubenter effugit princeps ad lenitatem propensus, quia eo consilio homines coiisse in civitates novit, ut melius sit singulis, non ut vinculo civili obligati malis haud necessariis majoribus implicantur. Idem malum, quo judex delinquentem lege ja-

ben-

bente afficit, si ei privatus quisquam intra civitatis fines inferret, maculam ille existimacionis nullam pateretur, neque iis, qui dolorem consolando leniant, destitueretur. A judece damnatus ignorminia manente premitur, & nullum a commiseratione solatum reportat. Ex quo colligimus, cum agatur de sanctimonia legum poenis propositis efficienda, principem primo videre debere, num ea lex sit necessaria, quae tunc sine poenarum asperitate, tum sile multis malis ex inquisitione in criminosos subinde manantibus, exerceri haud possit. Deinde si lex sit necessaria, dispiciendum est, quae poenarum genera eligi, ac quem earum modum statui, denique quem in modo facinorosos persequendi ordinem praescribi, lenitas iusta, hoc est, saluti publicae haud adversa, exigat.

Ad has quaestiones distribute disputandas, eorum, quae supra differuimus, partem applicare, non abs re erit.

S. XXXI. Recet PLATO, hoc quodque legis affectu putavit, persuadere aliquid, non omnia vi ministrare cogere. (a) Sunt enim rerum, de quibus lex statuit, duo genera: alterum earum, quae communem quietem evettunt, ideoque detinuntur; earum alterum, quae communem prosperitatem augent, ideoque jubentur. Illud severitatem exigit & poenas acres, quarum metus spem dulcedinis delictum consecuturae valde supereret. Atque quo magis ferocia inolevit & paene in mores gentis abiit, eo magis necessaria est severitas in poenis tallum facinorum statuendis & interrogandis. Tunc tempus egit AURELIANO quo-

(a) V. CICERO de legibus II, 6. Mm 5.

dam, quem *Vopiscus* refert, non tam *bonum*, quam *necessarium*, fuisse principem. Sic **M A X I M I L I A N U S**. *Imp.*, licentiam privatorum certaminum, quae Germaniam per complura secula funestaverant, abrogaturus, pro statu temporum graviora in eos, qui legem suam de pace perpetua perturpari essent, exempla edi jubere *a. 1495*, debuit. Atque **C A R O L U M**. *V.* reliquiae pristinae ferociae & impunitatis *a. 1532*, coegerunt, poenas graves, etiam capitales aliquanto asperiores, constitueret, quarum necessitas hodie non eadem appetat.

S E C U O D U M. *XXXII.* Alterum genus eorum, quae vel iubentur, vel vetantur, ad maiorem honorum cumulum civitati conciliandum spectat, nec perinde, se cura quietis internae & externe, ad efficiendam imperii civilis pertinet. Hae leges multorum privatum otium, cupiditates, aviditatem, libertatem naturalem constringunt. Earum praeterea salubritas post multos demum annos plenumque cernitur. Interim odiosae habentur, quod creduntur, multis novere, ut paucis presumi, & aliquid iniquum continere, idque eas eludere a multis, quorum inertiae aut habidipi obstant, peccatum excusatius paretur. Horum hominum inbecillitatibus, qui id, quod publice expedit, sibi per quendam quasi circumuum professi non cernunt, lenis princeps consulet publice explicata ratione commodorum, quae legum earum vigorem consecutura sperat. Minus accurate **S E N A C A**, nihil frigidius, nihil inceptius, dixit, sibi vidori, quam legem cum prologo. *Mone*, inquit, dic, quid me validus feriss: non disco, sed paro. (a) Verum paret civis liber, quia ex lege &

(4) Epist. 94.

& ex probitate principis eam jubentis. Abi cognita didicit, sua misere, ut pareat.

S. XXXIII. Princeps necessitatem asperitate poenarum legem de prosperitate publica augenda (§. XXXII.) munieadi evitatus, antequam eas condat, fontes contumaciae eorum, quos aegrot obtemperaturos prospicit, indagare incipiet, ac post eam promulgaram inquirere perget. Nunc enim pigritia in veterata, nunc incepta de honore & turpitudine opinio, nunc exemplo majorum magnam civium partem avocans a labore, inusitato, quem lex civilis injungit. Nunc obsequium impedit metus, ne principi potius fringere ministris, quam sibi ipsis lege quadam servanda, tributis onerati ferant metantque. Nunc superfluvios nunc mos longinquus vigori honorum institutorum nocet, veluti in illis, quae ad rem agrariam ruelius curandam iubetur, via obliqua eludendie passim evenit.

Si nonius remedium aspernitis illi similesque fontes obstrui possint, a quibus neglectum talium legum, quae ad prosperitatem populi augendam spectant, manaturum esse prospiciunt, praestat, ejusmodi legem salutarem aut omnino non, aut nondum juberi, aut statutam praemis beneficiisque publicis in obedientes conferendis, iisdem vero ei, qui non obtemperet, negandis, tum & exemplorum honorum splendore, atque aemulationis uitacitanda, commendari, nec medicamentum forte, idque malo depellendo docentes, praescribi.

S. XXXIV. Tempestiva causarum, a quibus talium legum contemptus nasci solet, indagatio habet hunc quoque fructum: ut princeps, si viderit poenas esse necessarias, iisdem causis inversatione utatur ad cives & consilio delinquendi deterrendos.

Id

Id quod Cicero vocat, (*a*) in suo quenque vito pleris. Estque haec delictorum oppugnatio satis probabilis, dum fiat eo modo, ex quo nova flagitia haud prodeant (*b*).

Ingeniose, & in parva civitate *Locrensi* comodo, *Zaleucus* luxum seminarum refrrenaturus vanitati, a qua ille oriebatur, obsecit contemnum. *Mulierem ingenuam*, edixit, nisi forte ebria sit, ne plures una ancillae comitentur. Extra urbem pedem noctu non efferto, nisi forte indechi ne accedat. *Aureo ornata & intertextis auri vestibus* non utatur, nisi vitam meretriciam profiteatur.

S. XXXV. In primis lenta magis, quam violenta, prosunt remedia, cum propositum sit legislatori, evellere errores in veteratos, eos praefertim, qui superstitionis clypeo muniuntur. Lente etiam procedendum est, cum laboret admtere consuetudinem vivendi a majoribus & veluti cum matris lacte suscepitam, in primis eam, quae cum propensione populi dominante (§. 80.) intime conjuncta est. Nimiam divertiorum inter volentes licentiam, civitati omni nocentem, prohibuerat *Justinianus*. Sed praevaluit corruptela consuetudinis, & tanta legem mala sunt consecuta, ut *Justinus II.* eam abolere, &, quam impar adiutis vitiis esset, paulatim facere cogeretur.

Quid igitur fieri, inquis? Prudentia rectrix aliquamdiu feret, quae sine majori mala ffa.

(*a*) *De legibus III.* 20. Addit, vts, capite, avaritia, multa, bonoris cupiditas, ignorancia & scanditus. Cf. *Montesquieu l'Esprit des Loix XII.* 4.

(*b*) V infamem & teterimum modum puniendi adulterium libidinem Homae usitatum, & a *Tyrreddo* 410. Imp. abolitum, apud *Socaltam* dicit. eccl. lib. I. c. 48.

statim sanati nequeunt ; condescabit aliquid hominibus, coecis, ac tam aegris, ut curatio vehementer paroxysmos periculosiores minetur. Interim notitiam & veri & boni, instar aurorae diem praecedentis, sensim propagabit, ut errores praevalidi radicitus evelantur, utque dispulsa nebulae salubritas ac necessitas legis tempestive conditae cunctis pateat. Quo facto cives haud querentur, id sibi esse injunctum, quod quam sibi sit frugiferum, sentiunt, vel id esse sublatum, quod quam sit ineptum, omnes oculis suis subjectum cernunt. Si non deposito errore, sed tantum vi coacti, pareant; in idem, cum primum possunt, vitium erroremque relabentur. (a)

At, cui bono ea cunctatio ? Interim morbi illi publice nocere pergunt. Vis, inquis, vis militaris & punitor rigidus rem celerius conficiunt. Num semper ? Celerius aliquando; an & meius ? Verum esto. Alia est ratio impetii militaris, alia civilis.

§. XXXVI. Quod de erroribus oppugnandis diximus (§. XXXV), idem de moribus corrigendis affirmari posse arbitror. Nonnulli sunt plane inficii-
gen-

(a) Exemplum memoratu dignum praebent *Carthaginenses*, qui a *Gelone* coacti, ut prisca feritatem victimas humanas immolandi se exuturos, in foedere pacis prouitterent, centum annos post ad eandem redierunt, propterea quod ab *Agastrocle* victi Deos putarent sibi iratos fuisse, & nonnisi eadem consuetudine restituta placari posse, quam *Carthaginem* eversa etiam posteri diu retinuerunt. V. *DION. SICUL.* lib. II. c. 26. *TERTULL.* *Apolog.* C. 9.

gentis opere ingebitam rude indicant: nonnulli gerunt
segnem in commodis quibusdam sequendis im-
pediunt: nonnulli & singulis mala ingerunt, &
totam civitatem in obecillorem reddunt.

Mores moribus corrigi, quam legibus minaci-
bus & magistratum severitate supprenni, praestat.
Apud quasdam nationes v. c. ad reprimendam con-
fuetudinem ebrietati indulgendi quam honorandi,
atque ad tollendam execrationem propugnare liti-
centiam, quam parum valueret leges magno temporis
intervallo identidem conditae! Quod malum lex non
potuit, illud mores edomuerunt. Diffugunt ista
vitia, ex quo in aulis vitae quaedam elegantia,
a turbidis aliena oblectationibus, praevaluit,
& literarum cultus, splendidis foeminarum exem-
plis initatus, priscam pugnatorum & venatorum,
res gestas ac certamina sua gloriose narrantium,
jaestantiam ex circulis expulit, animosque emol-
lavit, quos solus corporis exercitationibus emi-
nendi ardor animate, & procaz ingenii cultam
despicieadi fastus inflare solebat.

§ XXXVII. Cum mortuum corrupti sum eversioni
placide & lente efficienda inservit ea disciplinae
leges naturales tradentis compositio, quae ducitur
ab usu vitae, & historiae civilis luminibus adjuvatur.
Haec enim non solum, quales oporteat esse homi-
nes, docet, sed & quales sua auraliorum culpa sunt,
tales pingit. In primis legum inventoribus egregias
& utilissimas observationes suppeditar, quales
sunt homines pro incremente eorum numero,
qui communis imperio reguntur, pro multitudine
habitantium in iisdem pagis & oppidis, pro oppido-
rum majorum celebritate, pro quo negotiis, quibus
se dedunt, ut alimenta & opes quaerant. Uti
philosophia praceptiva, me quidem judice, hi-
sto-

istoriae luminibus & firmamento induget: sic historiam hominum, tanquam calrum, & historiam civilem sine philosophia parum salubrem & frugiferam esse arbitror. Ubi originem & progressum vitiorum, ac spetiarum contagii praesumtarunt opinionum, investigaveris, a quibus magna pars morum corruptorum nascitur; facilius veneris in cogitationem reperiendi remedii lenioris, quo refingere mores & paene alios homines creare queas. Non alienum ab instituto erit, hanc rem accuratius pervestigare.

§. XXXVIII. Mores corrupti publici sunt vitia in civitate praevalida, h. e. non tantum plebi, sed & excelsiori loco positis communia, quibus nulla turpitudinis externae macula adhaeret. Quanquam id nomen praecipue de nationibus Baccho & veneri deditis usurpari solet, tamen latius patet vera ejus significatio. Comprehendit avaritiam, quae inolevit, effrenem & non inhonoram, pigritiam non tantum communem, sed & quandoque gloriosam, maledicentiam, invidiam, fraudes, diffidentiam, odium exterorum.

Atque horum vitiorum, quae nationem paene totam a recta via deducunt, alia sunt populi, tanquam populi, alia privatorum, quae vi imitationis aliarumque causarum magnam aut maximam civium partem infecerunt. Illa in singulos idcirco, quod ejusdem nationis sunt, diffusa eorum dictis factisque demonstrantur. Atque eorum quidem vitiorum fontes ex forma regiminis, ex rebus in bello & pace gestis, ex virium publicarum copia aut penuria, plerumque oriuntur. Sic gens, quae sentit imbecillitatem suam, ea saepe invidet gentibus potentibus iisque praecipue aemulis; quae autem virium suarum sibi conscientia est, altiores arrogantiae spiritus facile

du-

ducit. De Romanis Cato in oratione; quam (§. 328.) laudavimus, Rhodion ses, inquit, superbos esse ajunt. — Sint sane superbi. Quid ad nos attinet? Ideone irascimur, si quis est superior, quam nos Romani? (a) Hujusmodi virtutia non tam legibus, quam primorum populi rectis sensibus bonisque exemplis vel curantur, vel minuuntur.

§. XXXIX. Virtutia *privata*, quae, quod sunt plurimorum communia, virtutia populi dici solet, vel sunt posita in pigritia ac lethargo quodam faciendo, quod in suum quisque aut civitatis commodum alacriter facere debuerat, vel in proclivitate communii id faciendo, quod ceterique & toti civitati hocet. Convenientiam morum in his virtutis suscipiendis gignit similitudo indolis nativae plurimorum, (temperamentum Gentis vulgo dicitur) in quam, ut (§. 79.) diximus, multum valet coeli & aeris virtusque ratio, in primis autem similitudo educationis, quae ex naturali imitandi proclivitate, aut a communibus morum magistris, nascitur, & ad exemplum urbis componi solet, in qua est domicilium imperii. Adde perpetuam animorum in se mutuo observandos intentionem, quam arctior civium colligatio & partim plurium in eodem loco habitatio exactuit. (§. 134.)

Cognita indole tum nativa, tum ea, quam *imitatio* & *consuetudo* gignit, exquiri demum potest, qua via tentandum sit, ut *propensiones populi dominantes*. (§. 80.), quae saluti publicae sunt contrariae, non adolescent, malique vix sanabilis vim haud nanciscuntur. Alio modo aggrediendae sunt propagines virtutum,

(a) Superbiā gentis singulat̄ arte, ut solet, pinxit illus de Z I M M E R M A N in libro inscripto der National Schule Add. M O N T E S Q U I E U l'Esprit des loix l. 19. t. 9:

rum, quae gignunt forma regiminis, commercium cum exteris, peregrinationes diurnae primorum gentis, mos exteris militandi, lectio assidua librorum pulchre scriptorum, in quibus vagae Veneris studium & alia vitia defenduntur ac docentur.

§. XL. Ex observationibus, quae aperiunt cognitionem originis & progressus morum corruptorum, nascitur ars *formandi mores publicos*. Quae est ars evellendi aut tempestandi perversas de turpi & honesto opiniones ac cupiditates exitiosas per totam gentem fusas, melioresque huic inferendi. Subsidia ejus artis sunt varia: emendatio educationis privatae & publicae, qua utriusque sexus ingenium cognitione rerum utilium & laborandi voluptate a teneris imbuitur, & non tantum scite loqui, sed & recte agere, docetur. Praesertim pudor ab ineunte aetate mentibus in scholis incutiendus est, religionis que amor haud fucatus iisdem imprimendus. Accedit latius sparsa philosophiae lux, superstitionis aliorumque errorum plebejorum expultrix; porro contemptus sensuum ignobilium etiam plebi ab ecclesiastum ministris inculcatus; atque ad hos sensus efficiendos apta sacrorum publicorum administratio, quae legum & imperantis reverentiam ac recte faciendi ardorem inflammet. Adde occultam quandam ipsius otii civium & oblectationum, quibus maxime indulgent, quasi inflexionem ad studium in mentes insinuandum id communiter quaerendi, quod vel cuivis civitati, vel uni aut alteri pro forma imperii, qua utitur, speciatim expedit.

§. XLI. Verum ea est fragilitas generis humani, quam nulla lex civilis tollere potest, ut in coetu hominum numero nunquam desint, quos impetus subitus aut vesana ambitio, avaritia, libido, malitia, in transversum agant. Igitur agno-

N n

sci-

scimus necessitatem poenarum statuendarum, nec que cum CUMBERLANDO mutuae hominum civiumque benevolentiae nimium confidimus. Periculum poenae omnes terrere debet. Sensus poenae quo pauciores feriat necesse est, eo beatior judicanda est civitas. Non ex magno, sed ex parvo, hominum annuatim punitorum numero ibi judicari potest sapientia legislatoris & prudenter ac vigilancia magistratum, ubi non dubitatur, leges vigere. Dicta nos declarare interest nonnullis observationibus de modo leges poenarum mucrone armandi: seu investigetur, quodnam facinus inter delicta referendum sit? (id enim fit demum lege Civili) seu de proportione & generibus poenarum quaeratur, seu de modo eruendi veritatem facti criminis, seu de arbitrio judicis instruendo, cum in eo est, ut sententiam ferat, hoc est, definiat, num is, qui arguitur, vere sit nocens, & quousque? (§. 310. seqq.)

§. XLII. Quantum sit, hoc in genere philosophari, complura legum antiquo tempore conditarum, nec hodie ubi visemendatarum, exempla docent: quae, seu facta, quae criminibus adnumerantur, seu poenas, seu modum in foro agendi cum maleficiis species, a supremo legum poenalium fine longe deflectunt. Hic finis est defensio civitatis necessaria adversus facinora futura bono ejus communi contraria. Dixi, adversus facinora *futura*, quoniam facta revocari non possunt, sed futura prohiberi. *Sapiens*, ut inquit PLATO, non punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Poena est id malum, quod ad vitandum malum majus ex pluribus deligitur, quoniam vel spem fruendi voluptate illa, quae factum vetitum consequitur, aufert, vel hanc ipsam vincit magnitudine doloris publice inficti.

§. XLIII.

§. XLIII. Frequens legum criminum vindicantium acerbitas magnam partem oritur ex his potissimum praejudicatis opinionibus: 1) putatur recte atque ordine facere quemvis legislatorem, qui quaelibet vitia & quascunque laesiones criminibus accenseat. Virtutem vitia depellentem suo & primorum exemplo doceat princeps: actus bona societatis externa evertentes metus legum & iudiciorum reprimat.

2) Caveant sibi legum suosores, ne in hanc veniant opiniones, eandem quorumvis delictorum noxam ubique esse, ideoque eandem poenarum magnitudinem ubivis esse necessariam. Neque 3) vere concluditur, impulsiones, quibus homines ad facinora mala instimulantur; eadem vim in eadem civitate semper habere, ergo leges asperas semel necessarias, mutatis licet moribus publicis, retinendas, & nunquam emolliendas esse. 4) Legislator minus recte sibi persuadet, genera malorum, quae poenae in modum inferantur, apud populos omnes eundem tertendi effectum habere; aut 5) pro asperitate poenarum minui libidinem delinquendi, & numerum criminum. Efferat nimia asperitas animos. Adsuefiunt facinorosi etiam mortis poenam contemnere, qui, ut delicti cuiusdam fruictu potiantur, praesentissimis vitam periculis objiciunt. Cumque supplicii poenam sibi ob leviora criminis instare norint, graviora admittere non dubitant, in primis si his admissis minora tegi posse sperent:

§. XLIV. 6) Peccare quoque videntur, qui nullam inquisitionem nimis callidam aut violentam institui posse putant, proinde fraudes, quibus rei confessio eliciatur; omnes esse instar stratagematum justas ac honestas, statuunt, vel qui 7) clementiam principis, qui delinquentem quenquam vel accusatione;

N u z

Vel

vel poena (ut ut ad defensionem civitatis minus necessaria) exsolvat, esse imbecillitatem, contendant, vel qui 8) puniendos esse quoslibet maleficos tradunt, *ut iustitiae satisfiat*, quia peccaverint, non idcirco, ne peccent. His accedunt 9) aestimationes criminum non ex effectu & delinquentium pravitate, (§. 292.) sed ex legislatoris privata libidine, seu affectu. Quam horrendae, ut hoc utar, passim fuere leges *renaticae* ac *sylvaticae*! Quam propudosum humanitati, olim atrocius fuisse punitos, qui in *sylva* aut *agro*, in quo princeps solus venaretur, *cervum*, quam qui hominem in pugna, occidissent. Quot leges asperissimae profectae sunt ab avarissima cupiditate fiscum locupletandi! Quae enim alia, nisi haec, erat causa aviditatis priscae bona fisco cupide applicandi, aut mulctas ultra modum exigendi? Quam diras poenas genuit metus eorum nimius, qui ad gubernacula federent! Exempla praebent *L. Arcadii* & *Honorii de perduellibus*, ac majestatis crimen, in quod Romae regnantibus *Tiberio*, *Caligula*, *Nerone* vocabantur primores viri feminaeque innocentibus aut leviter fontes, quorum aliqua pars, ut tormenta, supplicia, bonorum publicationem liberis nocturam, effugeret, sibi ipsi manus intulit.

§. XLV. Fallit eos, qui summam in civibus regendis & plectendis asperitatem judicant necessariam, experientia docet. Leges *Draconis* sanguine tintatas abrogavit *Solon*, & posse populum sine poenis acerrimis regi, ipsa re demonstravit. Saepe sufficit negotium rescindi; cur mulcta superadditur? si mulcta, vel haud ignominiosa male facientis objurgatio sufficiat; cur statuitur supplicium? infamia? carcer perpetuus, isque tam squalidus, ut dominianimantia sua humanius, quam magistratus

COR.

corpore punitos, custodian? Poenae militares sunt acres, quoniam sine his disciplina militaris labasceret, sed raro diuturnae aut infamantes. Quem juris infamia judex notavit, vel quem locus aut modus custodiae ipse maculat, ei, et si causa cognita absolvatur, dulcia vitae condimenta paene omnia perpetuo praerepta putantur.

Poenae capitales si quando sunt necessariae, (non multas esse necessarias, quies eorum populorum evincit, qui eas paene omnes nuper abrogarunt) num humanum est, facere, ut qui damnatus est, exquisitissimis cruciatis confessus diu sentiat se mori? num patitur humanitas, ut in poenarum capitalium locum is fontis status perpetuus substituatur, in quo ei vita sit continuum supplicium, & sola mors solatum? Quanta in generibus poenarum non capitalium fuit barbaries superiorum temporum! cuius reliquiae passim supersunt.

§. XLVI. Contrahamus, quae de lenitate legum, quibus vindicantur crimina, hactenus in medium attulimus. Illae leges de criminibus sunt optimae, quae nullo aut minimo innocentium periculo & levissimo fontium malo necessaria ad securitatem & prosperitatem publicam instituta sanciunt. Justitia criminalis, quam vocant, est defensio necessaria civitatis adversus eos, qui leges publice utiles perrumpunt. Ultra hanc necessitatem prolatæ desinit esse justitia, perinde atque is culpatur, qui tutelam corporis sui ultra terminos defensionis necessariae extendit. Clementia principis est philanthropia principis, quæ necessaria salutis publicae defensione adversus maleficos temperatur. Hanc clementiam demonstrat princeps in legibus sanciendis & exequendis, & in eo po-

puli statu effiendo, ut necessitas exempli edendi raro eveniat.

Princeps, inquit SENECA, non irascitur, sed cayet. Alienus ab ultiōis cupiditate, aut ab imbecillitate, quantum valeat viribus, cum malo privatorum gravissimo demonstrandi, ignoscit fonti, non promiscue, cui velit, sed cui salvo legum vigore bonoque publico possit; nec tam preces, quam causam, respicit *Omnibus ignoscere*, inquit SENECA, aequa crudelitas est, ac nulli Lenitas judicis praescriptis legum, in quas juravit, alligatur; principis gratiam delinquenti facientis clementia, aut illam negantis severitas, ad rationem salutis publicae adstringitur. Cujus rei iudicium sibi reservavit, aut illis solis, quibus eandem judicandi potestatem concessit. Sic iustus esse potest in poenis interrogandis, justus quoque in remittendis.

Certos clementiae & severitatis terminos in legibus exercendis, atque in venia delinquentibus danda, constituunt *disciplinae*, altera *morum regendorum*, altera *Juris Naturalis*. Neutra favet neglectui vindictae publicae aperte nocenti, sed & neutra permittit, ut crudelitas legislatorum & magistratum nomine justitiae honestetur. Utraque causas aperit, quibus efficitur, ut non tantum boni civitati impertiat, nec tot mala facinora avertat durus & truculentus, quam

*Piger ad poenas princeps, ad praemia velox,
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox,
Mult a metu poenae, poena qui pauca coercet,
Invitaque jacit fulmina rara manu.*

s. XLVII. Qui fit autem, ut cum eas *natura* leges statuat, quae conducunt omnibus, ars humana

mane in reperiendis bonis legibus dignisque, quae ubivis adsciscantur, naturam non imitetur?

Differentia legum civilium non nascitur a sola discrepantia aut varietate *opinionum* de eo, quid sit publice salutare aut incommodum, neque a *solis* pravis eorum, qui leges condunt, cupiditatibus, sed etiam a statu populorum diverso. Primo ex *differentia formae imperiorum* oritur necessitas *differentiae legum*, quae eam formam mutant. Deinde non eadem bona, quorum congeries nomine prosperitatis publicae comprehenditur, nationibus omnibus proposita esse possunt; quoniam non eadem omnium est conditio physica & moralis, neque idem status politicus, qui ex conjunctione cum aliis gentibus, praecipue finitimis, oritur. Atque ex hac differentia causarum tum provenit diversus prosperitatis nationum gradus, qui non eodem ubique modo impertrari potest, tum & diversae nationum opiniones de felicitate publica oriuntur. Similiter ex earundem causarum discrimine intelligitur, qui fiat, ut effectus quorundam vitiorum ubique non idem reipublicae detrimentum importent (v. c. ebrietatis inveteratae incommoda sunt graviora in quibusdam Asiae, quam Europae, finibus). Postremo ex eo fonte etiam hoc manat, ut non eadem ubivis sit vis impulsuum, quibus cives vel a veris commodis suis avocantur, vel ad faciendum officium commoventur: (e. c. instinctus honoris & infamiae metus parem ubique vim non habent).

§. XLVIII. Quippe cum differant populi situ regionis, quam incolunt, commercio cum viciniis & longius distitis gentibus, terrae coelique conditio-
ne, educatione physica & morali, alimentorum,

& occupationum genere, opibus, forma imperii, non potest non observari magna propensionum varietas, ubi gens cum gente comparetur, tum & magna differentia elaterum & quasi nervorum animi, quibus ad quosdam impulsus malos bonosve recipiendos una gens aptior efficitur, quam altera, Quo fit, ut alia quibusdam legibus aegrius, alia lubentius, obtemperet. Ne regnorum quidem, quorum fines latissime patent, quibusvis partibus eadem lex conductit, aut ad eam servandam cives eodem modo adduci possunt.

s. XLIX. Quibus intellectis duas conclusiones patere arbitramur: 1) alias leges alibi esse necessarias, alibi superfluas, 2) leges alibi utilles, & ad bonum, quod spectant, obtinendum efficaces, alibi esse mancas, imo plurimum malorum genitrices. Magna itaque insolita te in jurisprudentiam invehuntur, qui gentium aliquot leucis disjunctarum leges discrepare, vituperant. Qui v. c. alia instituta civitates ad superiorem, alia ad inferiorem Rhenum, sicas habere mirantur; illi haud meminerunt, multas nationes, quae nunc unius imperantis potestati subjiciuntur, quondam fuisse sui juris suisque institutis peculiaribus usas, ac partim ne nostro quidem tempore ita in unum corpus coaliisse, ut quae eundem habeant imperantem, idem quoque habeant imperium. Verbo, lex civilis justa est eadem, quae publice utilis. Sed cum non eadem ubique bona externa impetrari possint, aut si possint, non omnia vere expediant civitatibus omnibus: (s. XLVIII.) leges quoque, quibus actiones civium ad utilitatem communem alicubi diriguntur, sanctis populis non p̄p̄r

probari, prudentiae, non autem malaे voluntati diversa constituentium tribuendum est.

§. L. Sic lex, quae prohibet, bona defunctorum cedere occupantibus, cuivis populo saltutaris est: sed non idem ordo succedendi legitimus, neque idem justamenti faciendi, cuicunque imperiorum formae congruit. Simili de causa non potest ubivis idem pubertatis & majoris aetatis esse terminus. Natura eam ex signis manifestis judicii maturi colligi jubet, & hanc quaestionem facti, sitne illud maturum, illis, quorum res agitur, manifesta probatione dirimendam permittit. Sed ne necesse sit, judicium de singulorum maturitate facere, quod quantum difficultatis in societate majori habiturum sit, unusquisque intelligit; lex civilis scripta aut non scripta regulam generalē statuit ex coeli temperie & modo educationis, quae plerorumque hominum in eadem civitate communis est; qua aetate cives censeantur res suas per se gerendi vires adepti esse. Atque id, quod plerumque evenit, sumit valere debere de omnibus, controversia ulteriori semel submota, num unus aut alter citius, an serius, ad eam ingenij indolisque bonae maturitatem pervenerit.

Eleganter observat *Xenophon*, alias leges *Spartae* in republica militari, alias *Athenis* in civitate mercaturaे dedita, scisci juberique oportuisse.

§. LI. Quaedam tamen leges civiles populis punctis peraeque prosunt aut nocent. Prosunt ubi quis praecepta Juris Naturalis absoluta confirmantur ac sanctione muniuntur; contra nocentes cuivis genti, quae Juri Naturae repugnant & actionibus honestati naturali contrariis favent.

N. 5.

P. 5.

Populo an ulli conduceret lex vetus Romana de secundis debitoribus, si de vera dissectione corporis intelligenda esset? Lex, quae victimas humanas summo Numinis offerri vetat, lex, quae infantes exponendi licentiam, apud Graecos, exceptis Thebanis, ac Romanos usitatam, repressit; lex **CONSTANTINI M.**, quae cruenta gladiatorum spectacula, detestabile illud voluptatem ex immanitate percipiendi genus, exterminavit; lex, quae servis in coloniis justa praeberi jubet, ac crudeliter cum illis agi vetat, tales, inquam, leges populis omnibus ab utilitate sua communi merito commendantur.

S. LIII. *Imitari* significat alienae actioni suam efficere similem. Actionum bonarum expressa in actionibus ad eas conformatis effigies appellatur *imitatio bona*. Cumque imitator rationum, cur eas actiones esse bonas credat, sibi non est conscius, *imitatio coeca* appellatur. Quemadmodum in vita privata maxime caveri debet, ne ingenito imitandi studio incitati coeco quenquam impetu, eosve, quos non oportet, unquam imitemur: ita in legibus sciscendis periculosa est conclusio: *haec lex pluribus populis salutaris fuit, ergo & nobis erit* Videndum itaque est, ne leges aliorum popolorum ad regendam victus rationem pertinentes, (quae erant Mosaicae complures, & nonnullae vigent in terris, quae orientem solem spectant) aut formae regiminis, praesumtis iisque inveteratis opinionibus vitaeque privatae institutis difficulter abrogandis, accommodatae, ad exemplum temere trahantur. Nec quae parvis, eadem & magnis, profundunt civitatibus. Censorium judicium non convenit regnis.

gnis. Profuit Romae pauperi: Roma ampla & copiosa seyerum illud morum magisterium demersit.

Honos merito habetur legibus & institutis populorum sapientiae laude olim, vel etiamnum, conspicuis. Sed is degenerat in admirationem & opinionem praesumtam valde nocentem, ubi leges alienae adsciscantur sine inquisitione, num sit probabile, si eandem, quam populi earum legum conditores tenuerunt, viam nos quoque ineamus, idem, quod illos, bonum nos esse impetratueros.

Reim militarem Europa nunc fere ad eandem formam ubique rededit. Legum disciplinae num eadem ratio esse potest?

Ne *Mosaicas* quidem *leges*, utut sapientissimas, salvo suo erga populum officio, principem civibus suis praescribere posse appetet, quatenus cum horum statu publico & privato non congruant.

Quamobrem ad Ethicam, regulas de cognitione, formatione, rectione indolis humanae tradentem, recurrendum est in hac gravi disquisitione, quas leges alibi aptas repudiare, quasve perpetuo, vel ad tempus adsciscere, aut inventas tolerare, intersit populi, non quod sint bonae, sed quod minus sint malae, quam illae, quae in abrogatarum locum succederent. (a)

§. LIV.

(a) Nam neque medicorum, inquit CICERO, de legibus II, §. praecpta dici vere possunt, si quae insciis imperitique pro salutaribus mortifera conscriperint, neque in populo lex cuiuscumodi fuerit illa, etiamsi pernicisum aliquid populos acceperit. Ergo est lex, iustorum in iustorumque distinctio, ad illam antiquissimam & re-

rum

S. LIV. Ex eodem fonte haurienda sunt consilia, cum de legibus, quae quondam salubres fuere, abrogandis deliberatur. Mutatur status populi per advenarum multitudinem, nuptias cum exteris contractas, peregrinationes, navigationem, bella, victus vitaeque modum ad mores externos conformatum, nova laborum, negotiorum, oblectationum, genera, opes populi quondam pauperis auctas, formam novam imperii.

Ex ea mutatione status publici fiboritur conversione morum publicorum, atque ita sit, ut quae olim fructuosa fuerant instituta, ea fieri inutilia aut nocere incipient, utque novis opus sit legibus, pluribus, contrariis. Igitur minus recte concluditur: lex abrogata est, ergo mala fuit: vel contra; lex diutissime valuit, ergo salutaris fuit & sapienter condita. Ut in vita privata, ita in civitatum rectione magna est vis consuetudinis. Adsuefiunt institutis tralatitiis aequi qui imperant, ac qui parent, atque sentiunt quidem damna ex malis legibus enata, sed ea aut ab hoc fonte manare non intelligunt, aut novitatis odio mala in veterata perfere malunt, quam antiquum non obtinere,

S. LV. Summa eorum, quae disputavimus, huc redit; non quamlibet legem esse bonam, quae ad bonum aliquod efficiendum contendat. Unusquisque, qui sapit, rem alicujus momenti suscepturus non tantum perpendit, quid quantumque sit

rum omnium principem expressa naturam, ad quam leges bonum diriguntur, quae suppicio improbes afficiunt, defendunt ac tuentur bonos,

fit illud, quod assequi velit, sed & qua via ad illud efficiendum pervenire queat, quidque comodi & incommodi sibi sit comparaturus, ubi eam viam inierit, ac nihilne, ob quod se poeniteat voti sui compotem esse, superventurum prospiciat. In idem illud legislatorem intentum esse oportet, nempe, 1) num bona, quae lege, de qua statuenda deliberat, assequi velit, vere bona sint, neque a majoribus bonis impetrandis civitatem arcent? 2) annon lege condenda sit facturus, ut in locum malorum, quae tollere aut extenuare velit, multo graviora succedant? Dispiciendum est 3) inter plures impulsus, quibus voluntates civium ad legem servandam commoveri possint, quis futurus sit efficacissimus, & quis minimo eos, quorum cupiditatibus naturaliter haud injustis resilit, malo affecturus? (§. XLV.)

Eadem cadunt in deliberationem, cum de *lege conservanda* aut *abolenda* quaeritur.

§. LVI. Hactenus de utilitate plenioris legum naturalium cognitionis in legibus dannis, interpretandis, supplendis, ad facta applicandis. Restat, ut usum scientiae illarum legum in *disciplina prudentiae civilis* dispiciamus.

Magna se libertatis naturalis parte abdicant, qui cives fiunt, ut totius societatis viribus adiuti tantam felicitatis suae mensuram impleant, quantam nec soli sibi ipsis praestare, neque ullius, praeter hanc, societatis ope consequi possint. Ob hanc causam defertur & suscipitur imperium.

Facere, quantum fieri potest, ut, qui hoc consilio se legibus imperiisque obedientes fore pol-

pollicentur, non tantum universi, sed & *singuli*, ejus boni quae siti fiant compotes, est sapienter populari regere. (§. 163.) Felicitas enim populi aestimatur ex maxima multitudine civium felicium, & firmitate spei, hunc civitatis statum fore perpetuum:

Disciplina artem constituendarum ac regendam civitatum tradens appellatur *politica* (publica.)

Haec eo spectat, ut venerabilis & cara foris sit civitas, domi quieta & concors perpetuos in prosperitate sua faciat progressus, hoc est, in *copia subsidiorum*, quae, praeter quietem publicam, vitae civium felici adminiculantur.

§. LVII. Civitas foris est venerabilis, quam ob eam, qua pollet, virium copiam & aequitatem nulla gens lacessete velit. Cara & in pretio est externis, cujus commodis alii populi detrahere nolint, ne suis noceant, & cujus amicitiam vel ob magnam de ejus meritis & praestantia opinionem, vel emolumenti sui causa, expetant.

Id vero quibus modis efficitur? Iisne, quae **MACHIAVELLUS** pinxit? dicam, an commendavit? Hoc est, num sufficit cor adversus exteriores gelidum, dum verba mellita promuntur; num legum naturalium, quae effenti opum & potentiae desiderio injuriisque resistunt, callide simulata reverentia, dum occulte ridentur, earumque cultus in imbecillitate ponitur; num semper praefens justitiae fucus, ut consiliorum in justorum deformitas oculis subducatur? Hae animorum affectiones, haec artes, num iis sunt necessariae, qui civitates moderantur? Fides conventorum, generosus erga infirmiores, & gratus erga beneficos & beati merentes animus, pudor, conscientia recte factorum, sincerum justi & aequi studium, num privato-

tum

rum duntaxat sunt decora? num his solis profund
& praesidia vitae jucundae praebent? eorum
vero in procuratione publicorum negotiorum ra-
tionem habere velle, num est ridicule id postu-
lare, quod sine certissimo civitatis & imperan-
tium incommodo fieri nequit?

Verissimum esse arbitramur; Ethicam, Jus
Naturae, Politicam, non esse disciplinas sibi con-
trarias, sed sibi invicem adminiculantes, & vin-
culo indissolubili conjunctas. Falsa sunt vitae pree-
cepta, quae sine vero civitatum detimento ob-
servari nequeunt. Ex adverso preecepta prudentiae
civilis, quae sunt contraria Ethicae & Juri Na-
turae, recte dixeris telam fraudum aut partum de-
formem violentiae, quibus regnandi, & ejus, quod
regnantes sibi proponunt, impetrandi causa, omnia
legum ad veram generis humani ac civitatum felici-
tatem spectantium vincula perfringuntur. Ex quibus
quidem doctrinis quis tandem fructus capit? Ut
populi falsa opinione necessitatis decepti ita suam
ipsorum necem proximam aut remotam fiant in-
geniosi. Non est eadem naturae, quae hominum,
infirmitas, ut sit impar iis, quae decrevit, per-
ficiendis. Non foret sibi consentanea, si justitiae
ac honestatis (§. 292. 297.) violationem, quam ho-
minibus universis nocentissimam sine exceptione
vetuit, populis potentioribus & callidioribus eo
exitu concessisset, ut, cum primum velint, illis
vere fructuosa fiat?

§. LVIII. Valeant, inquis, haec philosophan-
tium ratiocinia, alteri, si Diis placet, orbi pro-
futura. De facto quaeritur, & de regulis, quae
ducuntur ab eo, quod fit, quoniam aliter fieri
non posse, rerum usus docet.

Damus. Res itaque eo redit, num omnium
fae-

saeculorum historia evincat, res publicas non posse administrari sine injustitia & iniuitate adversus nationes exteris, ac necesse esse, quod PLUTARCHUS in vita PYRRHI Reges factitasse commorat, ut duobus nominibus pacis ac belli tanquam nummis utantur populi non ad id, quod est justum, sed ad id, quod utile dicunt. Verum temere sumitur, perpetuo vel plerumque; favere fortunam violentis aut subdolis ausibus, atque omnem poenitendi causam submoveri; *nullumque numen abesse*, (ut ait Juvenalis) si non desit prudentia.

Nos quidem id, quod (§. 302.) tradidiimus, tenemus, gentium historiam MACHIAVELLO haud patrocinari, modo controversia recte constituantur.

Non enim quaeritur de successibus prosperis consiliorum juri, aequitati, humanitati, honestati contrariorum, sed de vera felicitate populi per eosdem successus aucta. Num populus sibi consulit, qui dum aliis injuste nocet, sibi ipsi majus detrimentum affert, ac v. c. centum millia civium, alteri populo, cuius imperio continebantur, bello injusto erepta, sibi subjicit, partim amissis, partim in miseriā immersis ducētis civium suorum millibus? An gens sibi consulit, cuius praesens aetas misera redditur, ut postera sit opulentior & potentior?

Quae gentibus & eorum rectoribus injustis laetare videntur, ea tempore tristia saepe fiunt & luctuosa. Sic e. c. Romani, quarum gentium quietem injuriis diuturnis labefactaverant, eas docuerunt Rhenum transire & Danubium, ac se domare. Hierosolymam quondam occuparunt crucem signati. Quanto quamque diuturno Europae detimento! Si tam facile esset nosse, & tam tuum, indicare fontes malorum manantes ex fausto

Ito injustarum molitionum exitu; quam est frequens, bellorum historias in usum artis bellicae contexere: seculis forte omnibus apparerent monumenta providentiae legum suarum vigorem adversus nefarios populorum quoque conatus ita vindicantis, ut, quod supra attigimus, clare intelligi possit, ex vero monuisse SENECA:

*Vos, quibus rector terrae atque maris
Jus dedit, magnum necis atque vitae;
Ponite inflatos tumidosque vultus.
Quicquid a vobis minor extimescit,
Major hoc vobis dominus minatur.
OMNE SUB REGNO GRAVIORE REGNUM EST.*

§. LIX. At vero, inquis,, *Ratio Reipublicae*, quam *Status rationem* vocant; praeceptorum, quae vitam privatam juvant & ornant, rigorem haud sustinet. Illa vero quid est? Necesitas subsidii alicujus asperioris extra ordinem a regnantibus adhibendi, ut propositum suum assequantur. Quale propositum? num injustum? Quale subsidium? Hoc si a legum naturalium praescriptis deflectit, medicamento simile est; quod dum sensum mali maxime urgenter aufert, morbum auget. Ut inter privatos, ita & inter populos legem omnino habet necessitas inter duo mala unum eligendi (§. 323.). Ideone, ut malum aliquod grave a te abigas vel tollas, jus cuiquam suum eripete licet?

Tandem ipsum illud malum, cuius vitatio vel de�pulsio unico duntaxat remedio, eoque minus arguere, effici posse putatur, undenam ortam est? Num a dolo aut imprudentia? Sic ne culpare quisque suae poenas luat; aliq[ue] has dare coget? Sicci hec: O o tit

ut sanguinis stuprum malus mittatur; bella getentur? Is an sine bello non potuisset corrigit? Saepenumero singitur necessitas, cum qui prudenter videri velint civitatem gubernare, in eo, quod sibi proposuerunt, laborare non debeant, vel si id consilium capiendum erat, bonis subsidiis sine injustitia aut iniunctate idem, quot tendunt, assequi possint.

§. LX. In exemplum proponimus populum potentiae & opum incrementa strienter appetentem.

Num ratio status vera exigit, ut talis populus praevalentem virium suarum magnitudinem vicinis opprimendis fundante aggrediatur? An vere ejus interest, principatum obtinere virium? fines injuste profert? Saepe mole sua laborant regna, (a) & cum Hosiodo dicit potest; dimidium plus iacto. Expedit cuivis populo viribus valere, ut non accipiat leges, non autem ut det aliis, magisque ei expedit, ut non metuat, quam ut metuatur. Olim Romani volebant videri patrocinium orbis verius, quam imperium, habere. Sed postquam a Sullanis inde furoribus delitum fuit videri quicquam in socios iniquum, merito, inquit eloquentiae Romanae pa-

(a). Carthaginie injusticee evenit, ex qua occasus reipublicae Romanae incipit, Scirpo, cum Censor lusfrum condenseret, inque Solitaurii sacrificio scriba ex publicis tabulis salenne ei precatonis carmen praescripsit, que Diti immortales, ut populi res metiores amplioresque facerent, rogabantur, scitis, inquit, bona ac magna sunt, itaque precor, ut eis perpetuo incolumes servent. Ad propinquus in tabulis publicis adhuc bruma medium carmen emendari jussit. Quin uocatum versundia deinceps Censores in condendis lusfris usi sunt, ut refert VATER MAX IV, I, 4 Add. JU L CAPITOL. III Maxim. & Balbin. c. 17.

tens, plectimur. — si que in has calamitates incidimus, dum metui, quam cari esse & diligi, maluimus.

Suo labore niti semper conducit, sed non semper conduceit, aliena valere imbecillitate. Interest quandoque gentis, superesse gentem, quam aemuletur. Fervens studium populi alios populos debilitandi, ut illis ob virium inopiam timidis imperet, plerunque desinit in propriam debilitatem. Roma, dum Carthaginem delet, in ruinam prolabitur. Cum foris non habet hostem, quem pertimesceret, domi invenit.

¶ LXI. Quaerit quis populus & per has firmamenta potentiae. Cur illas negligit, quas in sinu quasi suo repositas habet? An ratio reipublicae (§. LIX.) exigit, ut ea sanguine & magnis demum jacturis foris querendi aleam subeat, quae domi ante pedes jacent? Nulline supersunt agri, quos colat? nulla metallia, quae scrutetur? nulla opera manufacta, in quibus vires ingenii & corporis solerter exerceat? Sine bello, sine studio atdente monopolii sibi quibusvis modis versute aut violenter attribuendi, sine sublata mercaturae externae libertate, nullumne suppetit subsidium cives, & per hos aerarium, locupletandi?

Tot bellis, quae aemulatio & dominandi cupiditas genuerat, fessa tandem agnoscit Europam fontes divitiarum publicarum aperire mercaturam, & in genas populi ordines diffundere. Florem vero mercaturae suae magnum & diuturnum an ipsius populus sperare potest, qui, repugnante naturae ordine, suis mercibus vult indigere populos omnes, se aliquam nullis? An qui laborat alias gentes ad inopiam redigere, habebit, cui veniat, si fortuna illi vota respondeat? Ibi demum

florebat mereatura, ubi eam perpetua altetni auxiliū indigentia & mutua commercantium utilitas tuerit.

Interest Europae, non opprimi mercaturam ejus populi, cui ab antiquo merces suas ubique terrarum distribuendas committere consuevit.

s. LXII. Perversa gloriae opinio saepe gentes belis injustis, certe minus necessariis, commisit. Quo fructu? Ut caedent, inque vicem ipsae plagi contusae ex vulneribus acceptis diu dolerent.

In primis Reges spes immortalitatis persaepe excitavit, ut quietis pertaesū quaererent bellorum materiam, tanquam si regimini tranquilli sapientia non possent, sed victoriis denūm, nomina suam aeternitati commendare. (a) Num sola est gloria, quae refertur ex fortitudine & arte bellica, illa in primis, quae non minus alacrem ad péricula subeunda animum, quam solerter ad ea defugienda, hostemque sine danno opprimendum, demonstrat? Hanc bellicarum dotum excellentiā si admirantur posteri, &, quam funestae majoribus fuerint, non cogitent, si imitandā sibi proponant artis bellicae studiōs: an idem iudicium facient, qui principem, non sicut ducem exercitus, sed sicut patriae patrem, considerant? Hanc etim in eo supremum gloriae fastigium collocare oportet, nullis bellis injuste aut ob levem causam suscepitis in calamitates infinitas tum cives suos togatos, tum milites, tum hostes traxisse, nec

(a) Egregie rem illustrat colloquium Cineae cum Pyrro, in Romanos impetum facturo, quod pulchre resulit PLUTARCHUS in Pyrro C. 29.

ut de prudentia sua bellica gloriari possit, infinita hominum milia, tanquam si essent animantia vilia, vel mori, vel misere vivere coegerisse. Pari de causa principem, humanitatis in hostes, & suae in cives militesque religionis, memorem non decet pati, ut, quos copiis praefecit, illi fortitudinis suae ostendande causa pertinacius, quam mos & ratio belli postulat, hosti eos oppugnanti resistant. (a) Nisque ipsos principes, cum intersunt expeditionibus, decet, atrociori certamine hostes militesque suos quam plurimos perire malle, quam stratagemate uti, (*Alexander M.* dicebat se nolle noctu furari victoriam) vel, quod semel dixissent, se aliquid effecturos, inchoata relinquere & a se ipsis dissidere. (b)

Inter tot populos Germaniae, quibus quondam, teste **TACITO**, pigrum, quin imo iners videbatur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare, **CHAVCI**, populus nobilissimus, magnitudinem suam malebant iustitiq; tueri. Sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique nulla provocabant bella, idque praecipuum virtutis ac virium erat argumentum, quod ut superiores agerent, NON FER INJURIAS ASSEQUENTUR. Proupta tamen omnibus arma, ac si res pusceret exercitus, — QUIESCENTIBUS EADEM FAMA. (c)

Igitur amica pacis, & per pacem prosperitatis populorum, est disciplina morum, quae distin-

(a) V. BRANTOME *in vitiis virorum illustrium* II, p. 262 de dicto MONTLUCCI, fortissimi sub Henrico II, Gallorum Rege bellatoris: que le nom de Monttuc ne s'en trouveroit jamais en capitulation.

(b) Notum est, quid evenerit in consilio bellico, cuius de solvenda obsidione Paviae a. 1525. deliberaretur. V. *Histoire de François I.* tom. 2. p. 381. seqq.

(c) TACITUS de M. G. c. 35.

stinctam aperit *verae gloriae* notionem, & pingit inanitatem famae, quam multa hominum millia, qui praे metu potestiae invisaे hiscere non audent, impense lugent, quamque, sublati adulandi aut timendi causis, sera posteritas, eademque majorum suique amans, liberias detestatur.

§. LXIII. Hactenus de consensu Juris & Ethicae populorum cum prudentia rectrice, quatenus haec ad negotia cum exteris nationibus gerenda pertinet. Parī modo altera pars ejusdem prudentiae civilis, quae in bono civitatis interno recte ac firmiter constituendo cernitur, tantum abest, ut hoc propositum sine studio *leges naturales* observandi assequatur, ut potius metu sibi propositam praetervehatur, nisi genuinis *E THICAE CIVIUM, PRINCIPUM, MAGISTRATUUM* doctrinis initiatur.

Videamus ante omnia de *E THICA CIVIUM.*

§. LXIV. Praecepta Sectione V. partis I. expolita in nulla societate plus boni praestant, quam in *civili*. Haec enim, quicquid commodi caeterae societates separatim praestant, id omniversum sinu quasi suo amplectitur, nullumque bonorum viribus consociatis patabiliū genus excludens, recte dicitur omnium nobilissima. In hac, si bene administretur, habitat *tuta quies*, & *gaudia crescunt*. Pro singulis vigilant universi, & pro universorum salute laborant gladiisque stringunt singuli. Robustis opportunitas laborandi, egenis alimenta parantur. Res ac jura impuberum & infirorum, sacri instar depositi, inviolata custodiuntur & administrantur. In ce-

teris societatibus, vivis vivi prodesse possant, & quodammodo ingenii monumentis atque exemplo mortui. Hoc vero insigne habent *coetus civiles*, ut ad posteros juvandos mortuorum quoque voluntates perpetuo ad exitum adducantur. Cujusmodi institutis ab imperante comprobatis efficitur, ut etiam illi, qui esse desierunt, vivant *benefaciendo*, hoc est, pauperes consolari, familiarum decus honoremque conservare, artium studia incitare, ci-viumque suorum corporibus & animis prodesse per-gant. Sic facere potest testator, ut, quem ultra frugalem & bonum fore desperet, euin a miseria prodigos prosternente tutum praestet. Quippe ea condi-tione instituit heredem, eive legat, ut a quibus-dam vitae institutis indecoris & ejus honori ac rei familiaris vitaque prosperitati nocentissimis absti-neat. De pecunia sua ita statuens quodam quasi *lega-to bonaे mentis* dicam, an non turbidae, non in suam perniciem ultra ruentis, saltim sanabilis, illi consulit.

§. LXV. Crescunt officia hominis, proinde civis quoque, pro bonorum multitudine, magni-tudine, stabilitate, quae ex societate caput, & quae in hanc conferre potest. Ea officia tradit Ethica civium. Haec est complexus praecepto-rum, quae in parte I. Sect. 4 & 5. dedimus de officiis erga societatem ad bonos cives formandos, conservandos & ad amplificationem communis salutis excitandos applicatorum.

Est vero bonus civis, qui leges servat, seque per-ficit, ut civitati utilis esse possit, huic prodesse gaudet, ac tolerat vicia status publici, quae sine ma-jor graviori submoveri nequeunt. In hanc senten-tiam recte, ut arbitror, dixit Grotius, *bonus civis praeferentem reipublicae statum mutari non vult*. Que-rebis enim, quod status rerum non sicut mai ex parte

perfectus, non tantum haud indulget, sed & mo-
tas ab aliis, sive improbis, sive animo vel corpore
aegris, sedare studet. Hos haud segnius bona, quae
sunt in civitate, quaeque, si velint, percipere
queunt, quam mala, sentire docet.

Boni civis officia sunt alia *perfecta*, hoc est,
jure Naturae & *tege Civili* praescripta; alia *im-
perfecta*, ad quae praestanda per vim compelli nou-
debet, sed quibus strenue exequendis de civi-
tate bene mereri potest. *Merita civis in civita-
tem* sunt bona civitati a cive conciliata, quae
ut illi compararet, per vim exigi haud poterat.
Ea bona quo sunt majora & stabiliora, quo plu-
res in illis comparandis difficultates superari
quo plus virium ad ea efficienda adhiberi opor-
tuit, quo minus emolumenti civis ex illis ad se
perventurum speravit; eo majora sunt ejus meri-
ta, eoque nobiliores animi aculeos demonstrant.

§. LXVI. Ad *perfectionem (harmoniam)* ci-
vitatis* pertinet consentiens ardor tum *civis*,
tum *civitatis*, in colendis officiis mutuis. Neque
enim conventio, quam singuli cum civitate &
cum ejus supremo rectore faciunt, est ex earum
genere, quae alteram partem non obligat, sed
est bilateralis, quae utramque obstringit. Non
ut fiat miserior, sed sibi ut prospiciat, civis
quisque suus esse definit. Neque promissam sibi
fidem accipit civitas, nisi ut civi eam impleti
melius consulat.

Floret populi prosperitas, cum maxima pars
civium amore, qui proprius ad *purum* accedit,
civitatem complectens alacriter jussa facit,
vetita fugit, publice professe annititur; cumque

civitas vicissim, tanquam pia mater, contenta filiorum suorum amore erga se mixta, (§. 155.) civis cujusque merita agnoscit, (§. LXV.) ac perinde remuneratur, ac si ab amore boni publici sincero originem duxissent. Hac sentiendi ratione si sint affecti cives, bona civitatis augere certatim gestient: si eodem sensu incalescant, qui ad gubernacula sedent; aequitati remunerantur, (§. 279. 280.) eidemque nova merita creanti, operam lubenter & ultro dabant.

§. LXVII. Amor autem civis in patriam quid est? unde nascitur? Num est instinctus? (veluti cum bene sint clausae cavea Pandione na- bae, nititur in sylvas quaeque redire suas.) Non videtur. Est certe tanta vis primae idearum con- sociationis, quae coalescit in tenella infantia, (§. 35.) tanta educationis, quae hanc fortui- tam, sed manentem ac difficulter superabilem, idearum conglutinationem confirmat: ut haec menti alte infixa imago soli naturalis, tan- quam fontis gaudiorum multiplicium, inter quo- rum variationes vivide perceptas infans adole- vit. Harum delectationum memoria saepe tam acris est, ut dulcia illa arva revisere, in illis habitare, consenserere, mori, saltum sepeliri, multis res fere necessaria videatur. Ex his in- fixis in animo ludibriis phantasiae, gaudia pri- mae aetatis solo attribuentis, enata in patriam caritas quid est nisi foetus consuetudinis certo modo vivendi seque alendi & oblectandi? quid nisi indicium oscitantiae in exquirendis causis, cur patriam aliis civitatibus praeferas? Is coecus amor in contemnum vel odium externorum saepe excedit, nullam vero meditatam alacritatem

in bono communis commodis privatis, cum necesse est, anteponendo progignit.

S. LXVIII. Verus patriae amor non est positus in violento animi impetu, cuius neque originem, neque finem, neque modum cognitum habeas, sed a meditata agendi ratione proficiuntur, quam demum impetus rationi conveniens sequitur. Certis propterea praeceps illa caritas ordinari potest. Nempe meditatio illa ad tres potissimum res exquirendas dirigitur; primum, quae sit patria, pro qua conservanda, ornanda, amplificanda, vires maximas, nulla lege jubente, ultro contendere debeas; deinde, quibus notis sincera ejus caritas a confusa & opinata dignoscatur; tandem, quomodo illa ali & intendi, haec & denudari & vitari, possit.

S. LXIX. Officium hominis bene sentientis est, ei ex pluribus societati maxime prodeesse studere, cui plurimum commodi afferre potest, & hoc augendo suae simul felicitatis terminos proferre. (§. 125. 154.) Talis est societas civilis. Quae, ut diximus (§. LXVI.), quodvis genus honorum a singulis pro virili collatorum in suum quasi suum recipit, ut ex eo in singulos elaborata conjunctis viribus & perfectiora vicissim diffundantur. Haec societas vocatur patria, seu in eam sis delatus forte nascendi ex parentibus, qui intra ejus fines habitarunt, seu eam materni testate domicilium prosperitatis manentis tibi ipse constitueris. Igitur in patriae definitione non respiciuntur fugiti, qui, quatenus sunt pravii, a bono civile amitti nequeunt. Neque ratio unice habetur magis numeri potum, qui tenuiorum casas praecipua suarum abundantia contem-

temnunt. Respicitur totum corpus civium amicorum aequae ac tenuiorum, & vinculum illud civile, quo fit, ut societatem immortalem, beatioris vitae procreatrixem, constituant.

§. LXX. Eum amare dicuntur, cuius bonis intuendis & augendis gaudemus. Ex quo, quid sit amor patriae, facile intelligitur. Plerumque eo nomine *altior* illius amoris gradus indicatur. Quem haud male definiveris animum civis in civitatem vere *amicum*. (§. 126.) Hujus amoris ardoris naturam exponemus. Illi vero consequens est, ut patriam propter se ipsam diligas, hoc est, gaudes vinculo, quo illi adstringeris, ejus bonis perinde afficiaris ac eis, & pro te nata ipssus comoda magis, quam tua, amplificare certatim labores, etiamsi ad te nullos ex iis fructus in praesens reddituros propicias, nisi voluptatem divinorem, quae conscientiam facti alijs salutaris semper consequitur. (§. 156.)

§. LXXI. Ejus vero amoris efficientia quoque patet? Neminem illis legibus solvit, quibus vinculum ac temperamentum imperii & libertatis civium continetur, (*fundamentibus*) vel quibus privata officia civiumque propriæ definitiuntur ac sanctiuntur. Nam non ex cuiuscunque judicio privato & praescripto pendet, aut, nisi ex civitate coetum Cyclopicum efficere velis, pendere potest, quid publice utilè statui oporteat. Quod societas tota, aut qui eam temperant imperio, publice expedire decteverunt, id judicium singulos cives, etiamsi aliter sentiant, in arbitris suis ad illud dirigendis sequi necesse est. Licetne igitur de his quoque rebus philosophari? Verum si illa philosophandi lubido ex-

ce-

cedat in libidinem silentio premendi, quae bona sunt, mala excerpendi, minima quaeque palam. criminandi, ut seditionum te fore concitatorem prospicias, atque illis, qui novarum rerum cupidam suasorem earum ducemque expetant, faces motuum periculosorum admoveas: per salutem publicam non licet, ea, quae sentias, intempestive & ad turbas concitandas apte loqui. Patriae suae vere amans quisque nulla urgetur ambitione honorum, nulla quaestus aut famae spe incenditur, ut seditiosa consilia capientibus fiat auctor aut se adjungat. At, inquis, bona mente statum rerum emendare conari licet. Mens bona, quod legibus vetitum est, non audet, proinde partes ita judicandi de republica, ut judicia sua violenter exequatur, sibi haud sumit, quoniam has a singulis obiri natura societatis civilis non patitur. Cur plane non, aut nonnisi leviter cogitas, non tantum id, quod efficeret velis, bonum & salutare esse debere, sed & viam, qua id bonum asssequi studeas, majoris malii genitricem esse non oportere? (§. 236.) Viderit amicus, aedibus amici eas deesse commoditates, quibus & illum, & se cum illo versantem, carere notat: an totam domino invito incendet, ut novam suo ex judicio aedificet?

§. LXXII. Amici causa nunquam ab aequitate & honestate deflectendum est. (§. 126.). Quare amor in patriam (§. LXX.) nunquam liberat civem a culpa iniqui facinoris, quo violatur vel id, quod civem civi, vel quod eum privatis alieno imperio subjectis, vel quod illum populis, quorum potestati haud subest, imperfecte debere constat.

Nam quod natura inhonestum est, id si fiat, num voluntas cuiusquam, num egestas hominum, cui mederi, num avaritia, quam explorare, cupias, num

Vas

vahitas, num famae magnae cupiditas, num dominandi libido, honestare potest?

Themistoclis consilium nequidem cognitum quondam rejecerunt *Athenenses*, quod illud esse quidem utile censeret *Aristides*, sed *justum* esse negaret. (a).

§. LXXXIII. Répudiata itaque omni injustitia & iniquitate, (§. LXXI & LXXII.) quae falsa boni publici specie tegitur, ecquod civis patriam suam amantis munus proprium est? Laborate pro ea, &, cum necesse, est, mori. Juvenis, patriae caritatem ipso opere demonstraturus, non haereat in declamationibus inanibus de meliori civitatis statu, sed studiose perficiat ingenium & indolem; illud, tum ne quid mali contra leges desideret ac conetur, tum ut plurimum boni praestante discat; hanc, ut velit. Viri est, suas in commodis publicis augendis vires experiri & ostendere, atque malle quibusdam commodis, quibus legitime potiri poterat, carere, quam his quaerendis majorem civitatis florem impedire. Senex, corporis viribus exhaustis, si neque consilio neque auctoritate sua viris robore aetatis suae praefidentibus adesse queat, operam suam ad juvenes recti bonique studio monitis & exemplo suo imbuendos impense conferat.

§. LXXXIV. Non tantum 1) nihil mali facere, & 2) nihil boni, quo publice prodesse queat, omittere patriae amantem quemque oportet; sed & 3) pati eum multa decet, ne jute suo obnitiendi & resistendi usus publice noceat. Fert tempestates, spe futurum, ut meliorum interventu pensentur. Ut magna res est & ad beate vivendum necessaria.

(a) CICERO de Offic. III, 11. V. tamen PLUTARCHUS in Aristide p. m. 333.

nia, se ipsam vincere; (§. 85. 165.) ita illi acti, egregiae boni civis etiam patriae causa studet. Hujus amore plenus condonat damnum reparabile & injurias tolerabiles a prius acceptas, quas, vindicare legitimi modis sine publico detrimento haud possit. Imo cum obtrectatoribus & adversariis sese conjungit, ut patriae proficit (a). Si vir bonus quandoque iuris cuiusdam eximii jauctorum vel pro uno homine facere debeat; (§. 130. 169. 308.) quidni civis pro societate, cui intime junctus est, dolorem ex injuria accepta vincat cogitatione mali in rem publicam redondaturi, ubi eum vindicaverit?

§. LXXV. Etiam ingratatio profuisse suave est; & nolle, cum posse, nocere suavissimum. Quam ob rem patriae etiam ingratiae & in te injustae nullum, quod in manu positum habes, detrimentum afferre, sed nihilominus ejus commodis servire, nobile est, vere honorificum; atque necessarium ad beatę vivendum. Praeterea saepè accidit, ut meliorem sibi causam suam fingant, qui sunt aegri animo, quam re vera est, & de iniquitate iuris se alios valde querantur, quam, si ipsi ad gubernacula aut in magistratum subsellis federent, accusari mirarentur. Civis patriae salutem ex animi sententia curans non requifet, tioi venabitur, causas querimoniarum, non indulget iniquitati que- ritorum, aut sugillationibus publice regum administrationis. Scit, in negotiis publicis saepè latere causam, ubi patet effectus, proinde illa haud perspecta de hujus imputatione temere judicari.

Verum esto, querelas esse probabiles seu de-

(a) Cf. quid de hac moderatione animi glorietur CICERO pro Balbo c. 27. Plura exempla collegit VALENTIUS MAXIMUS lib. 4. c. 1.

statu publico, seu de iniquitate, qua quis privatim secum esse actum dolet: quid idem ageret, qui patriae salutem sibi esse cordi affirmet? Num, ut publicae rei ex sua sententia sit melius, num ut suas suorumque offensiones ulciscatur, civitatis incendium excitabit, quod, ubi flammatio latius, quam vellet, pervaserit, restinguere non possit? Is profecto amicus dici non potest, qui ei, cuius errata se correcturum proficeret, vulnera vix sanabilia infligit; in primis ubi his inferendis complures insolentes in communem calamitatem trahat. Minima mala majoribus ingestis tollere velle, non est amoris in patriam, sed odii munus. At est tibi mimica. Sit. *Rex odio inimicorum* effectus malo semper nascuntur, ex ejus autem amore, hoc est, ex ultione, invidia, caeterisque nocendi ulciscendique conatibus intermissionis, multum boni provenire potest. (§. 138. 157.) Denique non idem privatim in corpus ac moderatores civitatis, quod his in privatos officii sunt immemores licet.

§. LXXVI. Personam singularis pro patriae salute ardoris gerunt, qui *Ego si no* politico (§. 154.) & liceat vocabulo minus latino, sed usitato, rem minime bonam exprimere) sive *subtili*, hoc est, latentiori, sive *craffo*, hoc est, apertiori incensi vela dant cupiditatibus suis, & ad instrumenta harum explendarum sibi comparanda, statum patriae effingere & ordinare audent, vel quoque administratores imperii, ut sua praescripta sequantur, recta aut obliqua via cogere aggrediuntur. In his, quibus impelluntur, momentis quo longius a via officii erga civitatem perfecti & imperfecti (§. LXV.) declinant; & o magis in eo-

rum

rum actionibus cernitur studium commodi publici, quod prae se ferunt, esse figmentum & veluti cum faces subjiciunt civium publicam retrom administrationem reprehendentium animis, ut his accensis sibi viam ad honores praeclusam vel faciliorem aperiant, ut meritorum insignia & fructus sine meritis consequantur, ut sub dulci nomine carae patriae superioribus tutius obtrectare, pares premere, inferioribus dominari possint, & haec dum faciunt, facere nolle, nec sibi, sed patriae, servire credantur.

§. LXXVII. His virtutis opponitur *spiritus* ille, quem tot hominum millia consociata trahere debebant, quemque Britanni *publicum* vocant. (a): Patriae amore ingenuo flagrans in illius honore suam praestantiam, in illius commodis sua requirit, non autem vice conversa, emolumenta sua & familiarum atque sodalium suorum primario respicit, & eatenus patriam diligit, quatenus his adjuvandis & amplificandis inservit. Uti civis Romanus se extolli putabat, &, quantus esset, sentiebat, cum rogatus, cujas esset, prohunciat: *civis Romanus sum*: ita is sincera mente patriam amat, qui nomine, quod haec inter nobiles populos sibi peperit, sine superbia & insolita aliarum nationum despicientia, impense gaudet, in eaque se vivere, & in primis ea se dignum videri, sibi gliosum esse arbitratur.

§. LXXVIII. Alete & intendere amorem patriae

(a) Cf. Cel. GARVE ad FERGUSONIANA principia Eibicae p. 330. seqq.

triæ est submoveare causas, quibus ad languiorem in studio patriæ consulendi mentes civium permontentur, & hos incitare, ut cogitationes quisque suas in voluptatem capiendam ex bono & florente civitatis statu, etiam suis viribus conservato vel amplificato, alacriter ac perpetuo defigat.

Quicquid ingenii vim obtundit, ut sibi quis videatur perspicacior, quam est, utque in commodis publicis intelligendis coecutiat (quam vim e. c. habent præsumptae opiniones hereditariae); quicquid universe philanthropian labefactat; quicquid in oppressorum mentibus aculeos amicitiae hebetat; (e. c. iniquitas Romanorum in provincias) illud obstat illi ardori, qui in germano patriæ amore iest. Ad has causas accedunt aliae, quae a depravato moribus corruptis statu civitatis nascuntur. Definit ea societas esse amabilis, cuius virtus cum ignobilibus privatorum studiis cuivis viro bono atque exteris ferdent, & cuius nomen dehonestant principia gubernandi, ad quorum normam consilia sua dirigunt, qui ejus navem regunt. Atque patria vix dici potest, quam unum de duobus extreum deformat, aut anarchia, qua probi ab audacibus, aut dominatus, quo iidem a potentibus opprimuntur, legumque bonarum nulla copia est. Pone haec mala esse paene insanabilia. Satis manifestum est, non posse aequi diligi aegeritatem civitatem, ac sanam, hoc est, quae non quidem omni ex parte beata, (quis enim rerum intelligens id unquam fieri posse sibi persuaserit?) ea tamen sit, quae plurimis bonis & decoribus floreat, seu per se sola consideretur, seu cum aliis civitatibus conferatur.

§. LXXIX. Num ad intendendam patriæ caritatem multum valet continuum studium partium?

P p

id

idque sll in regnis & civitatibus liberis & quasi in disciplinæ formam redigi, an utile est ac necessarium? (a) In regnis dixi. Nam & in his, quae *absolutam*, hoc est, nullis, nisi quos natura imperii civilis continet, limitibus circumscriptam principi potestatem tribuunt, non solent deesse partes, quibus voluntates, praecipue ci-vium potentiorum, aut saltem nobiliorum, distrahabuntur (b).

In regnis limitatis & rebus publicis forma imperii, quae vulgo *mixta* dicitur, utentibus, cives discedere in partes, haud exiguum vim habere putatur, ut lanx in neutrâ partem properdeat, ac jura tam libertatis, quam imperii, sancta conserventur. Sic enim dum *actioni* pars est *actio contraria*, harmoniam totius corporis custodiri posse creditur vigilancia mutua & corroboranda virium aequalitate. Nullum hujus rei exemplum illustrius inveneris, quam statum imperii *Germanici*. At idem rerum status tam est Germaniae, inter complures *principes* divise, proprius, ut ab eo, quod ibi salutare & necessarium judicatur, ad similia aliarum na-

(a) De hoc argumento v. HUMB disc. polit. IV, 1. & cel. GARV animadversiones ad Ciceronem de Officiis p. 243. seqq.

(b) Ad aulas & consistoria Monarcharum absolutorum quodammodo applicari potest, quod de Germanis libertatis sine tenuibus memorat TACITUS de M. G. c. 13. *Gradus* quin etiam & ipse comitatus habet iudicio ejus, quem sestantur. Magnaque & comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Haec dignitas, bae vires, magno semper electorum juvenum globi circumdari, in pace decus, in bello praesidium.

tionum instituta argumentum ducere, parum sit probabile & tutum.

s. LXXX. Si partes vocantur multitudo eorum civium in coetus diversos distractorum, quorum consentit studium commodis civitatis consulendi, ac tantum discrepant opiniones de itinere, quo ad ea commoda adipiscenda & confirmanda perveniri possit; ex tali aemulatione plurimum boni ad civitatem redire posse, videtur. Sed historia populorum evincit, ubi tota in partes civitas dividatur, etiam si earum finis & initium fuerit bonum & laudabile, tamen eas facile excedere in studium pervicax nihil ejus praetermittendi, quod fieri potest, ut altera pars alteram subigendo principatum obtineat. Primum enim se mutuo intentis oculis acerrime observant. Unde nascitur perpetua difficultas. Haec in odium manens sensim & occulte transit. Quo saepe fit, ut quaelibet adversae partis consilia sinistre explicentur, proinde quicquid ad ejus vires opprimendas excogitati posse, illud necessarium, ideoque honestum, tenetur. Mox gliscit opinio, etiam cum justa negentur singulis, qui in diversas partes transierunt, nihil peccari. Quo facto odium partis transmutatur in odium mutuum privatorum diversis sectis aut factionibus disclusorum. Pau latim extinguitur primae aggressionis recordatio. Factis inquis aut violentis necessitas defensionis praetenditur. Boni publici cura disperit, nomen inane manet. Tandem ex talibus dissensionibus, instar flaminiae haud conspicuae viscera civitatis adutentibus,

Pp 4 bel:

bella civilia saepenumero exarserunt, quibus nihil funestius cogitari potest, dum nec frater a fratre tutus sit, non vir ab uxore, non a filio pater. Verborum, in plurimis civitatibus usus docuit, ex disciplina perpetuati partium studii, etiamsi hoc a pravis cupiditatibus eorum, qui in turbido pescari cupiunt, originem non duxerit, raro aliquid boni, plurimum contra mali esse enatum, quamprimum mores in deterius vergere coeperunt.

§. LXXXI. Satius itaque foret, stabilitatem formarum imperii *concordia*, nempe humanitate imperantium, & perspicacia ac honestate obedientium, conservari. Singuli cives ingenium indolemque diligenter excolant, bona, quae habent, notant, artique illis fruendi studeant, & obsequi potius discant, quam contra leges simul imperandi libidine obcoecentur. Tales cives statum omnibus numeris perfectum, qui fingi potest, praestari nequit, non desiderabunt, nec sibi contingisse querentur. Proinde nihil violenter adversus rem publicam decernete audebunt, etsi possint. Illos autem, qui clavum imperii tenent, proborum civium judicia etiam tacita reverteri decet. Ibi nullo est opus systemate discordiarum perpetuarum, ubi *pudor publicus* & civibus & imperanti imperat.

§. LXXXII. Est & aliud partium studium, cuius initium & progressus pendet ex invidia & cupiditate per ora hominum volitandi, eminendi, dominandi, (a) honores consequendi, odia exercendi, debita eorum, qui turbas excitant, cum publicae rei interitu extinguedi (qualis fuit conjuratio *Catilinae* & perdi-

(a) De rebus a. 1464. in Gallia gestis, cum bellum susciperetur, cui nomen belli *pro bono publico* (*la guerre du bien public*) imponebatur, Cf. *COMINES* *mémoires* II, 2.

perditorum, quos sibi adjunxerat, juvenum nobilium). De his manentium discordiarum civilium fontibus nihil dicam, cum unusquisque intelligat, quam longe, qui talibus de causis in partes descendunt, a patriae amore absint,

§. LXXXIII. Quibus cognitis, expeditior via erit ad intelligendum problema antiquum & uberiori disquisitione dignissimum:

Reperire viam optimam efficiendi, ut cives ament formam imperii, quo reguntur, defendant, labefactari nolint, leges quoque sibi impositas, sicut sibi commodas & necessarias, revereantur, ac mala bonis pensare discant.

Dixeris, solutionem problematis per facilem esse hanc; sit optima & firma disciplina imperii; nihil in hujus administratione peccetur; statuantur vigeantque leges saluberrimae; cives erunt fidei legumque & imperantis amantissimi. Verum aliter rem se habere, regnorum populorumque liberorum historia evincit. Ea quandoque est ingeniorum distortio, ut nec meliora pluribus semper placeant, sed quorum desideriis obstant leges, conformatio imperii & eorum, qui ad gubernacula sedent, honestas, illi, quod se solos, non publica commoda, respiciunt, conversionem rerum optent, & huic commenticia aut levia regnatum errata praetexant.

§. LXXXIV. Ante omnia legi merentur, quae ingeniose hoc in genere disputavit Ill. Montesquieu, cuius ingenio seculum nostrum merito gloriatur. Ante eum nemo acutius *pathologiam populorum ac regnantium* exposuit, & in ipsis quasi eorum recessibus interioribus invenit occultas legum, quas condiderunt, causas, & elateres, quibus earundem legum vigorem custodiverunt. Is in tres

imperiorum formas divisit civitates, & auctoritate dicere, contra earum naturam divisit: *despoticum* enim regnum non est forma civitatis, sed morbus regnantium. Illis formis tres *impulsores primarios*, sive *elateres*, ad animos civium regendos assignavit (*a*); honorem a virtutis studio disjunctum regnis; metum illis gentibus, quibus princeps instar domini imperat; *virtutem politicam*, quam in studio aequalitatis tuendae ponit, rebus publicis, sive haec optimatum, sive populi imperio, regantur.

His quasi nervis usos fuisse multos legumlatores ac civitatum formatores haud ignobiles fateremus, ut, quam artificiose construxerant machinam, eam commode moverent. Majorem vero vim illi elateres (animorum incitatores) possunt habere in formis imperiorum conservandis, quam in bonis populi amplificandis, ad quae, & quidem ad quae sola, quaevis compositio imperii spectare debebat.

Deinde illis animorum impulsioneibus separatim adhibitis ne quidem effici posse putamus. ut forma quaeque imperii adversus quasvis procellas incolmis conservetur. Eaedem potius valere vindicentur ad formam subruendam, ad quam stabiliriendam commendantur. Dispiciamus breviter de singulis.

§. LXXXV. Num in regali civitatum genere (*in Monarchiis*) vel omne bonum, quod ab ardore civium proficiisci potest, impetrabitur, numque ipsa illa imperii forma stabilis erit, si honos, isque ab eo, qui honestatem & veram virtutem ex naturae ordine comitatur, diversus, & a solo principis arbitrio pendens, sitalis, inquam, honos solus habeat vim regendi animos, ut officia civilia serventur? Nonne ex Monarcha brevi efficiet dominum,

(*a*) V. *l'Esprit des loix* lib. 3. c. 2. seq.

num, regnique formam evertet? Quis enim obnitetur principi, ministerium sibi in eo praestitum, ut leges, quibus imperium accepit, perfringat, splendidis repertisque novis decoribus in dominatus sui ministros collatis remunerant? Quid si princeps de eo, quod dignum est honore, perverse judicet? Annon mores corrupti exorientur, quibus ad opprimendam libertatem utetur? paucis forte & inveteratis opinionibus (veluti de ignominia ulciscenda) exceptis. Num quorum erat, libertatem strenue tueri, commune nationis, an ejus judicium sequentur, a quo sibi suisque perpetuum, quo reliquis civibus antecellant, decus tribui posse vident?

Stabilis ut sit forma imperii, stabiles oportet esse elateres, quibus cives impellantur ad eam non convellendam, & ad cavendum, ne evertatur. Vacillant judicis de eo, quod honorificum habetur; mutantur; aliter de eo decessor, aliter successor, saepe sentiunt. Si ipsius & populi opiniones inter se pugnant, utrae vincent? *opiniones inquam*, quia hic ex *viri illius illustris* doctrina haud respicitur *honos verus*, qui *stabili fundamento nititur*, (§. 123.) sed *principis ideae* de eo, quod decet, quodque fulgere & magni fieri velit, instar legis supremae valere debent. Siccine *libertas*, quae in regnis quoque absolutis superest, fixa & fundata esse desinet?

Ecquid est, cur *virtus vera regnis minus convenire putetur?* An haec unquam pestum dedidit? *Persis* quondam profuit. Quidni regnis omnibus possit magis prodesse, quam adversa virtuti opinio excellentiae?

§. LXXXVI. Cum populus pleno & infinito regis dominatu (*despotismo* §. LXXXV.) urge-

Pp 4 tur

tur; (quale malum etiam républicam, quae hereditarium imperium familiis selectis certoque numero descriptis attribuit, premere potest) num metus sufficit, ut cives non moliantur mutationem iugis aut imperantibus? non pertrumpant leges, quas sibi noxias aversantur? ut contra aliquid in commune commodum faciant, quamvis nullos fermentorum fructus colligere videant, nisi ut nova sibi nocendi metusque sui alendi instrumenta domino inviso comparent?

Ac quoque illa formido mentibus incussa patet? Num subsidiis crudelitatis plenis triste obsequium a civibus paene servientibus exprimi necesse erit? Non deest exemplum recentius idque illustre, ab olito judiciorum secretorum terrore adversus suspectos violatae majestatis firmiter stare monarchiam absolutam, & armorum ac prosperitatis gloria nunquam magis, quam ex eo tempore, floruisse.

Tandem num fieri potest, ut ille metus in pace, & in primis in bello, sit perennis? ut in desperationem haud definat? Omnes metuas necesse est, qui ab omnibus vult metui. (§. 109.) Id in primis *historia Graeci imperii* evincit, quo post disjunctum ab occidentis imperio orientem fertilissimae, in primis Asiae, regiones aliquamdiu tenebantur. Quem enim oderunt omnes, inquit ENNIUS, periisse expetunt. Infinita potestas est casui proxima. Certe imperantibus ad hanc tuendam plus praefidii praestare potest nutrita a sacerdotibus superstitione vulgi, quam huic incussus suppliciorum & quarumvis vexationum metus. Hanc viam, praeter terrorum animis imprimendum, nec non viam inertiae propagandae, multi ingressi sunt, qui dominari, quam regnare, maluerunt. Callide fe-

federunt alii, ut cives, quantum haberent virium, non sentirent, utque se non sibi, sed domino, ntidificare, mellificare, vellera ferre haud animadverterent. Extinxerunt alii eodem animo lucem philosophiae. Impediverunt alii, quo minus intelligentia juris publici & principiorum prudentiae civilis undique propagaretur. Potentiores praeterea depressoerunt, omnesque, qui aliquo vellent esse numero, ut suo quasi beneficio viverent, adegerunt. His artibus naturae contrariis, quibus multi principes nisi se ipsos in pericula adduxerunt, & populum ab ea, quam nancisci poterat, prosperitate averterunt, his, inquam, artibus quid foret opus, si iidem principes voluptatem sensissent regendi cives, ut cives, non ut servos? Ad quam dulcedinem quaerendam eos Ethica dicit,

§. LXXXVII. Supereft, ut inquiramus in modum custodiendi aequalitatem, ad quam tuendum leges civitatum liberarum Ill. Mantesquieu spectare voluit, ac dirigi solere affirmavit (*a*).

Eit vero custodia illius aequalitatis complexus institutorum publicorum, quibus tum odium perpetuum & vehemens intenditur in eos, qui terminos libertatis & imperii legibus statutos movere, in pares aut superiores dominari, inferiores arroganter despiciunt habere & opprimere conantur, tum illis conatibus obstacula difficulter superanda objiciuntur.

Curam aequalitatis non esse propriam civitatum, quae idcirca liberae appellantur, quod Regibus non parent, sed regnorum limitatorum communem esse arbitror. In his regnis laborandum est, ut
sequae

(*a*) d. I. 3. c. 1. lib. 5. c. 2. lib. 8. c. 3. in f.

aeque jura Regis, atque Ordinum conserventur, proinde ut neutrorum viribus aliquid detrahatur, quo possit in periculum adduci vel vis necessaria imperii & bona administratio, vel libertas legitima populi.

§. LXXXVIII. Quo jure civitates, quae Optimatum aut populari imperio reguntur, liberae dicantur, hujus loci non est, copiosius disputare (*a*). Hoc tantum observamus, aliud esse aequalitatis studium in *Aristocratia*, (*b*) aliud in ea civitate, in qua majestas imperii penes populum universum residet, qualis quondam respublica *Romana* erat.

Ubi optimates, seu ex toto civium corpore, seu ex coetu quarundam familiarum, ad quas solas ex legibus civitatis regimen defertur, electi de juribus suis tuendis laborant; in eo custodiad aequalitatis ponant necesse est, primum ut inter se nulla invidia, nullis odiis hereditariis, nudum latus dent nova molientibus. Deinde in corpore civium, quos soli regunt, cupiditatem imperii una fecum administrandi opprimant necesse est tanta modestia, ut hi se a regimine arceri haud doleant. Hoc efficere possunt bonis moribus, qui civium imperii haud participum animis venerationem inculcant; aequitate summa in omnes; facilitate ea concedendi, quae salvo imperio suo proprio concedere posunt; studio perpetuo otia pellendi plebi, que subministrandi continuam laboris quaestuosi opportuniteatem; legibus bonis, in quibus nulla ars pellucet, earum latores suum potius, quam commune, commodum quæsivisse.

Verum haec Optimatum moderatio & aequitas

(*a*) Cf. MONTESQUIEU. I. AB. dL c. 3. § 4.

(*b*) Ibid. lib. 5. c. 8.

tas num diurna erit, si leges & judicia non mentuant, nec honestatis pudorisque publici reverentia eorum mentes penetraverit? (§. LXXXI.)

§. LXXXIX. Alia est aequalitas in civitatibus, quae populari imperio, eoque puro, utuntur, quales hodie sunt perpaucæ. Ejus imperii conservatio pendet ex institutis firmis, quibus vires civium communes a quovis inter eos potentatu defenduntur, ut ea sancte custodiantur, quae de honoribus, de magistratibus, aliisque officiis publicis pari jure petendis, deque certo modo & ordine, quo illa in cives conferri debeant, legibus constituta sunt. Quolatius patent fines talis reipublicae; quo numerosiores sunt indigenæ; quo magis fortunarum inaequalitate pars civium haud exigua a plurimis distat, ita ut hi illorum opibus & benevolentia ad vivendum indigeant; quo majoris copia cives in unum locum habitandi causa confluunt (§. 134.) (uti olim Romam); quo magis id agunt potentiores, ut ad paucos perveniat nervus imperii; quo magis nationum externarum interest, corruptum civitatis statum in rem suam vertere, eo difficilis est, mutuorum sententiarum & motum averti, proinde popularem civitatis formam diu salvam conservari.

§. XC. Moses, statum civitatis ad normam ecclesiae, quam fundabat, conformatus, ut occurret in aliis, quae ex regnandi paresque deprimendi cupiditate oriuntur, aequalitatem fortunarum ita instituit, ut neque paupertati locus esset, neque debitor creditor i in perpetuum serviret. Quae quidem aequatio uti in fundanda civitate, quae non agricultura, sed mercatura floret, stabili nequit, ita ne quidem in ea, in

in qua praecipuus agriculturae honos habetur, effici potest, uti in republica Romana inania Gracchorum consilia docent. Aequare fortunas, postquam opulentia multorum inolevit, tam injustum est, quam periculosum.

L Y C U R G U S omnes aequae pauperes pecuniaeque contemtores esse voluit, hoc est, paucis rebus ad vivendum & ad bellandum necessariis contentos. Quod ut efficeret apud gentem paucis ex civibus compositam, violenta subsidia adhibere, & omnia fere vitae condimenta illis admere debuit,

Ingratus in benemerentes fuit agendi modus in justusque *ofiracismus*, quo efficere laborarunt *Athenenses*, ne quis civium auctoritate emineret, qua plus potestatis, quam natura imperii popularis pateretur, in comitiis nancisci posset.

Romana autem respublica ut populare regimen conservaret, nec domi hostem haberet, patricii foris eum quae siverant. Jactabatur fluctibus ex veterum familiarum superbia ortis, quae genuit studium reprimendi familiarum nobiliorum potentiam, & tuendi patriciorum ac plebejorum aequalitatem in administratione imperii & magistratibus majoribus capessendis. In his procellis quamdiu floruit? Dum priscus in senatu & concionibus regnaret decor, virtutique honos haberetur, nec spes praedae, sed patriae amor, plebem & patricios de eo tantum discordes, utri imperium tenerent, in hostem communem statim armaret. Verum post bellum *Punicum secundum* evenit tandem, quod praedixit *Cato*, cum in *Senatu* deliberaretur, num lex *Oppia* de cultu mulierum abroganda esset, postquam antiquae vestitus simplicitatis eas puderet. Is pudere cum cooperit, inquit, quod non operaret; quod oportet, non pudebit. Puduit paten-

tentes bonae mentis & aequalitatis (*a*). Virtutem post nummos ponere non puduit. Postquam, ut ait SALLUSTIUS (*b*), *divisiae honori esse coepi-
perunt, & eas gloria, imperium, potentia sequen-
batur, habescere virtus, paupertas probro haberet,
innocentia pro malivolentia duci coepit.*

§. XC I. Quae Romae cadentis fuit, ea-
dem quarumvis civitatum liberarum, incisis vir-
tutis nervis, conditio est. Extinguitur aequalitatis
conservandae ardor, & subsidia ad eam custodien-
dam inventa vim amittunt, simulatque honestatis
amor, & vera virtus, atque ea erga Deum reli-
gio, quae ad studium boni communis amplifican-
dum multum valet, (*c*) effluxit animis. Licet *inops*
sit civitas, in qua virtus negligitur; tamen non
deerunt nonnulli ingenio, opibus, audacia, praeva-
lidi, qui *pares ferre* non possint. Si sit opulenta;
luxus *necessarius* (§. 150.), boni publici eversor,
ingruet, atque a ditionib; & ob eam causam
otiosis, ad classem civium negotiosam transfibit.
Inde multorum paupertas, aviditas, desperatio,
niviarum rerum molitio, studium mutandi formam
imperii, tanquam unicum mali urgentis reme-
diū. Concludamus; civitatem non manere liberam
sine aequalitate; sed talem aequalitatem non posse
diuturnam esse sine studio fovendi cultum verae
virtutis.

Addimus nec metum excludi debere a subsi-
diis formae popularis stabilitatem communiendi,
metum, inquam, legum, quas rem surdam &
inexorabilem vocat LIVIUS, quae, cum apud Re-
gem sit gratiae locus & beneficio, nihil laxamenti
nec veniae habeat, si modum exceferis.

§. XCII.

(*a*) LIVIUS lib. 34. c. 4.

(*b*) De bello Catilin. c. 12.

(*c*) Cf. observationes PORYBII VI, 54.

§. XCII. Tandem an in haec civitatis forma (§ LXXXIX.) nulla est aut exigua via honoris & opinionis publicae? Ubinam diligenter attenditur, quid quisque de se sentiat? Nihilne nervorum habuit splendor monumentorum, quos excellentibus imperatoribus posuere Athenienses? nihilne Romae e. c. (a), favor multitudinis, plausus in theatris, corona graminea, civica, &c. (b) valuerunt ad animos, non dicam ad curam commodi publici, sed ipsius aequalitatis & formae popularis conservationem inflammardos? Quanti est in regnis, perpetua potestate multis praecesse, honorum fulgere titulis, aliosque longo post se intervallo relinquare, & hereditario familiae decora ac juta insignia consequi: tanti est apud nationes, quae imperio popularis reguntur, praestare meritis, placere, monstrari, laudati (c), iis exornari decoribus, quae favorem honeste

sen-

(a) V. CICERO pro Sextio c. 55. Ad Atticum X, 2.

(b) De corona civica eleganter PEINUS in historia naturali XVI, 4. non crescit bonus idem imperatore conservato, quoniam conditores in quocumque civi sumnum esse voluere. — Ludus ineunti semper affurgi etiam a Senatu in more est. Sedendi jus in proximo senatus. Vacatio munierum omnium sibi patrique & avo paterno. — O mores aeternos! qui tanta opera bonore solo donaverint, & cum reliquias coronas auro commendarent, salutem civis in precio esso voluerint, clara professione: servari quidem dominum nefas esse luceri causa Add. ib. XXXI, 4. seqq.

(c) Apposite LIVIUS V, 50. Matronis gratiae actae (contulerant aurum, quod in publico deerat, ex quo, ut sacro auro abstineretur, summa pactae mercede Gallis conficeret) bonosque additus, ut eorum, si ut virorum, post mortem solennis laudatio esset.

sentientium omnium demonstrant, & haec meritorum praemia pluris facere, quam posse, si velles, in pares dominari.

§. XCIII. Via mentes civium flectendi tūtissima, & cuivis formae imperii civilis legumque tutelae maxime conveniens est ea, quam natura monstravit.

Taceo metum poenarum, quae omnem malam actionem, omnem, ut ita dicam, morbum moralem, naturaliter consequuntur. Praeterea sensum jucunditatis ex honestate & virtute officia erga societatem servante naseentis. Non repeto, quanta esse possit vis venerationis erga imperantem (§. 123.) ac fiduciae, ut hac impleti civium animi lubentius pareant, & resum mutationem aversentur. Praeter haec invitamenta in compositione imperii senes statuta & in legibus eam firmantibus acquiescendi, duos præcipue impulsores valde efficaces natura principi præbuit, quibus & ad *naturales* leges & ad *civiles* servandas, atque ad nova adversus formam imperii non mollienda, cives excitare possit; primo, vivam cognitionem multiplicis utilitatis ex reverentia legum civilium & conservata imperii forma manans, deinde studium imitandi. Hi duo impulsores formis imperiorum omnibus converniunt.

§. XCIV. Horum *primo* rectores civitatum usū si id agent, ut civibus persuadeant, nullum se quaerere bonum suum, quod non sit *pars boni publici*: neque se in *civilibus* institutis ordinandis aliquid habere pro bono *publico*, nisi quod re bene perpensa idem esse bonum privatorum intelligent. Nam quid est *bonum commune*, nisi *complexus bonorum verorum tum impe-*

perantis, tum civium singulorum, quae conjunctis eorum, qui regunt & reguntur, viribus comparantur? Quid est tutela boni communis, nisi copia virium necessiarum ad bona totius civitatis, hoc est, principis & singulorum civium, tuenda & amplificanda? Speret civis ex patientia & obedientia sua fructus ad se quoque, si mitius recta via, certe obliqua, aliquando perventuros, aut eos pervenisse observet. Commodis suis intellectis stultum judicabit, iis, quae ad formam imperii tuendarum, aut ad bonum publicum augendum statuuntur, obniti, vel suum a communi emolummentum dividete. Sentit enim, se sibi deesse, cum desit civitati, & verum esse, quod eleganter MARCUS ANTONIUS dixit, quod alveari non proft, id ne api quidem prodeſſe.

§. XCV. Fateor, maximam partem multitudinis solummodo id videntem, quod ante pedes est, coecutire in perspicienda copulatione eorum institutorum cum utilitate sua quorundam effectum acerbum, cupiditates suas reprimentem, aut partem patrimonii sibi eripientem statim sentit, effectum vero salutarem aliquatdiu latenter sensimque subsequentem haud cernit. Querelae de administratione imperii non semper nascuntur ex viis eorum, qui civitates temperant, sed in primis ex civium ignorantia, quaedam pro temporum ratione ad malum gravius vitandum aut depellerendum fuisse necessaria, & dura singulis nonnunquam injungi oportete, ut majori commodo tota universitas, & cum hae iidem fruantur, qui de onere sibi imposito cummaxime queruntur. Sagaciores demum, qui longe in futurum prospiciunt, sensum presentis oneris spe futuri commodi con-

consolantur. (§. 125.). Hi si patiem ament, sensu molestiarum, quae ex regnantium erroribus politicis, vitiis, negligentia, nascuntur, ab officio se abduci non patientur. Norunt enim, eum, qui pro viribus societati civili sine lucto suo proposit, & multa, tanquam bonus-civis, patienter ferre cogatur, tamen non habent, cur eum sui factorumque suorum, aut patientiae suae poeniteat (§. 150.).

§. XCVI. Ecquod igitur subsidium superest ad hebetiores moderandos? Hi ut se eo, quo velet princeps, duci non sentiant, *stimulo imitantis* nihil est efficacius. In eminentes enim in quavis societate intuentur, qui sunt viribus inferiores. Ad illorum mores fingunt suos, perinde ac si eo quidque esset melius, quo est conspectius.

Igitur qui republicas administrant, quive natalibus vitaeque genere caeteris antecellere velint primores, illi emineant ea vivendi consuetudine, quae cum forma imperii, & cum bono cuiusque civitatis primario, (v. c. flote mercaturae) maxime consentit. Dent exempla amoris in *civitatem puri*, (§. 155.) certe puro proximi. Religiem & virtutem colant. Eos, qui moribus bonis excellunt, magni faciant, commendent, remunerentur. Nobilis est fons verae iunctitudinis, bonum civem esse: quanto nobilior, multos eo nomine dignos exemplo effecisse!

Efficient vero. Nam multitudo, quos vel meritis graves, vel natalibus splendidis & dignitate eximios veneratur, eos morum suorum & fervoris in bono publico augendo (*spiritus publici*) duces alacriter sequetur. Honos & suavitas ex comprobatione eorum, qui plurimum auctoritate valent, nascens ad facta egregia mentes impellet. Pu-

Q q

dot

dor publicus, hoc est, metus in civitate perpetuus incurendi in communem reprehensionem & contemptum ob facinus honestati contrarium, vitiis gloriaudi audaciam & vita ipsa reprimet.

XCVII. Fortunatam Romam eo tempore, quo videbatur satis validum legis Valeriae vinculum, licet nihil ultra adderetur, quam quia adversus eam fecisset, improbe facturum! Unde is hominum pudor, cum nunc, ut ait LIVIUS, (a) *vix seruo ita minetur quisquam?* Tunc patentum non tam dicta, quam exempla, recti studio mentes oculis juventae impertiebant. Congruebant cum educatione domestica mores publici. Praeclare gesta quaeque communis omnium admiratione ita coherabarunt, ut ad paria facienda (*ad acumulationem*) atque *ad patriae amorem*, non verbis, sed rebus, demonstrandum incenderent animas. Magnifica est oratio SCIPIOIS Africani, cum in potestatem redacta Carthagine, urbe Hispanica, virginem nobilem captivam, cuius forma captus erat, sponso redderet: *Servata est*, inquit, *ut inviolatum & dignum me teque dari tibi donum posset.* Hanc mercedem unam pro eo munere pacis cor, amicus populo Romano ^{ps.} (b) Verte Romanum erat, non sibi, sed patriae pacisci! Quam divinum vero illud! quod adjectit: *& si me credis virum bonum esse, quales patrem patriumque meum jam ante haec gentes norant, scias, multos nostri finiles in-*

(a) LIB. X. c. 9.

(b) ENRYC. XXVI; 50. VALER. MAXIMUS IV, 5. Accidit a. U. C. 349. Quam levi arguitudo hanc causam extimiae gloriam viro summo, cuius, ut idcirco dicitur NAEVINS, *facia viva nunc vigent, qui apud gentes salus praefat, erigere quidam ausus fuerit, rei* GELLIUS N. A. VI, 8.

Civitatis Romanis esse. Quantus esset; sensit Scipio, cum non gloriaretur hac *altitudine mentis*; (§. 87.) tanquam si ea solus excelleret, sed se multos habere sensibus tam subtilibus patet, ingende profiteretur.

§. XCIVIII. Hactenus de utilitate cognitionis legum naturalium in *civium* animis ad eorum normam, & ad legum *civilium* observantiam dirigidis. Inque illis placide flectendis, ut non ad vellicandam, suffodiendam, evettendamque, sed ad firmam tam imperii compositionem connitantur. Restat, ut universo videamus vinculum, quod inter germanum artem *Politicanam*, seu *disciplinam prudentiae civilitatis*, & *Ethicam principum* (§. LXIII.) intercedit.

Leges naturae principi opumam felicitatis suae in communi salute ponenda, viam mostrant, dum eum jubent perpetuo cogitare, se esse hominem; & hominibus imperare.

Quantiscunque enim insignibus elatus sit supra conditionem *civium*; aliquam inter se & hos juris perfecti atque imperfecti aequalitatem superesse meminerit, quam nullo mutabilem pacto natura sanctificavit. (§. 360.) Etiam princeps est pars naturalis hominum universorum societatis. (§. 100.) Hujus iura ad singulos homines, exceptis quietis communis perturbatoribus, quatenus sunt perturbatores, aequaliter pertinent. Cujus juris aequi, quod hominum singulorum naturae adfixum est, perpetuo studiosus non faciat *civibus* princeps, dum utitur viribus ac juribus suis, quod sibi fieri nolit. (§. 158).

§. XCVI. Cui consequens est, pertinere ad officium *tujuslibet personae moralis*, cui imperium populi est commissum; ut potestatem arbitriariam (*despoticam*); hoc est, cum voluntas obstinata & indomita visque in-

ior pro iure est, ne quidem accipere velit, si offerretur, nedium per vim aut fraudes sumere, si negetur. Nam quid boni durabilis ab hac stirpe nasci posset? Qui plus licet, quam pat est, saepe plus vult, quam licet. Neque vero est auctoritas natio, a qua hoc genus imperii constitutum esse constet. Si quis populus in terris Orientis spectantibus patiatur impotentiam Regum, quibus servire dicitur: num facta eorum tyrannica pro iustis habet? (a) Num ex eo, quod nullos libertatis suae legitimae defensores, e. c. Ordines, constituerit, colligi potest, nullam eum habere velle? Saltem Turcae & Indi (hi ob cupiditatem otii & mollitatem diutius iniqua ferunt) saepe demonstrarunt, suae etiam patientiae aliquem esse modum. Si despotica imperii forma, (quam rectius morbum civitatis, quandoque chronicum, dixeris) lege perpetua statueretur: civitas desineret esse civitas, & in magnam servorum familiam mutaretur. Etiam silente populo jugumque suum toleranter ferente lex naturae clamat, & infinita potestati limites ponit, ne contra civitatis essentiam (§. LVI. LXIX.) voluntas pro ratione dominetur. Nullum est imperium humanum sine limitibus. Notionem civitatis itaque evertit Hobbesius (b), qui in alia omnia discessit.

§. XCIX. Si quando eveniat, ut extra ordinem aliquid violenter fieri necesse sit: uti Roma libera praesidium in rebus turbidis a Scitis extremae necessitatibus nonnunquam petere debuit;

(a) Cf. cel. ANQUETIL DUPERRON legislation Orientale p. 4. seqq.

(b) De cive c. 8. §. 7.

(a) haec tristis conditio brevi tempore transit. Tempestate sedata, nisi statim restituatur ordo rerum certus, suumque populo, suum communictati colique, suum civibus singulis, tribuatur, atque arbitraria jubendi potestas tollatur: corpus ci-vium morbis ingruentibus tabescit, & princeps ipse, ejus anima, fit debilis, dum infirmis imperat.

Tum enim, historia teste, evanescit notio salutis publicae. Dissolvitur vinculum commune ci-vium. Incipit rideri studium boni publici, & inter aniles fabulas referri amor in civitatem, quia sibi quisque vivit. Indolentia, pigritia, & incuria status futuri ac salutis posteriorum inole-scit. Primores potentiam & opes sine labore au-cupantur. Plebs *panem* & *Circenses* anquirit. Civitas nominis sui venerationem apud exterios, & dignitatem suam princeps ubique disperdit.

S. C. Sapientes vero principes in magna parte felicitatis suae ponunt, quaedam facere non posse. Minimam voluptatem percipiunt ex viribus suis, maximam ex recto earum usu; nec tanti putant *jubere* posse, quanti jussu suo *profuisse*. Terroribus insontes vexare nolunt, quoniam intelligunt, quam sit ignobile gaudium, quod ex tot millium trepidatione capitur, qui resistendi vires non habent, certe metuunt, ne animum obstrependi declarantes in crimen vocentur. Sentiunt, quam acerba eum poena naturalis comitetur, qui duntaxat me-tui cupid, ac benevolentiam civium erga se, quo-dam

(c) V. LIVIUS lib. 3. c. 4.

Q 9 3

niam nocere non possunt, adspernetur; hunc pro yeneratione inanes emtasque laudationes referre sciunt, ac pro signis sinceri amoris triste proborum silentium. Complecti homines suae fidei commissos paterno affectu, eosque tanquam fratres condescens mutua conjungere caritate, veram esse manifestem censem. Nullum profecto firmius & principi se ipsum amanti expetibilius est imperium, quam quo gaudent obdientes. **Recte.** **S**e n. e. c. a (a) illius genum principis, inquit, magnudo stabilis fundataque est, quem omnes iam supra esse, quam pro se esse sciunt, cuius curam excubare pro salute singularum & universorum cotidie experintur — ad quod tanquam clarum & beneficium fidus certum advolant.

§. Cl. Tres potissimum causae morales, quas domesticas dicere possis, felicitatem civitatum minuant & pessimandant; nempe, *vitia eorum propria, qui gubernacula tenent; vicia formae imperii; errata & corruptiae populi.*

Princeps summus, qui populi pater esse malit, quam servorum dominus, illos malorum fontes obstruere studet. Hinc naturalium legum cognitione utitur, primum ut se cognoscat, se observeat, (§. 244.) seque emendet ac perficiat, deinde ut eos dignoscat, quorum uti velis consilii.

Quod (§. 347.) de conscientia tenera ad beatitudinem aliquosque felices praestandos necessaria, & de fugienda conscientia scrupulorum plenaria, adserimus; id ad principum officia maxime pertinet. Qui jubendi, vetandi, cogendi potestatem habent & obtentu salutis publicae, quam cupiditatibus suis praetexant, nunquam destituuntur, illi quo plus nocere possunt, eo magis sibi caveant necesse est, ne in nocendi cogitationem incident.

(e) De Clementia I, 3.

N.

Naturae leges eyertunt, qui aliam esse statuunt conscientiam *principis*, aliam ejusdem, si privatum se, si se *hominem* esse cogitet; atque adeo credunt principem, salva religione facere injusta & iniqua posse, quae, si privatus esset, quoniam facere naturaliter nefarium foret. (a). Rēcte inquit S.E.NECA in *Thyestes*; ubi non est pudor, nec cura juris, sanctitas, pietas, fides; instabile regnum est.

§. CII. Vetus apud LAMPIDIUM in vita *Alexandri Seyeri* legitur observatio; non tam perficitari populum, si princeps sit malus, quam si malis confidat. Malos dignoscere & a consiliis suis avertere, magni ingenii est.

Erit vero amicus, amicos ut habere mereatur, quos consulat. His tam indiget, ut nemo magis. Non exercitus, neque thesauri praesidia regni sunt, sed amici. At quos imperii ministrorum numero adscribet? Eos, qui tanti faciant religionem animi sui, ut malint ad privatam fortunam redire honesti, quam in honesto obsequio conservare splendorem, potentiam, & proximum a summo locum. Prudentibus, qui non plus artis, quam veritatis, in se se possident, auscultare, honorificum sibi ducet.

Fugiet propter ea calumniatores. Adulationis aculeos contemtu frangeret. Potentiores nunquam effusius laudari solent, quam ab iis, qui plurimum cupiunt, aut timent. Haud meritis vero praedicationibus principi blandiri, ecquid est, nisi laudando eum vituperare? Conscientia facti laudabili

con-

(a) Quid ea de te censuerit *Williams*, Episcopus Lincolnensis, cum ageretur in consilio Regis Britannici *Caroli I.* de comprobatione sententiae capitalis adversus Camitem *Strafford* latae, v. apud le VASSOR Histor. reg. de Louis XIII. ad a. 1641. p. 574.

contentus, vilia verialium animarum praeconia aspernetur. Sincera, etiam tenuiorum, de se judicia magnificat. *Amicis inesse adulacionem, ac penitus nescendas mentes ratus, adit castrorum vias GERMANICUS, afflit*, ut ait TACITUS, *tibernaculis ignotus, FRUITURQUE RAMA sui* (a).

Veritatis audiendac amorem prae se ferens hunc fructum capiet, ut exitiosam ignorationem sui effugiat,

Idcirco non tam *vites & jura, quam officia sua*, sibi ante oculos constitui adsuescat. Haec coram se modeste commemoranti amico, aut a se reverenter desideranti, praesertim si quid iniuste egerit, nunquam indignetur. Eodem consilio *leges optimos de principum virtute & virtutis scriptores. Lecta ad se, & ad indagandos animi sui recessus vitaeque suae consuetudinem applicabit*,

§. CIII. *Vitia formae imperii* (§. CI.) difficulter tolluntur, & ad meliorem statuendam raro sine motibus pernicioſis pervenitur. Sed eorundem vitiorum effectus, quantum ejus fieri potest, imperans corrigat prudentia sua & bonitate. Id inter *malam reipublicae administrationem & bonam interest*, ut haec incommodeſis formae imperii vitiosae aliqua ex parte plerumque moderari posse; illa formam optimam semper frangat ac labefactet.

Proinde princeps *populum ad obedientiam sensu utilitatis ex ea ipsa captae, ac fiducia consiliorum suorum, primores ad probitatem exemplo suo, manuducat*. Bonus bonos civitatis mores formabit, ipsaque vita sua censuram aget (§. XCVI.)

Segne civium studium bene de civitate merendi excitabit aemulatione, laudatione, aliisque meritorum praemiis, in primis vero *aequabilitate in tribuendis beneficiis publicis, honoribus, cae-*
te-

(a) TACITUS annat. II, 3.

terisque juribus, quibus cives alii ab aliis distinguuntur. Non intendet curam praecipuam in splendidos aulicorum, quibus circumfunditur, coetus, neque in solos cives, qui in urbe, in qua consistet, domicilium collocarunt. Pati, qua hos, providentia paterna complectetur provinciarum incolas, atque eos haud minoris habebit, aut a potentioribus haberí patietur. Coloniarum quoque rationem habebit, neque ex his oppressis metropolin iniquos captare quaestus finet, quoniam sunt pars corporis, cui praeest, ideoque cura salutis communis ipsi mandata continentur.

§. CIV. Etiam singulis civibus sui copiam Princeps faciet. Non sordebunt ipsi agricolarum causae; neque a magnitudine sua alienum putabit, suis usurpare oculis, quam parvo vivatur bene. Tristes hominum laboriosorum, sed inopum, gemitus audiendo intelliget, quam necesse sit, ut ad consolandos rei familiaris angustiis oppressos desideriis & sumtibus suis moderetur.

Pater cum sit populi; num quenquam ex liberis conspectu & aditu suo iudicaverit indignum? An paucis duntaxat dederit quoddam blandius aspectus ac colloquii sui quasi monopolium, ut hi se extollant, & superbiores, quam par est, spiritus sumendo infirmiores insolentia sua exacerbent? Naturam imitatur. Natura non habet privignos, nisi maleficos. Horum miseretur bonus princeps, quantum absque interitu boni communis potest; bonos cives, quamvis tenuiores, amat, non tanquam fungos despicit. Hostes sunt humanitatis & gloriae principum, qui his persuadere audent; boni pastoris esse, gregem contempnere, quem pasçit, & a quo vicissim colitur.

§. CV. Imbecillitati & vitiis populi (§. CI, XXXVII. *scq.*) medelam adhibiturus ante omnia in eo eritatur princeps, ut illorum fontes scrutetur. Inquirens in populi *ingenium* fugiat praesumptas opiniones, illudque (v. c. in provinciis a regia longe diffitis) sibi non fingat vilius, tardius, culturae magis impatiens, neque praestantius, quam vere est.

In primis studebit, populi *indolem* plene cognoscere, proinde elatères atque propensiones dominantes, quibus agitantur cives plurimi & reguntur. Momenta, quibus voluntates impelluntur, si fuerint bona, ea conservabit, diriget, incitat: si mala; corriget, quantum fieri potest, praeципue emendata *educatione publica & privata*. Hujus perficiendae studio nūm quod est *patriae patre* dignius? Hic civitatem suam cupit esse quietam, amplam, potentem, beatam. Per quos? Per cives. Debiles, quippe a teneris corruptos, ad malum promitos & expeditos, ad recte & strenue faciendum languidos? Totum civitatis corpus ut firmitatem nanciscatur, augendo partium, ex quibus illud constat, robori studendum est. Germina itaque bonae mentis tempestive tenellae aestati ipserenda sunt, ut medias inter adultiorum corruptelas laete succrescant. Qui educationis publicae curam hodie sovent *Principes*, & ut ea, repudiatis vulgi opinionibus, ad germanam naturae normam dirigatur, enixe laborant, illi monumentum sibi exigunt aere percennius, quod posteri, ad quos demum fructus egregii pervenient, grata mente recoleant.

§. CVI. Atque ea quidem viā praestat *nugatio & otia* populi dirigere, ejusque propensiones dominantes malasque aggredi, diminuire, sensim extirpare, quam eas remediis veherent.

mentioribus subigere festinantes conari. Si ergo c. populus deditus, *pigrus*, *Hujus causis exploratis*, etiam illis, quae ex coeli aërisque conditione pendent, remedium paulatim adhibetur. Praecipue plebi celeriores ac pertinaciores laborandi motus imprimantur ludimagi strorum diligentia, quos liberaliter ali & remuneratione incitari decet pro juvenum multitudine, qui ex eorum schola industria prodierint. Puerae puellaeque praemii tempestive distributis atque aëmulatione ad laborem incitentur. Sacerdotes, quo sint efficaciores morum in hoc genere magistrorum, eo amplioribus praemiis, certe majori prosperum favore, digni judicentur & afficiantur. Ipse princeps interdum ischolastiça instituta exquirat, suisque oculis, quemadmodum agni pascantur, usurpet, & hos quoque supremæ suæ optimi pastoris tutelae commendatores esse cogitet. Adultiores subministrata opportunitate ex labore fructum praesentem capiendi, & emolumentorum ubertate, sensu, spe, ad industriam impelli poterint. Haec via & ratione commodiore, & ad naturam præscripta accommodatore, desidiam populo excutiet, quam eo, quod multi suadent, remedio aspero & angustite, ut tributorum magnitudine cives in necessitatem laborandi conjiciantur. (a)

Nonnunquam se ad imbecillitatem populi demittens princeps, usquedum ei mederi possit, hanc ipsam (*v. c. fiduciam ferrivalem*) ad verum societatis bonum prudenter convertet.

Quibus observatis poserit depicere ductu efficiere, ut cives bona sua, hoc est, quae habent & habere queant, recte norint, deinde ut illis cognitis recte utantur, neque ea, quae in exterorum finibus

(a) Vide MONTESQUIEU d. l. lib. 13. §. 32. splena

splendent, potius desiderare, quam fuis frui, vel, si quid adversi accidat, de meliori statu desperare, sed arti bonis *haud impetrabilibus* carenti adfuescant.

Et hac quidem via, blanda fiduciae perpetuae & venerationis publicae conciliatrice, pri-
mum cives aliunde alliciet, deinde, quos po-
testati suae subjectos habet, eos certius, quam
edictis minacibus, retinebit, deficientibus *migran-*
di causis.

§. CVII. Notae, eademque vetustae, artes,
quas *arcanorum* vel *flagitorum dominationis* no-
mine appellat pingitque **TACITUS**, quid prae-
stant? nisi ut eorum, qui habentas tenent, mala
mens aut imprudentia obtegatur, utque populus
earum artium vi soporifera ab intelligentia, proinde
a studio, veri commodi sui dimoveatur, sen-
sum gravitatis malorum suorum amittat, horumve
causas ignoret, aut indagare non ausit, metuens,
ne, -reus majestatis violatae factus, vanis con-
questionibus majores in se calamitates ingerat.

Talia dominationis arcana v. c. sunt; infun-
dere in animos, alere, augere dulce venenum,
quod in luxuriosa mollitie inest, nutrire superstitio-
nem ac philosophiae inscitiam; ferere errores pu-
blicos, qui dominationi favent; luxu potentes
perdere; extinguere veri honoris igniculos; oppri-
mere mentionem, extirpare notionem, libertatis;
diffidentia disseminata dividere & enervare singu-
los, ut omnes sensim domentur. (a) Estne argumen-
tum manifestius, res populi male esse constitu-
tas,

(a) Cf. **LIVIUS** III, 67. & VI, 34. de statu populi
Romanii, cum vis Patrum quotidie malieriaque aere alieno
exhaustae plebis crescere.

tas, quam caecitatis cujusdam cunctorum at complurium viciorum necessitas, ut imperium fulciatur?

s. CVIII. Ex quibus colligimus, disciplinam politicam universam, qua status civitatis cum *internus*, tum *externus*, ad eum, qui adiri potest, gradum felicitatis provehendus dirigitur, eo esse perfectiorem, quo sit simplicior: hoc est, quo magis naturam, constitutae cujuscumque societatis bonae magistram optimam, sequatur. Talis est, quae in consiliis de modo imperandi & obediendi datis nunquam ab *honestatis* linea deflestit.

Fructus, qui ex germanis, hoc est, *justitiae* & *virtuti consentaneis*, politicorum praeceptis religiose servatis nascitur, est *felicitas civis*, *principis*, *magistratum imperique ministrorum*.

s. CIX. *Felicitas principis* est illa *civitatis*, illa constans & perpetua principis jucunditas, quae oritur ex conspectu felicitatis publicae a se conservatae, restitutae, amplificatae: hoc est, orta ex multitudine, gravitate, ac magnitudine bonorum, quae sua se prudentia, fortitudine, virtute civitati comparasse aut asseruisse, sibi est conscius.

Civis felicitas est status civis jucunda perceptione bonorum, quae in se ex prudenti civitatis formatione & administratione redundare sentit, incomoda haud vitabilia compensantis, atque eorum commodorum, quae suis viribus civitati conciliavit, recordatione, aut eorum, in quibus ei comparandis versatur, studio gaudentis. Verbo, *felicitas civis* est *felicitas hominis*

le-

legibus naturae nobis imperantibus amplificata ejus civitas, cui adscriptus est; institutis, & eorum, qui imperium administrant, viribus.

Ex his dictis patet, civis felicitatem peridere ex opere, ut amio ipse dixisset, ut sit felix; id quod sine perpetuo legibus naturalibus parenti studio sequitur nequit, 2) ex forma imperii & ex ejus administratione. Non datum est homini, nec possit praestari civi, cunctos sine habe die transire. Forma imperii, quae omnes perfectionis numeris habeat, pingi potest, non effici. Frustra desideratur quoque administratio imperii, in primis ejus, quod in regione latissime patente magno hominum, quibus officia ac potestates mandentur, numero indiget, in qua nihil carpendum acutioribus malevolis, maleficis, calumpniatoribus, superfluit. Ille civis, tanquam civis, dici infelix potest, quem facies, quia continetur, ea felicitate immerito privat, qua in solitudine frui potest, felix etem civis, tanquam talis appellatur, quem illa in conspicua beatitate juvavit. Nimum postulavit. Sit uocata, (q) coniungit inveniens, ad quam rem publicam apies accedere possit tandem concludit: si per se finge singulari voluerit, nullam invenies, quae sapientem, aut quam sapientis pati potest.

CX. Felicitas civis, tanquam civis, cum sit profita in copia sub studiorum vita tranquillae & iucundae, quam ipsi civitas praestat; (§. CIX.) non potest non habere gradus, seu ejusdem civitatis, seu diversarum civitatum, cives inter se consenserat. Minima est, cum aut deficient aut exobleverint institutione publica frugifera, aut ea, quae fervantur, minime comodi, vel plurimum

(a) De otio sapientis circa finem.

mali, civibus afferunt. Crescit ea vero pro bonorum, quae publicis ex institutis ad cives quoque dimanant, magnitudine, & pro multitudine malorum, quae eorundem institutorum ope & regnantium prudenter devitantur. Quod Romae in gravissimis dissidiotum inter patricios & plebejos procelsis saepe expetebatur, & pro partis cujusque lubidine explicari solebat, ut communem habere patriam liceret; illud in universum de quibusvis civitatibus dici potest; eam esse necessitudinem eoru[m], qui regant ac regantur, stabilendam, ut ejus fructus non intra exiguos paucorum circulos contineantur, sed ad plurimos, & quantum ejus fieri potest, ad singulos perveniant.

s. CXI. Quotisque *aequalis* esse potest *civium* ejusdem civitatis *felicitas*? Videlicet, quae intelligatur aequalitas. Num potentiae, splendoris externi, iuris honores publicos capessendi, aequalis possessio, an opum quoque ac variarum vitae commodatum? Ad talem aequationem proprius spectare videtur forma regiminis popularis. Sed, praeterquam quod haec non cuivis nationi, ne quidem exiguae, convenit; eorum, quae enumeravi, bonorum aequatio sine subsidiis valde nocentibus fere nusquam introduci, aut din conservari potest. Inventa lege aequalitatem e. c. in munieribus consequendis praefiniente invenitur fraus eam sufficiendi, & contingit nonnonquam paucis acutis tribus, obtentum aequalitatis conservandae latenter in tyrannidem convertere.

Verum sit illa aequalitas statuta legibus populi a Monarchia & Aristocratia alieni, & in ea custodienda pretium maximum libertatis ponatur, ideone haec forma libertatis, ut putatur, amic-

amicissima parem cunctis felicitatem praestabit? Ali ex illa nascetur tanta bonorum summa, quanta aliis imperiorum compositionibus obtineti nequit? Saepe felicitatis ibi est minimum, ubi libertatis est plurimum, ac hujus praesidia sunt instrumenta servitutis.

Praeterea quaecunque sit forma imperii, singuli, qui civitatem incolunt, sive naturae morum-ve suorum vitio, sive ob vitae suae instituta, non sunt capaces pari prosperitatis ex legibus & administratione imperii consequendae.

Quid itaque faciendum est, inquis, ut fere aequalis prosperitas ex institutis civilibus ad cunctos redundet, ne civitatem alii matrem blandissimam habeta videantur, nevercam alii? Defendere omnes ab iniuria; aperire fontes sapientiae, artium & disciplinarum; conjugare cives maximie dissitos rerum & operarum utilium commercio, ut non ibi, ubi est regia, sed ubique & in quibuslibet partibus patriam cernant, quam labore & amore suo juvare suave judicent; sublevare eos, qui non possunt sibi necessaria vitae parare, nisi attritis assiduo labore viribus; nutrire vere pauperes; ad laborem compellere egenos voluntarios; remunerando bene meritentes augere merita; adjuvare & incitare industriam illis etiam, quibus est abunde, inflammandis, ut occupationum utilium suavitate & consuetudine innutriti, vitent illud sui fastidium, quo otiosi sibi ipsis displicant suntque molestissimi. Haec talia eorum, qui ad gubernacula sedent, studia aequilibrium aliquod felicitatis inter cives, licet fortunae munieribus disparres, & a regimine exclusos, constituere possunt, modo nec culpa sua, quod legem naturae negligunt, sint infortunati, nec plus, quam praestari potest, inepte desiderent.

s. CXII. At qui sit, ut quanquam instituta

pu-

publica sint egregia, & administratio imperii praedens, justa in cunctos & aequa, tamen cives non omnes aequa sunt sorte sua contenti, sed in optimis civitatibus non desint, qui de earum statu interrogati querimoniis indulgeant? Deest *ars fruendi*. (§. 90.) Haec vero quid est? Mens bona civis felicitatem suam non metientis ex comparatione prosperitatis (§. 21.) suae cum aliena, sed intenti in id bonum, quo per instituta civitatis potiri potest, & in ejus, quo potitus est, possessione atque usu, absque vanis desideriis, conquiesceatis.

Homines inquieti, atque illud *plus ultra* anxie & continuo cogitantes, homines invidi & ad carpendum, quod ipsi haud fecerunt, proni, sibi ipsi eripiunt eam felicitatis partem, quam non nisi animus tranquillus obtinet. Hunc aliorum eminentium fortuna haud discruciat. Hic id bonum, quod in civitate sibi obtingit, acriore mentis acie cernit, quam, quod malum in ea inest, excerpit, ac potius, ut ex malis haud vitabilibus bona proveniant, prudenter laborat.

At dolet aliquis, regi se se, non regere. Quid ita? Num satis se exquisivit, ut certus sit, se *regendi* artem tenere; se plus boni, si teneat gubernacula, non tam impetu celerrime transeunte, quam studio sibi perpetuo consentiente in civitate creaturum; se sui in ea fortuna potentem futurum? Num ad beate in civitate vivendum necessario pertinet, regendis civibus adhibeti? In qua civitate aequalitas exacta in fruendis reipublicas beneficiis (intelligo potestates, officia, gubernacula) constitueretur, ea nonne foret plena competitorum, plena odiorum continuorum & certaminum?

¶. CXIII. Ex iis, quae (§. 154.) observavimus, infuper aliav causam colligimus, cur civis a cive

R

die

differt gradus felicitatis. Haec non ex solis, quos
civis quisque ex civitate capit, fructibus aesti-
matissima est, sed etiam ex eorum commodo-
sum multitudine, praestantia, stabilitate, quaे
ob id ipsum, quod est civis, in civitatem vi-
eissim conferre potest & contulit. Atque uti
dolorum siand evitabilium interventu, dummo-
do majora gignant gaudia, intenditur felicitas:
(v. 14.) sic & civem effice possum alium alio
feliciorum labores, pericula, incommoda, quibus
pro patria subeundis verum huic bonum manens-
que comparavit. Ne mortem quidem excipi-
mus, si pro multis, quam cum multis, pati &
perire maluit. Bene metitis de patria, inquit
Cicerone, (a) quidse times ad coeli aditum pa-
ret. (§. 169.)

§. CXLV. Transimus ad felicitatem eorum,
in quorum manu posita est magna pars salutis
privatorum, paulo accuratius contemplandam.
Distinguimus eam, qua *magistratus* & *civium re-
tibres*, ab illa, qua qui *imperat*, fruitur.

Illi idem, quod imperanti, propositum esse
dportet, ut pro viribus publice profint. Sed
non licet illis, quantum huic, vias, quas judi-
cent consimilas, inire. Quippe eorum pote-
tias certo modo certoque negotiorum genere cir-
cumscripta coercentur.

Altiorum vero illum in civitate locum pe-
tituri, vel delatum hanc repudiaturi, primum
se explorent, quo animo eum ambiant; (b)
deinde vires suas exquirant necesse est, num in
his possum sit, illud, in quo se elaboraturos pro-
mit-

(a) In somni Scipionis c. 8.

(b) Cf. *Gratios de J. B. & P. II*, 20,
15 & 16.

mittunt, civitatis bonum praestare? Functiones munerum publicorum, in primis illorum, in quibus consilio & arte opus est, nisi eas contineantur vires necessariae & voluntas omnes nervos in usus publicos perpetuo contendendi, splendidum illae hominem, potentem, locupletem, multarum vitae commoditatum participem faciunt, sed, simulatque intra se descendat, sui ipsius taedio aegerrimum.

CXV. In gerendo autem munere, quod bona mente *magistratus civiumque rectores suscep-*
 perunt, non tantum continua scientiae incrementa, sed & diligentia perpetua, qua plus prae-
 stent, quam necessitas officii perfecti postulat,
 ad beatam eorum vitam pertinent. A cupiditate intra latum aut exiguum muneris sui quasi
 circuitum despotas, ut ajunt, agendi, plane
 alieni haud studiose anquirant magistratus, quid
 fiducia imponitatis agere commodi sui causa pos-
 fint, sed quid vel non tentare, vel non omittere ad feliciter vivendum necesse sit. Qui sic
 sentiunt, si in actuatu suorum, & eorum, quae
 non egit, dijudicatione non imperantis vindictam, non hominum potestati suae subjectorum
 odia & querelas, sed se ipsum metuit. Inocen-
 tia, quae calumnias tela haud metuat, alacritas in
 labore subeundo, avaritiae idem, qui arrogantiae
 & ambitionis contemptus, continentia, facilitas,
 affabilitas, constans in bonis consiliis exequendis,
 promptus in malis repudiandis aut mutandis ani-
 mus, aures recta monentibus patulae, eorum,
 quae in commune utilia fieri possunt, tum diligens
 meditatio, tum prudens ac, quantum fieri potest,
 haud violenta executio, indulgentia in errantes, qui
 haud nocent, cum miti studio faciendi, ut errores
 quis-

quisque suos cognoscant & deponant, severitas in noxios temperata legibus & humanitate his non repugnante; haec sunt decora, hae sunt fontes verarum voluptatum, quibus potitur magistratus, qui nolit etiis potestate publica sibi commissa, nisi ea sic utatur, ut prospicit.

§. CXVI. Restat, ut *Principum felicitatem* contemplemur. Non ea est profecto, quae multis videatur. Non orbem magnum possidentes, quo ad beneficiendam uti nesciunt; non potentia sua, ut quidlibet ausint, praefidentes; non eos, qui, quarumvis voluptatum ministris & inventoribus circumfusi, procriptionem imperii aliis delegent, sibi otium servent, &c., instar *Deorum Epicurorum* suis in intermundis semet oblectantium, a negotiis aversi nihil curare summam felicitatem putent; non eos, qui triumphis populo exitiosis glorientur; neque eos, qui, alacri servorum splendide miserorum ministerio elati, sibi ipsis, dummodo optata assequantur, jucundissime vivere videntur, horum nullos vere dixeris beatos. Illi demum beati sunt praedicandi, qui hoc praeciatore Dei munere, quod imperant, recte norunt uti. Talis seculo IX. erat ALFREDUS MAGNUS, ut unum nominem, ne recentioram commemoratio haud procul ab adulacione abesse videatur. In caeteris vita privata potest praestare fortunae eorum, quibus imposita est cura summi imperii; verum illa huic semper cedit immensa virium copia & opportunitate quotidiana quamplurimis beneficiendi.

§. CXVII. Princeps, qui amari velit, amabilis sit opportet. Ex quo amore major, quam in privatum quenquam, felicitas redundat. (§. CXV.)

CXV.) Is autem memor, se hominem esse & eodem, quo homines universi continentur, vinculo naturali obligari, valde dolet, se non profuisse, cui posset. Deinde se principem esse cogitat, quem in majori errandi periculo versantem in quotidiana sui observatione (§. CI.) progredi oporteat, non tantum ne quid injuste, sed etiam, ne quid imprudenter agat omittave, quod & ad univerorum & ad singulorum civium salutem pertineat. Si doluit TITUS, unum diem perdisse: quam leniter & jucundè oportet effluxisse dies caeteros, quos non perdidit!

§. CXVIII. His positis facilior erit ratio explicandi, quemadmodum felicitatem principum bene sentientium dimetiri queas.

Si enim hominis felicitas aestimatur *multitudine verarum voluptatum* (§. 7. 9.); fors nascenti aut populi electio supra communem tot mortaliū fortē extollit conditionem principum, ut diem nullum transfigant, quo non possint se veritate, clementia, humanitate, providentia sua prodesse non tantum praesenti aetati, sed & serae posteritati.

Si insuper ex pondere (intensione) voluptatum vitae felicitas censetur; majoremne sentire dulcedinem potest nobilis animus, quam hanc, magnis malis liberare, multisque & manentibus bonis impertiri *totam civitatem*, &, quoad ejus fieri potest, cives singulos,

*Hos magni facere, his bene velle, his vivere
amicum?*

Denique si & recordatione & spe stabilis posses-

R 3

107

sionis earum causarum, quae veras in mente voluptates gignunt, magnitudo felicitatis humanae augetur: felicem ter & quater principem! qui non insidiosis humiliter sibi adulantium lenociniis, sed suis oculis credit, hunc ad se fructum curarum ac providentiae suae pervenisse, eives praesenti sua & probabili posterorum sorte laetos, atque imperii, quo reguntur, suique amantissimos. Hic demum pater patriae, hic solus, cum est in confinio, ut relicto hoc hospitio aeternas beatitudinis sedes per dumeta morbi mortisque ingrediatur, in illa doloris tunc urgenter & spei erigentis vicissitudine populum, cuius salutem fundavit, stabilivit, restituit, jucunde respiciens, jam jam coelestia gaudia aetatem feliciter peractam consecutura praesentit, intentumque immortalitati animum tranquillat suavi hac cogitatione: *fuit bene & erit!*

Quae de officiis, & de nascente ex illis felicitate, principum ac magistratum, imperiique ministrorum, quorum hi consilio & opera utuntur, haec tenus disputavimus, illa fatis confirmare arbitramur, eam disciplinam haud parum esse utillem cunctis ad civitatum gubernacula adspirantibus, quae ipsis ante omnia sibi imperare, deinde, quos regere cupiunt homines, eos nosse docet.

F I N I S.

I N.

F N D E X

R E R U M.

*Numeri Romani paragraphos Additamenti.
indicant.*

- A**bdicatio juris quid? 6. 295. 339
— quaenam sit firma? ibid. 360. 361
Abdolonus. 65. 931 pag. 86
Actio bona, mala. 26. 232. pag. 310. 320. pag. 444
— externa pia, religiosa. 191
Actiones liberae. 2
— constant ex tribus partibus. 2
— habent cum effectibus suis vim seu relationem naturalem & perpetuam ad felicitatem. 26. 27. 41.
— (pag. 25.) 228
— consentientes et in natura qua nota distinguantur ab iis, quae huic repugnant? 269
— liberae tantum imputantur. 316
— alienae dum imputentur. 333
— ab ignorantia prosectorum an possint imputari? 323. p. 453
— involuntariae quae? num imputentur? 322. 323
— a proposito legem mitigandi non protectae in imputandae? 331
— honestae. 292
— perinilliae plene & minus plene. 248
— inter virtutem & vitiositatem mediae? 200
Actionum liberorum bonarum nota. 30. 236
— momenta eorumque vis. 2 seqq. 197
— effectus necessarii, contingentes. 39.
— contingentes quibusque in regulis vitae statuendis valeant. 43. 197
— bonitatis & pravitatis mensura. 325. 327. 340
Actus vitae seu activitatis stimulus in homine. 62
Aditus ad alios facilis, commodum societatis. 113
Adjuvaré quid? 140
Adoratio unde oriatur? & quid sit? 172. 185
Aegritudo quomodo oriatur & intendatur? 88
— voluntaria. 95. pag. 90
Aequabilitas in officiis imperfectis exequendis. p. 435
R r 4 *Aequa-*

INDEX RERUM

<i>Aequalitas naturalis.</i>	§. 110
— in civitate quaedam superest.	XCVIII.
— jurium, quae cum hominibus nascuntur.	pag. 502
<i>Aequalitatis custodia in civitatibus, quae dicuntur liberae.</i>	LXXXVII,
— falsa notio Hobbesiana.	p. 409
<i>Aequalis felicitas civium.</i>	CXI. seqq.
<i>Aequitas quid sit?</i>	pag. 420
— iudicis definitur & interpretis legum aequitas falsa.	XVII. XVIII.
— mercatorum.	310
<i>Aequitatis studium quoniam sui pretio commendetur?</i>	306
— mensura,	311
— regulae.	329
— significatus strictior.	314
— nexus cum felicitate C. H.	315
<i>Aequum & justum quomodo differant?</i>	305
— — — non colliduntur.	312. pag. 430. seqq.
<i>Aescines.</i>	157. pag. 196
<i>Assimatio hominis quando decrebat?</i>	123. 139
<i>Affectus minus recte passiones dicuntur,</i>	79. 81
— tanquam mentis perturbationes haud reprobandi.	81. pag. 79
— quomodo oriuntur, incalescant?	ibid.
— quando noceant?	82
— quomodo regendi?	203
<i>Alexander Severus quomodo fortitudinem excitaverit?</i>	87
<i>Alfredus magnus.</i>	CXVI.
<i>Alios seque ac nosmet ipsos esse amando.</i>	128. 159
<i>Alios num plus aliquando, quam se amare, intersit?</i>	166
<i>Amare quid significet?</i>	LXX. pag. 585
— hominem hominis interest.	159
<i>Amabilitatis sensus.</i>	102
<i>Ambitio, stulta, maligna, effrenis.</i>	134. pag. 134
<i>Amicitia, quid sit? quatenam vera? & quantum vitae bonum?</i>	126
<i>Amici, propinquui &c. quousque ferventiore amore complestepdi?</i>	165
<i>Amico (pro-) mori quando dulce?</i>	169
<i>Amor erga se ipsum verus, fatuus.</i>	26
— erga alios mercenarius.	154
<i>Amor</i>	

INDEX RERUM.

<i>Amor</i> purus, sincerus.	155. 187
— mixtus.	— 155
— purus quantum praestet amori mercenario?	156
— inimicorum.	157
— Dei.	156. 187
— civis in patriam quis & unde? LXVII. p. 583.	LXX. p. 585.
<i>Amoris</i> in patriam efficientia quoisque pateat? LXXI.	pag. 585
<i>Analogia</i> (ab) naturae argumentum.	40
<i>Anacharsis.</i>	66
<i>Anachoretas.</i>	98
<i>Antropophagi.</i>	107. pag. 107
<i>Animus</i> immortalis, idem sui ac status praeteriti sibi conscientius, & novarum idearum capax.	16
<i>Animalibus</i> officia proprie dicta an debeantur?	280
<i>Animi</i> vires perficienda.	71
<i>Animus</i> nocturna aliquando videt & tamen eligit.	74
— quomodo conformandus, educandus?	207. seqq.
— qua cognitione reflectendus? qui vi impellente inveniendus?	74. 183, 197. seqq.
— falsus quis dicendus?	122
— pulcher quis?	137
— magnus, fortis — ?	140
— rectus?	266. p. 361
— aequus?	303
<i>Animi</i> alieni status quomodo habens innoteat?	155. p. 191
<i>Aesculines.</i>	157. pag. 196
<i>Antonini</i> dicta.	333. & XCIV. p. 606
<i>Apathia.</i>	88
<i>Apertus</i> quis dicendus?	122
<i>Apicius.</i>	59. pag. 40
<i>Appetitus</i> quid sit?	8
— celerior & vehementior unde?	ibid.
— omnis dirigunt ad voluptatis perceptionem.	9
<i>Aptitudo</i> quid GROTI significet?	305
<i>Arcana dominationis.</i>	CVII.
<i>Aristoteles.</i>	260. pag. 353
— ejus doctrina de vera nota virtutis.	199 p. 255
<i>Aristippus.</i>	260. pag. 353. §. 208
<i>Ars physiognomica.</i>	83

IN D.E.X. R.E.R.U.M.

- Ars fruendi praesentibus.* 1. §: 90. p. 83. CXM.
 — — — bonis quae infunt in republica CXII. p. 622
 — — — formandi mores publicos quid & ejusque artis sub-
 sidia. XL. p. 559
- Artium praestantia,* 1 - 79
- Afotoram vita.* Itinerarii, etiam in locis aliis. 68
- Asperitas* poenarum in civitatibus nimia no-
 cet. Longum esse tempore dimicatio XLV. seq. p. 562
- Associatio* idearum prima quantum valeat in forman-
 dis hominum sententiis & moribus, quomodo evite-
 tur. 53. 213
- Astrologia* superstitionis plena. 189. pag. 234
- Atheus* obligationem servandi praecepta naturalia peripi-
 cere potest. 235
- Attentionis* virium inopia, ejusque causae. 76. 220
 p. 290. §. 366. p. 517. seq.
- Auctoritas* quid? 105. pag. 104
- Auctoritate* quomodo utendum in praecēptis Ethicae
 tradendis? 44. (pag. 28 & 29.) 209. 234
- — — in actionibus regendis? 346. p. 490
- Audacia* coeca quomodo a fortitudine differat? 68
- Augustus.* 137
- Aurelius (M.)* 33
- Aurelianus* XXXI.
- Aversatio*, & ea quidem vehementior, quid & unde? 8
- B*abyloniorum leges, duae injustae. XXVII. XXVIII.
 p. 549
- Barbari*, parentum sicarii, num refellant doctrinam de
 sensu morali? 243. pag. 332
- — — num a Juris Gentium communione excluden-
 di? VI. p. 532
- Barbaris* bellorum feritas immiterio tribuitur. 107
- Barbaries* vincitur communis ex cœlo ingeniorum ma-
 nantibus. 73
- Beneficentia*, & quomodo ab humanitate distingua-
 tur? 157
- Beneficii* notio, falsa & germana. 118
- Beneficia* ut alii conferre velint, quomodo efficien-
 dum? 119
- Be-*

INDEX RERUM.

<i>Beneficia</i> quibus praetipue impertienda?	164
<i>Beneficium</i> unde & quando malefacto compensetur?	§. 165. p. 208
<i>Beneficiorum</i> recordatio est impulsus ad amorem majorum.	165
— dimensio.	120
<i>Beneficus</i> aliquando est ille, qui laudenti parcit.	130
— qui pertinaci cedit.	153
<i>Benevolentiae</i> alienae sibi comparandae instinctus.	105
<i>Benignitas</i> quid sit, & efficiat?	102
— prudens, hilaritatis fons pereennis.	109
— quaenam non consentiat (cum felicitate generis humani)?	119
<i>Bonus</i> quis datur?	178
<i>Bonitati</i> viri imago.	202
<i>Bonis</i> an male, & malis an bene?	189. 203
<i>Bontas</i> , saeva quaenam?	133
— actionis suscipienda non ex loco consilio, seu fine, restimanda est.	336. pag. 318. seqq.
<i>Bonum</i> ipsiusque gradus, ac partitio in physicum ac morale.	10. 237
— communione societatis quid?	125
— civitatis, ejusque tutela.	XCIV.
— summum.	243. pag. 333
<i>Bonorum</i> externorum notio ac genera diversa.	63
— pretium internum.	64
— copia & usus non sufficiunt ad feliciter vivendum.	69
<i>Brutis</i> num officia debeantur?	280
— (a) ad hominum jura & officia intelligenda caute argumentandum.	352

C.

<i>Caerimoniae</i> piae, quaenam salutares?	193
<i>Caesaris</i> (Julii) caedes.	129
— generosa mens.	137
<i>Calliditatis</i> detectae effectus?	109
<i>Candidus</i> quis dicendus?	122
<i>Caraibae.</i>	107
<i>Caritas</i> in hominem inepta.	133
<i>Ca-</i>	

INDEX RERUM.

- C**aritas quando exigat, ut alterius causa juri nostro renunciemus? §. 308. 309
Carthaginensium consuetudo victimas humanas immolandri. p. 555. in not.
Casū aliquid accidisse, quid significet? 128
Casus conscientiae qui dicantur, & cur hodie facilius solvantur? 256. pag. 348
Cato nūn recte se interfecerit? 59
Catonis oratio. 328. in not. pag. 459
Carneadis de justitia opinio explosa. 299
Carolus V. XXXI. p. 552
Causae proximae, remotae, sociae, quomodo imputentur? 336. pag. 472
 — morales explicantur. ibid.
Cedere aliis quando sit aut non sit sapientis? 153. p. 187
Censoriorum judicium. LIII.
Certum quid? 241
Character hominis. 79
Chauci exemplum praebent, posse populum magnitudinem suam tueri justitia. LXII. pag. 579
Ciceronis libri de officiis quo spectent? 201
 — illiberale votum. 157. pag. 195
 — Q. factum. 168. pag. 213
Civis bonus quis? LXV. pag. 581. LXXXI. p. 594
 — ejus merita in civitatem quae? ibid. pag. 582
 — patriam suam amantis munus proprium. LXXXIII.
 — pag. 587
Cives flectendi via quatenam tutissima? XCIII. seq.
 — quibus momentis ad leges odio habendas impelli soleant. XXX. LXXVIII. XCV.
Civium felicitas explicatur. CIX. p. 620
 — ejus gradus indicantur. CX. p. 620.
Civitas vid. *Populus*.
Civitatis officia erga civem. LXVI.
 — ad perfectionem quid requiratur? LXVI. pag. 582
Civitatum felicitatis diminutae origo ex causis moralibus domesticis. CII.
Cleantbes. 65
Clementia principis quibus terminis describitur. XLVI.
 — p. 563 seq.
Coactionis licitae metus, momentum justitiae proprium. 306. pag. 423
 — *Coactus*

I N D E X R E R U M.

<i>Coaditus</i> directus & obliquus.	§. 144
— quoduplex ejus genus humanae societati profit?	ibid. pag. 110
<i>Cogitatio</i> & <i>conatus</i> quoisque in foro humano imputari possit?	328
<i>Cognitio</i> sui ipsius.	242
— rerum, factorum utilis, ejusque pretium.	72
— vera & distincta non semper vivax.	74
— distincta cur minus valide inclinet voluntatem?	77. 78
— rem intuentis, seu intuitiva, quomodo praestet symbolicae?	78
<i>Cognitionis</i> utilis comparandae occasio est fructus societatis.	111
<i>Collegiis</i> (in) tres praecenta de firmitate in sententiis sur indulgentia commendantur.	153
<i>Comitus</i> superiorum oblectat, & pretium ipsorum auget?	113
<i>Commercium</i> rerum & operarum quoisque sit fructus societatis?	116
<i>Communicationis</i> instinctus.	103. pag. 64
<i>Conatus</i> definitio & partitiones.	326
<i>Concordiae</i> studium.	153
<i>Conflictus</i> , collisio legum quid?	246
— officiorum non datur.	271. 291
<i>Conscientia</i> est instinctus.	53
— nunquam potest tolli.	58
— voluptas & aegritudo ex ea nascens, bujusque gradus.	54
<i>Conscientiae</i> significatio altera.	345
— & imputationis moralis eadem sunt divisiones.	345
— bonae, malae, rectae, errantis, certae, probabilis, definitiones.	345. 346
— error unde oritur, & an culpa vacet?	349
— — — societati noxius an in hac ferendus.	350
<i>Conscientiae</i> dubiae definitio?	348
— forum.	338
<i>Consensus</i> popolorum non aperit viam tutam probandi naturales vitae regulas.	44
— — — non est vox naturae.	ibid.
	<i>Cen.</i>

INDEX RERUM

- Consensus** sapientum non est probatio L. L. N. N. sufficiens. §. 253
- Consilia** divina vid. **Fines.** et. 89
- Consolatio** in adversis. et. 89
- Consortia** prava educationi nocent. 207
- Consortii** ad aequalitatem coeuntium naturalem proprius accedentis suavitas & suetas. 113
- Constantia** non cedens malis quaestuas sit, & quando hominem deceat. 153. pag. 120
- Constantinus Magnus.** 139. pag. 103
- Consuetudo** in puerulis quantum valeat? 143. 170
- in republica. LIV. p. 570
- multa habendi pars consuetudinem multa desiderandi. 65
- gladiis strictis epulandi, unde? 161. pag. 96
- Consiliarii** principum qui eligendi? §. Cl. 1.
- Contemna** religionis quid? ejus tentare. 190. pag. 239
- Cosmographum** fons. 116
- Concordationis spiritus quis?** ut nam subigandus? 145.
- (p. 417.) 228. pag. 292
- Contumacis** in legibus non observanda fontes variis, & legislatoris officium in iis ostendit? XXXIII. pag. 553
- Cor** frigidum & durum, causa generalis orniendi actiones, quibus consulitur alienum commoda. Unde eritur 107. (pag. 199.) 132. p. 150
- Cor** tenerum natura dedit hominibus, quod educatione consumatur. 206. p. 269
- Corporis** vires conservandae & augendae. 60. 64. 62.
- — — non sufficiunt ad felicior vivendum. 69
- — — status quid valeat ad fulcipientias opiniones noxiis, & quibus modis curandus? 205. (p. 267.) 220
- — — composta prepter animorum expetenda. 273
- Corpus** quaesitis cruciatibus non macerandum. 61
- Coronae** civicae praecium apud Romanos quam vim habuerit? XCI. p. 604
- Crudelitas** quomodo oriatur, & adolescent? 139
- Cupitus** Dei. 192
- — — externas homini necessarius. 193
- — — hypocriticus, automaticus. ibid.

INDEX RERUM.

- Cultus** Dei publicus Christianus quā in re praestet cultui
Gentilibus usitato. ibid.
Culpae in violatis erga alios homines officiis positae defini-
nitio. §. 128
— latioti significatione in negligētū quoniamvis offi-
ciorum positae definitio & dimensio. 325
Culpa quam obligationem in societate naturali & civili
gignat. ibid. p. 454
Curiositas seu **Cupiditas** sciendi innata. 35. 70
Cupiditatum concursus in qua societate sit maximus? 134
Cynici decorum immerito reprehendunt. 115

D.

- Damnum** quid & quomodo a detimento diffe-
rat? 129
— aliis inferre natura prohibet. ibid.
— ubi & quando vi avertendum? 129. 130. 287
— quotuplicet? 294. pag. 408
Decorum quid? 115
— causae ob quas sit inventum, quinam illud ma-
jori cura observent? ibid. p. 118
Decori cultu quando consortii gratia pereat? ibid. p. 119
— perfectio unde aestimanda? ibid.
Decor, placet. ibid. p. 120.
Decretum actionis liberae. 2
Decreti alieni auctor quomodo quis fiat? 333
Defendere. 136
Defensio aliorum quando felicitatem augeat? 167. 168
— per vim: quatuor iurium perfectorum licita.
— 129. 130. 283
Defensionis & ultionis fines facile confundi confusis offi-
ciorum imperfectorum & perfectorum finibus. 136. 289
Defensionem per vim aliquando omittere, hominis in-
terest. 130. pag. 143
Demosthenes. 157. pag. 196
Dependens, nimis conditio hominis ab homine quid
& unde? 148
Derelictio juris quid? 359
Desiderium gloriae immortalis num inane? 161
— felicitatis homini insitum. 11
Do-

I N D E X R E R U M.

- Desidia* naturae repugnat. §. 63
 — unde nascatur? ibid.
Despotica regnandi ratio. pag. 610. seqq.
Deus est summe potens. 172
 — beatissimus. 173
 — sapientissimus. 174
 — summe bonus. 178
 — successibus humanis non invidet. 184
 — est verax & justus. 188. seq.
 — legislator. 237 pag. 319
Dei cognitio felicitatem maxime auget. 171. seq.
 — libertas. 248
 — voluntas an principium cognoscendi LL. NN? 266
 — providentia. pag. 360
Dignitas hominum nativa. 179. seqq. 301
Diligentia perpetua homini necessaria est. 310. p. 71
Divina praeepta quo spectent? 62
Divortia. 185
Dicearebus. XXXV. pag. 554
Diogenis desiderium. 101. pag. 96
Disciplinarum praestantia & vis ad felicitatem. 168
Dolor num semper noxius? 144. 167
 — aliquando expetendus & necessarius. 41. 43. 86. 270
 — quomodo intendat magnitudinem voluptatis? 128
 — verus & fallax unde? 9
Doloris metus ac voluptatis spes actionum liberarum
 momenta ultim. 3
 — origo. 4
 — graduum diffensio. 7
 — perferendi remedium spurium & verum. 88. 89
Dolus directus, obliquus. 128
Doli partitiones & gradus. 325, 326. 327
Dominanai cupiditas quatenus & unde? 143. pag. 169. seq.
Draco notatus. XLV.
- E.**
- Ebrietas* voltinaria. 320. pag. 443
Aducatio quid? quomodo cum felicitate educatorijs
 connexa?
 — physica, nimis mollis, mascula &c. 162
 — nimis severa efficit timidos aut ferocios. 206
 — ibid.
 Edu

I N D E X R E R U M.

- Educatio** publica ac privata est regnum corrigendi vi-
tia populi. §. CV.
- Educationis** perversitas fons multorum errorum mora-
lium. 205
- Educationis** vis in mentibus ad vera bona dignoscenda
& felicita formandis. 206. seqq.
- cura publica gloria. CV.
- Educatoris** imprudentia corrupti impuberis. 214
- Educator** quae praecpta impuberibus praecipue incutere
debeat. 219. p. 288
- Effectus** actionis liberae proximi & remotiores. 38
- necessarii, adventitii seu contingentes. 39.
- certas vitae regulas suppeditant. 43
- adventitii in judicio de bona & mala actione quo-
usque hand negligendi. 43. p. 26
- Egeni** qui? 64. pag. 47
- Egoismus** moralis. 128. 132. 154
- latens sub integumento amoris in patriam. LXXVI.
- Epichorus** notatus. 155. (pag. 192.) 179
- principium ethicae. 268
- Epicheti** mens tranquilla potior vita Xerxis voluptatibus
corporis referta. 203. p. 261
- Error** in electione boni, fons mali moralis, quo-
plex? 75
- unde? 76
- in doctrinis moralibus unde oriatur? 243
- Erroris** stabili & subiti in dijudicatione boni & mali
fontes. 244
- Ethicae** philosophicae definitio, finis, perfectio. 250.
seqq.
- origo & progressus. 259. seqq.
- laxioris & justo rigidioris effectus noxi. 252
- experimentalis studium praemittendum rationa-
li. 254
- quae methodus preferenda? 253. seqq.
- historia. 259. seqq.
- an recentiorum diligentia multum profuerit? 262
- S. Bib.

INDEX RERUM.

- Ethicae christiana cum naturali nulla pugna, sed illa
hac est sublimior.* §. 263
- quorundam veterum & recentiorum principia
collata. 267
- & Juri Naturalis discrimen in quo sit po-
litum? 356
- an politica aduersetur? LVII. p. 573
- praecepta vera quae? 253
- — — foecunda quae? 255
- — — pauca, sed ordine naturali traden-
da. 256
- — — & quidam ita, ut eorum veritas sen-
tiatur. 257
- — — perfectionis gradus. 258
- — — principium, ex quo cuncta praecepta colligun-
tur & intelliguntur, definitur. 265
- — — cur de eo tantopere ambig-
soleat? 266
- — — traditur. 270. p. 367
- Ethica vera populorum.* V.
- civium. LXIV. seqq. pag. 581. seqq.
- principium. XC VIII. seqq.
- & politices vinculum. XC V. seqq.
- Ethica vera est expressa naturae effigies.* 73
- Evidentiae & imprimis mathematicae notio.* 242
- Executio in actione libera quid?* 2
- Exemplo quomodo virtue regulae traducantur?* 35
- Exemplorum vis salutaris, noxia.* 169. 207. 216
- Exemplum malum non vacat culpa.* 336. p. 471
- Existimatio simplex quid?* 105. pag. 102
- — — laedere eam quis dicatur? ibid.
- Experientia ejusque in iudiciis de bono & malo facien-
dis usus.* 34

INDEX RERUM.

F.

- F**acilis boni & mali distinctio quomodo impediatur? §. 205
 cogniti peractio in teneriori & adultiori
 aetate quomodo acquiratur? 211 seqq.
Facilitatis probae ac malae fines quomodo regundi? 152
Facultas moralis quid G. B. T. I. O.? 262
 distinguendi bonum a malo a ratione distincta
 quid? 45
 praeyidendi est debilior facultate recordandi &
 sentiendi. 77
Fallacia causae in judicio de actionum effectibus. 45
Falsoquo utentes quo usque culpaudi? 121
Fama a laude differt. 105 p. 103
Fasidium sui temporarium, perpetuum. 68. 72 73
Fato mundus non regitur. 175
Felicitas, quid? 12. 13. 279
 civis. CIX.
 quos habent gradus? & quo usque
 aequalis? CX. seq.
 populi qua ex re aestimatur? LVI. p. 572.
 hominis & civis quavis seruanda non everti-
 tur. 21
 augetur rerum naturalium cognitione. 170
 finita, accessionis, diminutionis, conversionis
 capax. 194
Felicitas nominis studio, perpetua actionum harmonia, im-
 petratur. 195
Felicitatis principum definitio & analysis. CIX. CXVI.
 seqq.
 praecepta quomodo tradenda sunt. 254
 desiderium insitum, instinctus opiniun primus. 12
 progressum & diminutionum dimetiendi mo-
 dus. 14. 17
 quaerendae via unica. 22. 228
 gradus infimus. 14
 sintne homines capaces? 18
 adeptio non repugnat naturae, neque expe-
 rientiae. 19. 20
 impedimentum ex perverso libertatis usu. 28
 partes, quas homo expedit. 57
 Ss 2 66

INDEX RERUM.

<i>Felicitatis</i> iter & sistema certum, naturale, divinum, immutabile, bonum datur.	§. 25. seqq. 29. 31
— studium est fons, ad quem redit praeceptum ge- nerale omnium officiorum.	268. 270
— studio praeceptum de studio perfectionis est subjectum.	269
<i>Felicitatem</i> alterius impedire non semper est laedere.	312
<i>Fides</i> est fons persuasionis de veritate regularum mora- lum complurium, & saepe procreatrix errorum mal- la magna giguentium.	135
<i>Fidem</i> pacti & promissi violare, naturae repugnat.	129. pag. 145 in fin.
<i>Fiducia</i> in Deo.	186
— in legislatore jam existentem confirmat obligatio- nem.	334. pag. 312
<i>Finis</i> quid?	237
— bonus.	ibid.
<i>Fines</i> Dei.	176
— — particulares ad supremum finem colli- neant.	ibid.
— — — quomodo innescant?	177
<i>Fingendi</i> facultas corrupta virtuti impedimento est.	209
<i>Flagitia</i> dominationis quid praestent.	CVII.
<i>Fœcundum</i> principium quid?	255
<i>Fontes</i> cognoscendarum ac colligendarum vitae regula- rum tres.	33. pag. 23
<i>Fortitudo</i> .	86. 93
— quomodo distinguatur a temeritate &c.	86
— cum felicitatis studio conjuncta, quomodo ex- citetur?	87
<i>Fortuna</i> , fortuita eventa.	90
— non regit vitam.	92
— adversante, quando hominem facti non debeat pœnitere?	ibid.
<i>Fortunae</i> metus aut spes an agendi momentu rectum?	91
<i>Fortunam</i> secundam ferre cur difficultius, quam adver- sam?	93
<i>Fragilitatis</i> humanae definitio.	450
<i>Fraudis</i> insitum est homini odium.	129
<i>Furi</i> -definitio & varja genera.	338
<i>Futuri</i> ignorantia num homini utilis	90. 188
	<i>Ge-</i>

INDEX RERUM.

G:

- G**enerosa mens. §. 137. 138. pag. 161
Germanico quomodo contigerit frui fama sui? Cl. p. 614
Gladiatorum spectaculum sapienter fuit prohibitum. 133
pag. 163
- Gloria.** 124
 —— Dei quid significet? 190
Gloriae perversa notio exitiosa aliquando bellorum mater. Cl.
 —— immortalis desiderium 161
Gratam mentem non postulat vere beneficis. 118. p. 124
Gratae mentis character. 165
Gratis beneficium cuiquam tribuere quid? 117. p. 122
Guilielmus, Rex Anglie quantopere venatus deditus. 80
Gustus quomodo perficiatur? 71
 —— in decoro definiendo. 115. pag. 119
 —— corruptus quomodo virtutis studio officiat. p. 270
Grotii merita de disciplina juris N. & G. 370

H:

- H**armonia universi quid suavitatis menti suggestat? §. 70
 —— actionum liberarum. 47
 —— —— quomodo obtineatur? 165
Harmoniae actionum perpetuae nexus cum felicitate. 196
Historia quomodo Ethicae proest? 254
Historiae usus in disciplina Juris Gentium. VIII.
 —— *Civilis* usus in emendandis moribus populi. XXXVIII.
Histrionia splendore inani fallens. 202. pag. 260
Hobbesius ludit voce legis N. 245
 —— iures omnium in omnia quale statuat? 295. 358
Hobbesii jus N. 370
 —— doctrina de homine ad societatem calendam naturaliter haud apto, sed per vim humanam aptando. 101
 —— —— refutata. 107
Homo cupit esse & sibi bene esse. 11
 —— an felicitatis capax, & quantae? 18. 19
 —— rebus extra se positis indiget. 63
Homo

INDEX RERUM.

- Homo* an natura sit habilis & pronus ad colendam societatem? §. 50.
 — sensu humanitatis, moralis approbationis &c. prae-ditus est. 102
 — & sensu obligationis. 236
 — qui plus potest, an semper plus noceat? 107
 — an homini lupus, malus daemon? ibid.
 — cordatus quando consilia, quae non probat, tolerare debeat? 153
 — homini debet prodesse. 154
 — alterius statum, ut suum considerate debet; exim multae Philanthropias regulae derivanter. 159
Hominis perfectio moralis in quo consistat? 244
Homini, qui sibi vivit tantum, aut altis studiose inferinalia, haud bene 109
 — contingit facultas LL. NN. cognoscendi. 222
Homines natura conjuncti. 98-99
 — ultra miseri. 184
 — num natura sicut ictem animo, & sola educatione varientur? 203
 — natura omnes aequales. 293
Honestas. 292. pag. 203
Honestum quid, & ex Statutorum sententia? ibid. pag. 401
 — bonum est simul utile & jucundum. ibid.
Honor externus quis? quotuplex? verus & falso quomodo dus? 123. 124. LXXXV.
 — falsus exsors vetae voluptatis. 124
 — turpis. ibid. pag. 138
Honoris aestimatio. 209
 — studium natura ingeneratum & salutare. 105.
 — pag. 103. seqq.
 — non debet haberi bonum unicum. 124
 — in pueris aetate excitandum. 220. pag. 291
 — violatio an sit laesio juris perfecti? 294. pag. 407
 — obtinendi quae via? 224
 — stimulus an in Monarchiis sit elater ad regendos cives primarius & unicus? 333
 — punctum, unde & quid sit? 149
Horatius sororem occidens. 343
Huntati generis ordo providentiae D. specimen. 184
Humanitas venusta. 184. + 145
Humanitatis sensus natus, 102. 110
 444-

INDEX RERUM.

- Humiles qui dicantur?* §. 147
Humilitas quaenam falso dicta? 144. pag. 109
- I.
- Idearum consociatio (afficiatio) prima quid efficiat in infantibus?* §. 35
— quam habeat vim in mente regenda? 213
Ignavia a variis caussis dicitur & nocet. 87
Ignoratio salutaris quaenam? 121
Ignorantia LL. NN. an possit imputari? 330
Ignotis prodesse non dominis intersit? 100
Imitandi studium in eruentis vitae regulis? 35. 37
— regit hebetiores in civitatibus XCVI. pag. 607
Imitatio bona, cœca. LIII. pag. 363
— quaevis non tollit libertatem. 144. pag. 172.
 & §. 143
Immortalitas animi. 15. 195
Immortalitatis beatæ spes erigit aerumnosos. 21
Imperare quando sit vere dulce? 63
Imperium quodnam firmius & principi expetibilius? XCIX
Imperiū forma civi maxime commoda quaenam? XXXIII.
— vitiorum quandoque genitrix. XXXVIII.
— fortarum stabilitas quomodo conservetur. LXXXI.
— LXXXIV. p. 597
Imperio humano (ab) caute argumentandum ad explicationem imperii divini. 184
Imperitia. pag. 453
Inprudentia ejusque effectus. 119
Impudentia quid? unde oriatur? 104. p. 101
Imputatio quid? hujusque doctrinae motientum. 316
— physica, moralis, efficientis, inefficax. 317. 318
— moralis proprietates recensentur, & earum prima, ut sit actio libera. 319. seqq.
— vitiorum naturalium, motuum animi subitorum, consuetudinis agendi. 320
— moralis ponit obligationem. 320
— actionum difficultum, involuntariarum. 320. 321. 322
— voluntatis malefaciendi. 328
— bene, sed violato legis praescripto, agendi. 331
Imputatur actio auctori. 329

INDEX RERUM

- Impunitus* respicit quoque statum agentis. 341
 — est genus argumentandi. 344
 — actionum, quarum bonitas est ambigua. ibid.
 — actionum propriarum, conscientia. 345
 — eventuum, qui contra mentem agentis accidunt,
 & effectum actionis remotiorum. 332
 — actionum alienarum. 334. seqq.
Imputationis aequa ac obligationis varia sunt genera. 290
 — doctrina, quam habeat utilitatem? 316. pag.
 437. seqq. 343
 — gradus debet respondere gradui bonitatis aut
 pravitatis actionum. 359
Inaequalitas hominum unde? 110. 295. 357
 — num per se efficiat invidiam, crudelitatem &
 malitiam? 197
Incommoda in societate aliis faciendo vel non faciendo
 illata. 131. seqq.
Indigentia absoluta, hypothetica, quae & unde? 64
Indigentiae absolutae arcti limites quomodo exten-
 dantur? 65
 — opinatae effectus. 65. 66. 68
Indolentia. 6
Indoles, nativa, acquisita, quomodo formantur? 79. 207
 — nativa quomodo obserat studio virtutis. 321
 — seu temperamentum gentis. XXXIX.
 pag. 558
Infans quomodo vitae regulas colligit? 34
Ingenium latius dictum. 79. 207
 — minutum. 152. pag. 184
Ingenii cultura quid boni praefert? 73
 — perfectio & quomodo ei studendum? 207
Ingenua erroris confessio quem fructum habeat? 207
Ingratas animus.
 — vi & armis haud vindicandus. 289. 355
Ingrato profuisse, ne poeniteat. 118. pag. 124
Inimici sunt amandi. 157
 — quomodo prodesse possint? 157. pag. 281
Inimicum virtutis in adversario spectatae pulcritudo fe-
 rit. 262
 —

INDEX RERUM.

- Inimicus quis?* efficax, inefficax. 6. 157.
Inimicorum ex odio semper aliquid mali provenit, ex eorum amore autem haud parum boni. ibid. p. 196. & LXXV. p. 589.
- Injuria.* 129. 293
- Injustitia a regnantibus admissae effectuum an populus immunis?* 302
- successus poena naturalis est. 301. pag. 417
- Injustitia & iniuriae an felicitas populi augeatur?* LVIII.
- Injustus, quavis potens, num felix?* 300
- Injusta & criminosa actio ut differant.* 324
- Instinctum definitio, & vis.* 33. 49. 50
- Instinctus a proclivitate & cupiditatibus adscitiis distinguendus.* 49
- rationale regendi. 30. 130. 136. 144
- alios aliis natura oppoluunt. 31
- & ratio natura conjuncti. 53
- nituntur ad praesens. Ibid. & 160.
- non sunt mali, sed minus certi vitie duces. 31
- varii in prima aetate qua ratione rite dirigendi? 229
- efficacitatis, activitatis. 62
- benevolentiae quo hominem ducat. 103. 160
- curiositatis. 70
- defendendi se ipsum. 130
- misericordiae, communicationis. 103
- observandi alios & imitandi. 98 & pag. 291. XCIII. p. 407
- In societate vivendi. 99
- honoris fruendi. 105. & p. 228
- tribuendi. 123
- libertatis suae in societate tuendae. 143. 221
- adfrumentum societate directe tendentes. 102. 103
- societati oblique utiles. 104. seqq.
- vitae conservandae an vinci possit? 321. p. 446
- amoris parentum in Iberos. 162
- tradendis vitae praecepsis non sufficiunt. 372
- Instinctus felicitatis reliqui omnes subsunt.* 102
- Instinctum vis non prefernit libertatem.* 49

I N D E X R E R U M.

- Institutione vitae regulae traductur.* 6. 35
Instrumenta agendi præbens num sit actionis auctor? 329. pag. 463
Intellectus infantum tabulae rasæ similiſ. 70
 —— studiū quid imprimis requirat? 71
Intenso voluptatis vel doloris varia, unde? 7
Inseritus cogitatio acerba. 11. 53
Invidiae origo, progressus, remedium. 135
Invidiam non concipere animo, nulli confiare, nou contrahere, inevitabilem pati. 220. p. 291
Ira ne exardescat, quo modo cavendum? 82
Irreligio seu contemptus religionis unde oriatur, & quam sit absurdă? 190. p. 239
Irrisionis metus quid efficiat? 104
Judicis aequitas in legum applicatione & explicatione. 312. pag. 431
 —— —— quos habeat terminos. p. 564
 —— arbitrium legitimū. §. XVIII. p. 554
 —— festiūatio unde? 366. p. 518
 —— nativa indoles quomodo in capsarum cognitione noceat? ibid.
 —— momenta in jure reddendo quae plectantur. p. 476
Judicium de actionibus &c. vid. Imputatio, Jurisprudentia.
Julius Caesar exemplum victoriae sui. 85
Jurisprudens quis? 363
 —— idem, qui vir bonus. 365
Jurisprudentia Naturalis & Civilis desinuntur, & quo tendant? 129. 363
 —— —— —— —— perfectio & hujus perfectio-
 nis gradus. 363. seqq.
 —— —— —— subsidia. 365. seqq.
 —— —— —— utilitas. 363
 —— naturalis cum studio juris divini conjungen-
 da. I. p. 528
 —— —— necessaria in studio juris gentium. VIII.
 —— —— —— —— civilis publici. IX.
 —— —— explicandi leges civiles normam suppedi-
 fat. XIX. seqq.
 —— —— ejus duplex usus in Jure Civili. XXII. p. 545

I N D E X R E R U M.

- Jurisprudentiae Naturalis usus in jure privato condendo & abrogando.** §. XXIV. seqq. pag. 545. seqq.
 —————— in LL. aliorum populorum dijudicandis, repudiandis, adscendendis. LIII. p. 569
 —————— LIV. seqq.
 —————— praecipue in legibus de delictis. XLII. seqq.
 —————— in jure civili ad facta applicando &c. XXII.
 —————— supplendo. XV.
 —————— veram libertatis civium & salutis publicae notionem aperit. XXIV.
 —————— ejus auctores praecipiunt. 367 seqq.
 —————— privata definiuntur. XI.
Jus proprio dictum, & id, quod dicitur imperfectum. 294. 295.
 — unius ponit officium perfectum alterius. 296
 — suminum an summa saepe injuria? 303
 — Gentium naturale. IV, V, VI. 209
 — voluntaria unde oriatur & quomodo probetur? VIII
 — civile publicum, tum generale, tum speciale. IX & X.
Juris publici generalis usus in studio juris publici specialis. ibid.
 — civilis privati origo & partes. X. XL.
Jus non scriptum quid? XV.
 — communue quid. U. PIANO? ibid.
 — privatum quando justum aut nocens? XXV. seqq.
 — apud diversos populos necessarie est diversum. XLVII. seqq.
Jus Nat. quid sit? 354. 353
 — quare ejus discipline & quomodo a Philosophia morali separantur? 355. 357
 — datur ante pacta. 358
 — universos populos obstringit. VI.
 — ad solum statum naturalem non restringitur. 355. p. 500 & § XII. p. 537
 — etiam ad actiones civis & principis dirigendas pertinet. pag. 500
Juris Nat. cognoscendi principium fundamentale, seu primum, cum tribus conclusoribus ex eo ascendentibus. 354
 —————— 355

I N D E X R E R U M.

- Juris Nat.* duae partes, quae ad quatuor preecepta revocantur & ab erroribus vindicantur. §. 356. 357
Jus Nat. juri omnium in omnia Hobbesiano oppositur. 258
Juris N. disciplinae perfectio. 353. p. 498
 — — divisio in praincipiens & permittens. 359
Juris violatio nec societati, nec singulis prodest. 299
 — abdicatio definitur. 259
 — — — quounque licita? ibid.
Juri quando caritas preferenda? 308
Jura cum hominibus nata & acquisita. 295
 — — — omnium sunt aequalia. 357
 — voluntaria, sive positiva, jure N. nituntur. XIV.
Jurium & officiorum perfectorum iidem fontes, eademque genera. 295
 — perfectorum genera quatuor. ibid.
Justitia Dei rectoria. 189
 — humana quid JCtis? 297
 — in universalem, particularem, expleticem, attributricem, an recte dividatur? ibid.
 — interna & externa. 298
 — male a Carneade dicitur studititia. 299
 — potentioribus esse onus grave & molestum, refellitur. 299 300
 — criminalis quae? ALVI.
Justitiae violatio num a Deo haud puniatur? 301
 — a principibus violatae poenae divinae num & populo noceant? 302
Justitiam inter & aequitatem nullus datur conflitus. 312. seq. pag. 430. seqq.
Justum quid? 293
 — idein, quod est omnibus & singulis utile. 299
 — & aequum quomodo discernantur? 305
Justa agere & *juste* quomodo differant? 298
Justus eodem facto simul malus & in se ipsum laevus esse potest. 339. p. 477

L.

- Laborandi* studium quomodo excitandum? 62. 220
 — — — — — CVI
Labor homini conducit. 62
Laborem quem fugiant infantes? ibid.
 — — — — — LXXX.

I. N D E X R E R U M.

- Laedendi* licentia ad societatis eversionem spectat. 129.
 ————— p. 146
- Laesio:* §. 129. 293. p. 405
 ————— non est quaelibet prosperitatis alienae diminutio. 312. pag. 433
- Laesione (a)* quomodo quis avocandus? 282
Laudari effusius quinam soleant? CII.
- Laus* quid? 105. p. 103
Lex moralis naturalis. 236. 241
 ————— differt ab enuntiatis philosophorum. ibid. p. 316
 ————— civitatum prima salus populi. XXIV.
- Leges Dei.* 183
Legis promulgatio quid? 330. pag. 464
Leges morales sunt viae brevissimae ad felicitatem. 185
 ————— Mosaicae an omnes populos Christianos hodie obstringant? LIII. p. 569
- Legum* ignorantia quando non imputetur? 330. p. 464
LL. NN. sunt divinae, ac differunt a consilio. 237
 ————— quo jure eas Deus dederit? 238
 ————— num laedant hominis libertatem? ibid. p. 324
 ————— aeternae, immutabiles, bonae, naturae humanae accommodatur. 239
 ————— perfectas, non arbitrarie. 240
 ————— certae. 241
 ————— alias Deus, quamquam liberimus, condere non potuit. 240
 ————— sunt evidentes. 242
 ————— cordi hominis inscriptae. 245
 ————— homines sine exceptione omnes obligant. 247
 ————— praecipientes, prohibentes, permittentes. 248
 ————— rectum bonorum internorum & externorum usum praecipiunt. 337
 ————— nonnisi felicitatis adipiscendae normam explicant. 351
 ————— principi optimam felicitatis fuse viam monstrant. CXIV.
- Legum NN.* certitudo & evidentia definitur ac vindicatur. 242. 243. 244.
 ————— — cognitio quomodo acquiratur? 33. seqq. Le.

I N D E X R E R U M.

- Legum NN. cognitionis acquirendae instrumenta naturalia* recensentur. 245
nullus datur conflictus. 246
divisiq; in absolutas & hypotheticas. 247
cognoscendarum principia varia an vere discrepant? 267
usus in disciplina jurisprudentiae civilis. XIII. seqq.
Leges civiles injustae quae? XXV., XXVI. seqq.
in civitate quo spectent? pag. 546. seqq.
de criminibus optimae quae? XLVI.
Legum civiliū finis, earumque justitiae & præstantiae fundatum. XII. p. 537. XXIV. p. 546. XXXIX. p. 549. seq.
bonarum examen quale instituendum? XXIV. XXXI. seqq.
differentia unde? XLVII. seq.
sententia quid? XIX. pag. 544
neglectus & a quibus causis oriatur, quibus remedii avertatur? XXX. pag. 550. XCIII. seqq.
sanctionem poenis propositis effecturus princeps in quae intentus esse debeat? XXX. p. 551
malorum exempla. XXVI. seqq. p. 547. seqq.
abrogatio quando salutaris? LIV.
ab aliis populis conditarum admiratio quando noceat. LIII
criminalium viisorum quae causae? XLIII. seq.
Legislator quis dicatur? 233
an sit Deus? 232
Legislatoris mentio non requiritur in definitione obligationis. 233
mens quomodo sit explicanda? XX. p. 544
Legis Valeriae vinculum, bonorum temporum argumentum. evidens. XCVII.
Liber alitas. 117
Liber quis dicendus? 145
Libertas mortis quid & ejus perfectio. I. 50. 76. 210
pag. 288
Li.

INDEX RERUM.

- Libertas* quod in mente insit, sensu interno cuivis iungo,
tescit. 9. 1
- *mentis languens.* 76
- — *quibus causis efficiatur languida?* 77. 79
- *moralis quid?* 84. 142. pag. 168
- *divina quaenam?* 240
- *est Deo parere.* 238
- Libertatis* mentis munus in quo consistat? 50. pag. 35
- *gradus in actione imputanda examinandus.* 341
— pag. 481
- *externae duplex significatio in societate.* 142
- *hujus tuendae stimulus insitus quoisque utilis?*
— 143. pag. 171
- — *est ratione regendus.* 144
- *plena possessio non semper felicitati consentanea.* ibid. pag. 172
- *coarctatio quaenam & unde?* 142
- *notio falsa, ejusque notionis origo.* 145. 146
- *neglectus & voluntaria diminutio minus sapiens,*
eiusque causa, & effectus. 147. 148. 149
- *studium minimum in puerili aetate temperandum?* 221
- *naturalis diminutionem quo consilio cives subbeant?* LVI.
- *in civitate ubi est plurimum, ibi saepe est felicitatis minimum.* CXI.
- Licentia* quid JCtis dicatur? 143. pag. 106
- Licitum* quid JCtis significet? 248. pag. 339. seqq.
- Livor* seu *invidia.* 135
- Locrensum* lex. XXXIV. p. 554
- Logicae* utilitas in doctrina de imputatione. 344 p. 486
- Ludendi* affuetudo. 68
- Ludovicus XII.* generose inimicis ignoscens. 137. pag. 159
- Luxus* non omnis nocet. 150. pag. 105
— *quis exitiosus? quantumque noceat?* 151. 278.
— pag. 379
- — — *est arcanum dominationis.* CVII.
- Lycurgus* & *Minos* quomodo cives formarint ad fortitudinem? 206
- *quibus subsidiis aequalitatem civium efficerit.* XC.
- Macchia-*

INDEX RERUM.

M.

- M**achiavelli doctrina. §. LVIII.
*M*isere judicium criminale quomodo exoleverit? pag. 444
*M*agistratum cura quae gloria? CXV.
*M*ajestas divina. 184. p. 228
*M*alignitas actuosa directe & oblique quomodo noceat? 133
*M*alitia acrimoniae plena. 109
 —— quotuplici modo noceat. 133
*M*alitiae effigies contemplatori semper displiceret. 102
*M*alum. 10
*M*ali moralis fons proximus. 75
 —— ab aliis illati genera, remedia &c. vid. *Societas*. 128. seqq.
 —— levioris taedium quando tolerandum? 153
*M*alis num bene sit? 182. 189. 203
*M*alorum sensus quomodo leniendus? 89
 —— voluntaria susceptio quaenam felicitatem augeat? 167
*M*alo in societate quando aliquis afficiendus? 332. pag. 467
*M*andevillii opinatio repudiata. 277
*M*artialis dictum. 60
*M*atrimonium, ejus utilitas, & finis. 127
*M*edae futor. 74
*M*emoriae imbecillitas & vicia virtutis studium impudentia unde? 208
*M*ens grata. 165
 —— quomodo ad prompte agendum commoveatur? 196
*M*entis robur. 197
 —— vires natura cohaerent. 74. 84
 —— —— quomodo perficiantur? 52
*M*ercatorum officia. 71
*M*ercaturaes utilitas. 310
 —— flos inter populos unde? 116
*M*eritum quid Grotio significet? LXI.
 —— vid. *bonor*. 305
*M*erita civis in civitatem quae? LXV. pag. 582
Me.

INDEX RERUM.

- Methodus Mathematica an Ethicae conveniat?* §. 237
Metus, praecipue gravis, quis ejusque gradus? 322
— cur aliquis in societate humana necessarius? 282, p. 383
— an homines semper a malo avocet? 130. XL.
seq.
— elater sufficiens in civitatibus arbitrario imperio subjectis? & quis metus in civitatibus liberis necessarius? LXXXVI.
Mesuit, qui vult metui. 109, LXXXVI. p. 598
Migratio eorum quomodo impedienda? CVI. p. 618
Miseria quid? 12
Miser quis? 203
Misericordiae instinctus. 102
Montesquieu, acutissimi pathologiae populorum explicatoris, sententia de tribus elateribus politicis tripli civitatum formae accommodatis. LXXXIV.
Modestia definitur. 97
Momentum, quo voluntas impellitur ad agendum. §. 227
Momentorum ad actiones legi naturae convenienter regendas differentia, varius praestantiae gradus, efficacia. 197. p. 298
— ad leges civiles violandas impellentium enumeratio. XXX. XXXIII. XCV.
— examen, cum imputatur actio. 340. pag. 480
Moralitas quid? 317
Moraliter necessarium. 228
Moralis disciplina terminos clementiae & severitatis principum regit. 324
Moralis praecepta. vid. leges. 183. seqq.
Mori pro salute societatis, patria, amico, dulce. 169. CXIII. p. 624
Morofitas. unde? 145. seqq.
Morum depravationis origo & gradus. 128
Morum publicorum mutatio uide? LIV.
— mutationi quid praecipue inserviat? XXXVII. p. 556
— — emendatio quandoque tentanda moribus, non legibus. XXXVI. pag. 556
— — publicorum corruptorum definitio & fontes. XXXVIII. pag. 557
Tt Mars

INDEX RERUM.

<i>Mors voluntaria</i> remedium vitæ taedia finitimi neque tu-	
— tum, neque hominæ dignum, neque ordini naturae	
conveniens.	§. 59
— artialis veris appumeranda?	94
<i>Mortis cogitatio</i> cur habeat aliquid acerbi?	94
— metus quomodo superandus?	95
<i>Mortuis quo sensu officia debeantur?</i>	370. pag. 374
<i>Motus animi</i> vehementior unde?	77
<i>Mundus</i> habet nihil fortuiti.	175
<i>Mundi contemplatio</i> jucundissima, quæ?	183

N.

Natura finita non est capax summae perfectio-	
nis.	§. 178
— tota ad felicitatem humanaum contentit.	179
— hominis objectum est, seu id, ex quo colligun-	
tur LL. NN.	245
<i>Naturae humanae</i> nō solum quid comprehendat?	42
— — contrarium quid dicendum?	ibid.
— — ordo unde intelligatur?	234. p. 313
<i>Naturam</i> sequi, quid significet, ac quo sensu bonum?	177
— — quid significaverit in disciplina profundam	
veterum philosophorum?	367
<i>Necessitas</i> physica, moralis.	228. 429
— eligendi inter duo proposita an legem & libera-	
tem tollat?	313
— num aliquando hominem solvat lege officia per-	
fecta servandi?	pag. 401
— — moralis non cadit, nisi in eos, qui sunt sapientiae	
capaces.	229
<i>Necessitas</i> contra naturam aliquando agendi falsa op-	
hio.	VII. pag. 393
<i>Neronis</i> crudelitas.	139. pag. 163
<i>Nexus</i> naturae humanae cum mundo & Deo.	42
— veritatum perspicieutia habet suavitatem con-	
stantem.	70
<i>Nobiles</i> sententiae.	198. 311. p. 430
<i>Nobilis</i> fons verae jucunditatis in civitate.	XCII.
<i>Nocere</i> aliis an nocenti proficit?	159
<i>Nonadum</i> vita simplex.	65
	No.

INDEX RERUM.

Nomothetica jurisprudentiae pars nobilissima, difficultissima, in quibus rebus versetur? §. XXIII. pag. 545
Non putaram excusatio quoisque valeat? 287
Nummus quid? 63

Q.

- O**bedire Deo quid sit? ac quem fructum gignat? §. 183. 184. 233
Obedientia erga Deum nunquam est coeca. 186
 — civium. XIV.
Obedientiae idea an ad obligationis intelligentiam tam sit necessaria, ut ab hujus idea separari nequeat? 234
 — efficienda momentum est triplex. — ibid.
Obligatio hominis in societate semper continet ideam iuris, quo alter exigit, ut illi satisfiat. 264
Obligationis definitio & proprietates. 230
 — magnitudo unde cognoscatur? 232
 — legibus parendi fundamentum. 138. pag. 325
 — sensus. 231. pag. 308. 257.
Obligari in conscientia quid? pag. 538
Obligatio proprie tantum interna. 231
 — major & minus quae dicuntur? 232
 — potest dividi in naturalem & eam, quae naturalis non est. ibid. pag. 308
Obligatione (ab) ad jus caute argumentandum. 323. pag. 432. seqq.
Obsequium voluntarium quodnam sit sapiens? 145
 — quando denegandum? 153
Observandi studium in formandis vitae regulis. 35.
 — — — — — quomodo regendum? 38. 216
Observationum utilitas in connectendis praecepsis Ethicis. 254
Obstinatio differt a constantia. 153. pag. 187
Occasione peccato dare an sit peccatum? pag. 319
Occupandi jus voluntati divinae convenit. 177
Odium sui. 96
 — initiale vehementissimum quodnam? 157
 — — — unde oriatur & quomodo tolli possit? ibid.
 — — — — — pag. 194. seqq.
Odii in alios causae. 132
Offensio a laesione distinguitur. 129. 301
 — — — — — Offen-

Tt. 2

INDEX RERUM.

- Offensionibus** quomodo occurrentum? §. 159
- Officia.** 232
- civis quoque naturalia dici possint? 356 pag. 500
 - erga Deum quaenam? 272
 - hominis erga se ipsum. 273
 - erga societatem eorumque incrementa. 274. LVI.
 - mortuos. 276
 - bruta an dentur? 280
 - quando vi & metu armanda? 283
 - socialia perfecta & imperfecta, ejusque divisionis necessitas. 284
 - imperfecta quaenam? 288
 - non configunt cum officiis perfectis. 291. p. 400. seqq.
 - in civitate quoque eadem, quae in societate hominum naturali? 290 pag. 400
 - ad haec praestanda coactio nocet. Ibid.
 - erga Deum non colliduntur cum caeteris officiis. 272. seqq.
 - erga societatem alia quam aliis hand configunt. 274
 - hominis erga se ipsum alia cum aliis non veniunt in contentionem. 273. 291. p. 401
- Officiorum tripartitae divisionis ratio.** 371
- perfectorum duo genera, nempe cum hominestate & acquisita, ad IV praecelta revocantur. 286
- Officiorum NN. consensio.** 372
- numerus infinitus. 371. p. 367
 - enuntiatio generalis & prima 265. 266. 270
 - cibens quem dolorem homini auferat? Ibid.
 - socialium explicatio redigitur ad enuntiaturum generale. 281
 - perfectorum & imperfectorum nosce minus sufficietes. 384. seqq.
 - perfectorum laesio facilius, quam imperfectorum violatio, potest a laeso probari. 290. p. 398
 - & iurius perfectorum iudicis fontes. & eadem genera. 294
- Officiorum imperfectum ex malis bonos, ex bonis optimos faciendi.** 333
- Off.

INDEX RERUM

- O**fficio perfecto posito quo usque ponatur Iesu? 6. 196
 —— p. 312. pag. 312. p. 432
Opes quo usque veris bonis anumerandae? 232. 273
Opinionis prejudicatae gentilitiae effectus. 35. 205
Ordo naturae an sit principium primum cognoscendi officia humana? 3. 266

P.

- P**atitorum fides cur vi & armis vindicari possit? 6. 287
Par simonia quid? 65. pag. 49
Partium suum an publice expediat? 218. LXXIX.
Passiones minus recte appellantur affectus. 81
Patience. 89. 93
Patria (pro) mori dulce. 169
 —— quae dicaturatio amicitia et LXXIX. pag. 384
Patriae amores ex opinione vulgi. LXVIII. ibid.
 —— amor verus definitur. LXX. pag. 585
 —— —— quomodo alatur & intendatur. LXXVIII.
 —— ingratiae commodis an serviendum? LXXV. p. 588
Pasperges qui? 64
Pax generis humani quid? 353
Pedestrum quid? 332. p. 310
Pecuniae nummorumque inventio. 63
Perduellit? culpa quomodo acrimonanda? 343
Peregrinationum fructus quinam? 111
Perfacio quid? 240
 —— ingeni. 207
Perficere vires suas quid? 71
Permissum quid dicatur? 248
Perjurii horror quomodo excitetur? 70. pag. 63
Persuaderet plusne sic quam cogere? 337. p. 473
Perfice te, nunc hanc propositionem omnia prima? 267
Perfande ita recte rationem habeat, qui imputandi munere funguntur? 341
Pertinacia unde? 149. pag. 174. 327. p. 458
Pphantasm quomodo ad majorum perfectionis gradum ascendat? 74. pag. 55. 207
Philanthropias vegetales? 159
Philosophia moralis quid est, ejusque finis? 258
 —— —— docet gaudere & recte agere. 356. p. 508
Philosophica caedes num imputanda? 332
Pphysiognomia utilis & nota quoniam? 83

T. 3

Pis

ANDEEXI RETRUM.

L I N D E X R E R U M.

- Populus* etiam nihil utile, nisi quod justum. §. VII. VIII. p. 532
Povertatis caram habere est felicitati suae studere. 164
— quando cives rideant? 151. pag. 183
Potentia in societate. 357. p. 502
Potentia cupiditas. 143
Potentia in societate num per se invictios? 107. p. 108
— — num propter comoda justi vel injusti? 300
Potestatis divinae leges ferendi fundamentum. 238
Potestas infinita pugnat cum natura civitatis. XCVI: pag. 616
Praecepta Ethices, vid. Ethica & officia.
— Dei vid. leges. 183
— naturalia. 248
Praejudicatarum opinionum vis virtuti obstaris. 205
Praemia divina naturalia & supernaturalia. 237. p. 312
Praemiorum definitio. 321
— supernaturalium cognitione certa an obtineri possit? ibid.
Praesumis juris & facti. XVIII. p. 543
Præses, quo tendant? carmenque utilitas. 186
Premium rerum internum. 64.
— exterum. ibid.
Princeps sapientia imperium arbitriatum, seu despoticum, rejicit, tanquam instrumentum suae & communis civium infelicitatis. XCIX, pag. 609
— summus LL. NN. cognitione ad sui emendationem debet. Cl. p. 610
— populi ingenium & indolem cur cognoscere debat? CH. p. 616
Princeps bonus. XXX. p. 330
— lenis, mitis. ibid. & XXVII. pag. 552
— aequalitatis hominum naturalis non oblitetur. CL p. 617
Principis officia. XCIX. C.
— conscientia. Cl.
— mali poena naturalis. XCVII. p. 615
— sapienter regnantis felicitas explicatur. CXVI.
Principis consultores, fiducia digniores qui? Cl.
Principium Ethicae (vid. officia.) 265. fest.
— Socialis. 261
— Juris Naturae. 354
Prodeesse a his est vites proprias augere. 159
Tt 4 Pro-

INDEX RERUM

- Prodigii quis?* 9. 69. pag. 49
Promissum prae scriptis juris N. contrarium. ideoque
accidit. 361
Promulgationis legum definitio. 333
*Propensio dominans quid sit, quid efficiat, quomodo
impeditur, sanetur?* 80. 213. 220. seqq.
 — — — est causa remotionis affectum crebro-re-
surgentiam. 83
 — — — quomodo iuventur? 151
Prosperitas civitatis definitur. LVI.
*Prosperitatis definitio, & quod sit ea non sita felici-
tas.* 212
 — — — inopia aut privatio quomodo tolerari possit? 203
Prospicere in futurum quomodo perficienda? 210
*Preceptis viciose conceperat innocentia cognitioni boni &
virtutis.* 208. p. 272
Providentia divina, perverse ab Epicuro negatur. 279
 — — — etiam ea curat, quae minima videntur. ibid.
 — — — quoniam nullam esse, apparent ut physicis? 80
 — — — prava consilio infligit ad tristum. 181
 — — — an recte negetur ob peccata & misericordiam homi-
num? 182
 — — — non resellatur prospere in iustitia successi-
bus? 301
*Providentiae contemplatio auget voluntatem ex con-
templatione mundi insontem.* 180
 — — — specimina in naturali hominum coniunctione.
 — — — problemata vero molestia in manuam illius. 180. 181
Prudens futura regens definitur. 290
*Puberatio & majoris aetatis terminus natus qui natu-
ralis?* 180. 212. 213
Pudor. 104. 112
 — — — publicus definitur. XCVI. p. 608
Pudori ciuium nonnulla committere statuta. XCVII.
*Puerorum consuetudini falsas boni & malitias pro veris
assument temppestive occurrunt.* 307
Pufendorfii (Samuelis) iustitia. 372
Pulchri motio, praesertim naturalis. 208. p. 272
 — — — sensus. 149
Punctum honoris. 149
Pyrro. 360. pag. 353
*Pythagorae consilium de quotidiana actorum reputa-
tione.* 218
 Q.

INDEX RERUM

- Q**uies societatis cujusque basis? 6. 429
generis humani, quid? 353. seqq.
- R**atio, electionis inter duo proposita... 9. 56
mēnitis facultas. 36
& instinctus natura sunt coniuncti. 53
ex quibus effectibus certas vitae regulas conciliat? 43
reipublicae, sive Status, quid, & quando noxia? LIX. seqq. pag. 375. seqq.
Rationis robur. 36
num semper demonstret plurimum libertatis? 76
usus perversus & rectus in via felicitatis indaganda. 37. 38
in observandis actionum liberarum effectibus. 40. 50
in exquirenda effectuum cujusque actionis convenientia cum felicitate. 41
maturitas lente succrescit. 45
dictamen an principium cognitionis LL. NN? 266
cultus quomodo ad virtutis studium conformaudus? 218
Rationi convenire quid dicatur? 230
Rectum. 237
Recti studium an principium cognitionis LL. NN? 266
Regere quid significet? 103
Regnantium felicitas quando veri, & quanta? CXIV.
seqq.
- Regula** quid?
quod tibi non vis fieri debet? 27
posito jure ponitur alterius obligatio perfecta. 296
quod tibi praedest & alteri non nobis dicit? 313
Regulae felicitatis humanae morales, ceterae, &c. 24.
vitae quomodo indagandae erroreaque vitans. 35. 46. 48. 180
ali? 32. 211. seqq. 216. 252. seqq.
- Tts. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120.

INDEX RERUM

- | | |
|---|-----|
| <i>Regularum vitae naturalium concentus eximius absque
ullo earum confictu.</i> | 344 |
| <i>Regulas naturales tueri quid?</i> | 189 |
| <i>Religio interna, externa, naturalis, revelata:</i> 190. 191
— homines jungit & voluptatem vivendi auget. 190. | 193 |
| <i>Religionis contemnus quis & unde?</i> 190. pag. 239 | |
| — errores quomodo tollendi? 191 | |
| — Christianae praestantia ex notis naturalibus verae
revelationis dignoscitur. 182 | |
| — — convenientia cum Ethica philosophica. 263 | |
| — — usus in virtute acquirenda. 226 | |
| — — purum pectus exigit. 198. p. 479 | |
| <i>Remediorum, seu subsidiorum ratio habenda in dijudi-
candis bonis aut malis actionibus.</i> pag. 318. seq. | |
| <i>Respublica iurum administrari possit sine exterorum
injuria?</i> VII. | |
| <i>Reticentia quaenaria sit in vito?</i> 122 | |
| <i>Retorsio legum & institutorum extenororum quae minus
licita?</i> VIII. XXVI. | |
| <i>Reuelatio divina quomodo suspicienda.</i> 182 | |
| <i>Rideturum decorum.</i> 115 | |
| <i>Rhythmus vitae quantum prospicit?</i> 202 | |
| S. | |
| <i>Salus populi suprema lex.</i> §. XXIV. pag. 546 | |
| <i>Salutis communis notis quando evanescat?</i> XCIX. | |
| <i>Sanctitas vitae non augetur quovis voluntario corporis
cruciati.</i> 61 | |
| <i>Sapientia.</i> 174 | |
| — hominis quid? 95. pag. 90. 340. p. 479 | |
| <i>Scepticimus moralis.</i> 25 | |
| <i>Sceptici.</i> 260. pag. 353 | |
| <i>Sciendi cupiditas, ejusque explendae in societate oc-
casio.</i> 70. 131 | |
| <i>Scipionis Aemilia laudabile vitae genus.</i> 292. p. 402 | |
| — Africani facinus nobile & oratio magnifica. XCVII. | |
| <i>Scylibismus populorum unde?</i> 101. pag. 61 | |
| <i>Securitas generis humani definitur, vid. quies.</i> 299 | |
| <i>Saldene (Joh.) merita.</i> 370 | |
| <i>Senecae dicta.</i> pag. 49. 209. 335. 564. 612. & seq. | |

INDEX RERUM.

- | | |
|--|--|
| <i>Sene</i> cus tristis voluptariorum. | §. 68 |
| <i>Sensu</i> s non fallit, sed ex eo falsa saepe concluduntur. | 41. pag. 23 |
| — internus quomodo excolandus? | — 216 |
| — moralis, sive sensus boni & recti. | 45. 47. 102.
(pag. 98.) 221. p. 293 |
| — — — an detur, quare sensus & quidem moralis dicatur? | 46. 222 |
| — — — num tres fontes tripartiti officiorum naturalium generis contineat? | 47. 216. p. 280. 242 |
| — — — ratio habenda in educatione. | 222 |
| — — — vis a vi instinctuum diversa exemplis hominum, in quibus illa haud apparet, non refelliatur. | 243. p. 332 |
| — — — inter instrumenta naturalia leges Natura-
gnoscendae refertur. | — 243 |
| — — — externi quomodo perficiantur? | — 72 |
| — — — pulchri perfectio. | ibid. |
| — — — humanitatis, & amabilitatis. | — 210. 202 |
| — — — aequalitatis naturalis. | 110. p. 114 |
| — — — veri. | — 242. pag. 328 |
| — — — interni accuratio observatio in primis est necessaria in contextendis praceptis Ethicae. | 254 |
| — — — obligationis | 234. 257 |
| <i>Sententiae</i> judicium definitio & norma. XII. XVII. | XXII. pag. 545 |
| <i>Sepulturae</i> haud negligendae obligatio unde? | 276 |
| <i>Servi</i> morales quomodo fiant? | 142. 244 |
| <i>Servitus</i> (externa privata) | 142. 168 |
| — voluntaria in societate, unde? | 147. seqq. 218 |
| <i>Severitas</i> in poenis statuendis & irrogandis aliquando necessaria. | XXXI. pag. 551. seqq. |
| <i>Simplicitas</i> prudens placet, estque cum magno ingenio sociabilis | 122 |
| <i>Societas</i> definitur. | 125 |
| — generis humani naturalis quid? | 125 |
| — solitudini praefat. | 100 |
| — quomodo aliquam libertatis particulam tollit? | 149 |
| <i>Societas</i> fructus capiendi duplex via, altera bona, altera mala. | 144. p. 172
108. seqq. |

INDEX RERUM.

- Societatis emolumenta, quae ultro quisque sine facto alieno capit.* 111
 —— *fructus aliorum ope carpendi ad sex genera revocati.* 112
 —— *mala ad tria genera reducuntur.* 128
 —— *ex laesione.* 129
 —— *corruptiae obstant bonae educationi.* 215
 —— *incommoda ex omisso studio aliis gratificandi, offendit &c., orta ejusque vivendi generis caussae.* 131. 134
 —— *quomodo effugienda, vel lenienda?* 140
 —— *quae sibi quisque conciscit, dum ultro ex aliorum voluntate vel nimis pendet, vel ex ea pendere renuit.* 141
 —— *bona augere hominis interest.* 154
 —— *regimen quid proprio significet?* 163
 —— *flos & vitorum fuga num sibi repugnat?* 277
 —— *quando intersit, vim adhiberi licere?* 287
 —— *salus quando exigat, res maxime caras & vitam dimittere?* 167. seqq.
 —— *civilis praestantia (vide civitas)* LVI. p. 571
 —— *status pacatus, vid. quies.* 129. 282. 299
Societati officia debita complectens propositio generalis. 281
Societas (in) si non possis simul inservire pluribus, quis preferendus? 165
Societates speciales, aequales, inaequales &c. 125
Sociatum speciosum leges, vel regulae, perfectio, incommoda. ibid.
Socrates Philosophiae parens. 259. pag. 351. seqq.
Socratis constantia. 153. pag. 186
 —— *dictum egregium.* 159. pag. 201
Solitaria vita Deo non probatur. 99. 100
Solidundine perpetuae fugani natura homini insevit. 98
Solitudo temporaria quando utilis? pag. 297
Sopismata moralia. 211
Spartiatae notati. 206
Speculator sui. 224. p. 297
Spiritus publicus quis? LXXVII. p. 590
Status moralis quid? 316
 —— *populorum phisici & moralis discriminis juris pri-
marum differentiam reddit necessariam.* XLVII. seq.
 —— *Sia-*

INDEX RERUM.

<i>Status naturalis</i> definitur, & quinam in eo vivant, explicatur.	§. XII.
— animi alieni quomodo innocentat?	155
<i>Stoicorum doctrina de apathia.</i>	88
— — de natura.	87. 177
<i>Stoici an recte omnia malefacta judicaverint paria?</i>	340
<i>Subsidia</i> quae?	237. pag. 217
— bona, mala. ibid. pag. 318 LV. seq. LXXI.	59
<i>Suicidium</i> est illicitum.	97. 114
<i>Superbia</i> quid, & unde nascatur?	97. 114
— quid mali efficiat? 62. (p. 45.) 152. XC. pag. 602	152
— ingratiae mentis genitrix.	165. pag. 209
<i>Superflusio</i> quid sit & unde oriatur?	189. pag. 234
<i>Suum</i> cuiusque quid JCtis?	129. 295
— cur cinq[ue] sanctum esse natura voluerit?	129
— hominis aliud cum homine natum, aliud acquisitum.	357
<i>Suus</i> , quis dicendus?	142. pag. 167
<i>Syllogismorum usus</i> in cognitione veri boni adjuvanda.	211. p. 275
<i>Sympatbia</i> nativa quaenam?	102. 155

T alionis. jus.	§. 136. pag. 108
<i>Temeritas</i> quomodo a fortitudine differat?	86
<i>Temperamentum</i> v. indoles, judex.	79
— ad quietem aut motum stimulat, facitque, ut aliae actiones bonae homini sint facilitiores, aliae difficiliores.	143. 321. 325. p. 452
— Gentis quid?	XXXIX.
<i>Thomasti & Henrici Coccejii</i> merita. 310. p. 429. 371. p. 525	
<i>Tiberii</i> sarcasmus.	139. pag. 163
<i>Timiditatis</i> definitio, origo, effectus, curatio.	87. 152
— quomodo facilitatem nimiam efficiat?	152
— nimis fatigata in violentiam definit.	ibid.
<i>Timon</i> Atheniensis.	102
<i>Timor</i> Dei.	189
<i>Tolerantia</i> religionis Deo grata.	191. p. 241
<i>Tristitiae</i> summus gradus.	88
<i>Tutum</i> quod videtur, quo usque conscientiam efficiat probabilem?	346. p. 490
<i>Tyranni</i> gaudium amarum.	302. C.

INDEX RERUM.

V.

- V**eneratio, quid? 124
 — legislatoris obligationem corroborat. 334. p. 313
Venerationis effectus. 189. 234. pag. 313
 — gradus summus. 172
Verborum ambiguitas aut rerum, quas significant, neglecta cognitione nocet virtutis studio. 212
Veritatis enuntiandae constans amor quis? 188
Victoria sui, ipsiusque nobilitas. 85. 130
Vindicta divina. 301
Vindictae cupiditas unde? quando sedetur? 137
 — studium quomodo subigendum? 138
Violenta remedia quando in societate civili necessaria, & naturae contraria? pag. 384. XXX. XXXI.
Vires vid. *attentio, corpus, anima, mens.*
Viri boni character. 202
Virtus quid sit? num unica? 199
 — non est posita in mediocritate. ibid. pag. 255
 — non excludit desiderium jucunditatis ex recte factorum conscientia. 200
 — quae afferat commoda? 201
 — est pulchra, amabilis; admirabilis. 202
 — est conjuncta cum possessione felicitatis. 203
Virtutem assequendi subsidium. 204. seqq.
Virtute (in) progressus quomodo coguoscendi? 224.
 p. 298
Virtutes cardinales quaenam? 199
Virtutis cultus conservat aequalitatem civium in civitatibus liberis. XCI.
Vis animae est unica. 52
 — in societate quae nefaria? 129
 — — — a jure distingueda. 294
Vita conservanda est. 58
 — systematica jucundissima quaenam? 195. 199
 — post obitum mansura est continuatio praesentis. 17
Vitae. & quidem felicis, studium homini innatum. 11
 — jucunditas quomodo efficiatur? 60. seqq.
 — genus inter virtutem & vitiositatem medium. 200
Vitam sociam natura probat ac praecipit. 98. 99. 100
Vita frui; quid aliquando vocetur? 151
Vitia quid? 197. p. 250
 V.

INDEX RERUM.

<i>Vitia</i> regnantium formae ac populi civitatis felicitatem publicam pessimandant.	§. XCIX.
— populi quae?	XXXVIII. seq. p. 557. seq.
— quomodo corrigenda & extirpanda?	C.I.
<i>Vitiis</i> quod fulcitur imperium, male constitutum est.	ibid. & CIV.
<i>Vitiorum</i> gradus quomodo aestimandi?	349
— fuga & flos societatis numquam contendunt.	277. seq.
<i>Vitiosa actio</i> definitur.	232
<i>Vitiositas</i> ejusque effectus.	200. 204
<i>Vivendi</i> ars.	270
<i>Volenti</i> quando injuria fieri possit?	293. p. 405
<i>Voluntas.</i>	219
— mala num in crimen vocari possit?	328
<i>Voluptas</i> . quid? & quaenam illius origo?	4
— pura & mixta dolore.	3
— vera, & fallax.	9
— vera, qua nota dignoscatur?	30
— quaenam repudianda?	68. 159
<i>Voluptatis</i> spes & doloris metus momenta singularium actionum.	3
— perceptio quomodo labefactetur?	5
— verae & fallacis causa.	30
— graduum dimensio.	7
— spes quando efficacius mentem moveat?	8
— praeteritae recordatio erigit aerumnosos.	21
— fons quinam perennis?	69
<i>Voluptates</i> sensuum an per se noxiæ aut falsæ?	66. 67
— quando noceant?	68
— purissimæ ex religione.	190
<i>Voluptatibus</i> frui, easque augere, an recte quidam veteres statuerint praecēptum officiorum universali?	268
<i>Vox</i> populi num vox Dei?	218

U.

<i>U</i> cisci quid? vid. vindicta.	
<i>Ultio</i> & defensio tam confines, ut saepe confundantur, & ab hac ad illam facilis sit transitus.	§. 136. 138
V V 2	Ur-

INDEX RERUM.

- Urbanitas* (la politesse), quaenam sit grata? §. 114
Usus rerum alienarum innoxius num jure exigi queat? 333
Utile. 10. 106
 — est idem, quod justum. 299

W.


- W**olffii (Christ.) & Leibnitii merita. §. 372

X.

- X**erxes templorum eversor. §. 191

Z.

- Z**aleucus quomodo luxum feminatum refrenaverit? § XXXIV.
Zelus in propaganda religione quis Deo gratus? 191
Zeno. 120. pag. 353



22 JY 14

EMEN.

EMENDANDA

- Pag. 9 *lin. 21 pro tenuissima l. tenuissimam*
 — 13 *l. 13 post doctrina del. quae*
 — 19 *l. 17 pro dictis & factisque l. dictis factisque*
 — — *l. 19 — esse fontem l. illam esse fontem*
 — 23 *l. 26 post causas del. gemma*
 — 33 *l. 33 pro (§. 216.) l. §. 234.*
 — 36 *l. 31 — §. 294. l. §. 345.*
 — 37 *l. 38 — bona neque l. bona, neque*
 — 41 *l. 9 — spes, l. ipes*
 — 43 *l. 9 & 10 pro stimulis l. stimuli*
 — 51 *l. 9 pro (§. 43.) l. (§. 43.)*
 — 57 *l. 9. pro sunt, connexa l. sunt connexa.*
 — 64 *l. ult. post semel del.) & popatur post risus*
 — 137 *l. 21 — irreparabilis l. irreparabilia.*
 — 181 *l. 19 — respicentis l. respuentis*
 — 183 *l. 21 — forma fundatur dominus l. forma,
fundatur dominatus*
 — 192 *l. 23 — Neque minor, l. Neque minorega*
 — 209 *l. 2. — quod si aliis, l. quod si non aliis*
 — 211 *l. 12. — il. ex qua l. illis, ex quibus*
 — 224 *l. 21 — beneficium l. beneficam*
 — 238 *l. 11 — placendi actionibus l. placendi &
actionibus.*
 — — *l. 25 — juratas l. jurata*
 — — *l. 26 — interni l. interna*
 — — *l. 32 — data l. datae*
 — 241 *l. 30 — cum Dei l. cum Deo*
 — 242 *l. 27 — licet l. lucret.*
 — 245 *l. 18 — (§. 877. l. (§. 8. 77.)*
 — — *l. 25 — consiliis l. consilia.*
 — 249 *l. 12 — a bariiore l. ab arctiore.*
 — 250 *l. 13 — (§. 512.) l. (§. 21.)*
 — — *nota in fin. pro Romanique l. Romanisque*
 — 259 *l. 6 pro (§. 101.) l. (201.)*
 — 260 *l. 9 — §. 47. l. 44.*
 — 260 *l. 26 — §. 293. l. 193.*
 — 269 *l. 9 — & l. aut*
 — 299 *l. 9 — ab & E nthusiasmi l. & ab Enthusiasmi.*
 — 305 *l. 25 — ment l. menti*

TOME N D A N D A.

- | | | | | | | | |
|------|-----|-----------|-----------|------|----------------|--------------------------------|-----------------------------|
| Pag. | 308 | lin. | 15 | pro | sentine | <i>l.</i> | sentitne |
| — | 311 | <i>l.</i> | 16 | — | (§. 229.) | <i>l.</i> | (§. 231.) |
| — | 319 | <i>l.</i> | 20 | — | stabito | <i>l.</i> | stabilito |
| — | 320 | <i>l.</i> | 32 | — | animo, | <i>l.</i> | animo |
| — | 328 | <i>l.</i> | 32 | — | ex | <i>l.</i> | lex |
| — | 331 | <i>l.</i> | 2 | — | invalido | <i>l.</i> | intervallo |
| — | 333 | <i>l.</i> | 2 | — | partitionibus | <i>l.</i> | partitionibus |
| — | 336 | <i>l.</i> | 16 | — | promulgati | <i>l.</i> | promulgatio |
| — | 337 | <i>l.</i> | 31 | — | server | <i>l.</i> | servet |
| — | 343 | <i>l.</i> | 23 | — | negligit, | <i>l.</i> | negligit |
| — | 345 | <i>l.</i> | 4 | — | versquie | <i>l.</i> | verisque |
| — | — | <i>l.</i> | 15 | — | problata | <i>l.</i> | prolata |
| — | 347 | <i>l.</i> | 26 | — | erudigantur | <i>l.</i> | erudiantur |
| — | 368 | <i>l.</i> | 6 | — | quem officia | <i>l.</i> | ad quem &c. |
| — | 369 | <i>l.</i> | 3 | — | (§. 272.) | <i>l.</i> | (273.) & pro |
| — | — | <i>l.</i> | — | — | (§. 273.) | <i>l.</i> | (§. 274.) |
| — | 371 | <i>l.</i> | 28 | — | ergo | <i>l.</i> | erga |
| — | 377 | in not. | <i>l.</i> | ult. | pro institutis | indulgentiae | <i>l.</i> -in- |
| — | — | — | — | — | stitutis | & indulgentiae | — |
| — | 399 | <i>l.</i> | pen. | pro | venera onis | <i>l.</i> | venerationis |
| — | 416 | <i>l.</i> | 33 | post | fentiens, | adde: | saepe in vec- |
| — | — | — | — | — | — | — | diam & amentiam protabatur, |
| — | — | — | — | — | — | — | saepe &c. |
| — | 419 | <i>l.</i> | 4 | pro | quorunque | <i>l.</i> | quocunque |
| — | 435 | <i>l.</i> | 10 | post | cavent adde, | deinde qui | — |
| — | — | <i>l.</i> | 12 | pro | quiique, | cum <i>l.</i> ac quotiescumque | — |
| — | 481 | <i>l.</i> | 8 | — | esse non | <i>l.</i> | non esse |
| — | 510 | <i>l.</i> | 5 | — | perditur | Substituitur, | vel <i>l.</i> per- |
| — | — | <i>l.</i> | 19 | — | ditur | — | ditur |
| — | — | <i>l.</i> | 19 | — | vel | protalit | — |
| — | — | <i>l.</i> | 19 | — | — | vel | qua promisit |
| — | 527 | <i>l.</i> | 19 | — | adjuvandique | <i>l.</i> | adjuvandisque |
| — | 535 | <i>l.</i> | 11 | — | juris | <i>l.</i> | jus |
| — | 544 | <i>l.</i> | 8 | — | dante | <i>l.</i> | danti |
| — | 627 | <i>l.</i> | 15 | — | is autem | menor | <i>l.</i> |
| — | — | <i>l.</i> | — | — | is autem | princip- | — |
| — | — | <i>l.</i> | — | — | — | — | — |

St. Louis Missouri - 24 A.M.

113
M

RECORD OF TREATMENT, EXTRACTION ETC.

halfmark: 8408 CC 14

&P Ref No. RDW 39791/M. PETRAV

Microfilm No.

Date	Particulars	
	pH Before or Existing	pH After
Nov 14		
	Deacidification	
	Adhesives	Animal Glue Wheat Starch Paste
	Lined / Laminated	Japanese Paper (Kozo)
	Chemicals / Solvents	
	Cover Treatment	Permanent Buckram
	Other Remarks	Dry cleaned using a brush and soft crass

BCG - I



Riley Dunn & Wilson Ltd.
www.rdw.co.uk

Digitized by Google

